Staatl. Bibliothek
Regensburg

Jus. 110.

Georgius Melchior de Ludolf alias Leutholf,
Judicii Imperial. Cameræ Aſſeſſor ab A.o 1711. antea
Sereniſs. Ducibus Saxoniæ Iſenacenſibus A.o 1691.
ab Expeditionibus Secretis, a Conſiliis Aulicis et Re-
giminis. Nat. 1667. d. 2 Mart denat. 1740. 1. Febr. Ætat. 73.
Vis animi vultum ſignat prudentia mentem
Aeternant probitas, jura, fidesque virum.
In honoris et Obſervantiæ ſuæ teſtimonium ad poſuit
Johannes Jacobus Zwirlein, J. U. D.
Imp. Cam. Advoc. et Procur.

GEORGII MELCHIORIS de LUDOLF,
IMPERIALIS CAMERÆ ASSESSORIS,
DE

JURE CAMERALI
COMMENTATIO SYSTEMATICA,

EX FONTIBUS LEGUM PUBLICARUM ET RECESSUS VISITATIONIS NOVISSIMÆ CONCINNATA,

CUM APPENDICE VARIO UTILISSIMO, INDICE LOCUPLETISSIMO PRÆFATIONIBUSQUE NECESSARIIS.

ACCESSERUNT PRÆTEREA AUCTARIA XXI. CATALOGUS PRIVILEGIORUM DE NON APPELLANDO PLENIOR, ET HISTORIA CAMERALIS JUDICII, à PRIMA EJUS INSTITUTIONE USQUE ANNUM MDLXXII. NEC NON CATALOGUS PERSONARUM COLLEGII AD PRÆSENS USQUE TEMPUS,

EDITIO NOVISSIMA,

PERPETUIS REMISSIONIBUS AD RELIQUA B. AUCTORIS SCRIPTA MATERIAS HUJUS COMMENTATIONIS SUPPLENTIBUS ET ILLUSTRANTIBUS, NEC NON DISCURSU PRÆLIMINARI, SCRIPTORES JURIS CAMERALIS, à B. MAURITIO ET DECKHERRO OMISSOS, SISTENTE, AUCTA

CURA

JOANNIS JACOBI ZWIRLEIN, U. J. D. ET CELSISSIMI IMPERIALIS CAMERÆ JUDICII ADVOCATI ET PROCURATORIS.

CUM PRIVILEG. SACR. CÆSAR. MAJEST.

WETZLARIÆ,
Typis NICOLAI LUDOVICI WINCKLERI. ANNO MDCCXLI.

Staatl. Bibliothek
Regensburg

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

CAROLUS Sextus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Würtembergæ, Comes Tyrolis &c. Agnoſcimus & notum facimus Tenore præſentium univerſis, quod cum Nobis Noſter Sacrique Imperii Fidelis Dilectus *Georgius Melchior de Ludolf*, Cæſareæ & Imperialis Cameræ Wetzlarienſis Aſſeſſor, humillimè exponi curârit, quem in modum ejusdem *Commentationem Syſtematicam de Jure Camerali*, in Quarto, Prelo committere reſolverit, vereatur autem, ne æmulorum invidia, hanc Editionem imitantium impendii & Laboris ſui fructu fruſtretur: ideoque Nobis demiſsè ſupplicârit, quatenus ejus indemnitati Privilegio Noſtro Cæſareo ſuccurrere clementiſſimè dignaremur; Nos ſubmiſſæ pariter ac æquæ ejus petitioni annuendum cenſuerimus: ac proinde Authoritate Noſtra Cæſarea omnibus & ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis & aliis quibuscunque rem Librariam ſeu negotiationem exercentibus firmiter inhibemus, vetamus, & interdicimus, ne quis ſuprà nominatam Commentationem Syſtematicam de Jure Camerali ſub hoc aliove Titulo per *Decem Annorum* ſpatium ab hodierno Die computandum, intra Sacri Romani Imperii, Regnorumque ac Ditionum Noſtrarum hæreditariarum Fines recudere, vel aliis recudendam dare, aliorſumve impreſſam apportare, vendere vel diſtrahere, citra præfati Impetrantis, Hæredumque, ac Succeſſorum voluntatem, & aſſenſum, in Scriptis obtentum, auſit vel præſumat; Si quis verò ſecus faciendo Privilegium hoc Noſtrum, ſeu interdi-

terdictum violare, contemnereque præſumſerit, eum non ſolum ejusmodi Exemplaribus, ubicunque Locorum repertis, perperam quippe recuſis ſeu apportatis (quæ dictus *Georgius Melchior de Ludolf* ſive propria authoritate, ſive Magiſtratus illius Loci auxilio ſibi vindicare poterit) de facto privandum, ſed & Quinque Marcarum Auri puri Pœna, Ærario ſeu Fiſco Noſtro Cæſareo, & Parti læſæ ex æquo pendenda, omni ſpe veniæ ſublata, mulctandum decernimus, dummodo Tenor hujus Noſtri Privilegii in fronte Libri impreſſus reperiatur, & conſueta quinque Exemplaria Conſilio Noſtro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus & ſingulis Noſtris & Sacri Romani Imperii, Regnorumque & Dominiorum Noſtrorum hæreditariorum Subditis & Fidelibus Dilectis tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus, cujuscunque Status, Gradus, Dignitatis, aut Ordinis extiterint, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu conſtituti vel ſuo, vel Superiorum ſuorum Loco aut nomine Jus, Juſtitiamque adminiſtrant, ne quempiam Privilegium hoc Noſtrum Cæſareum impune violare, ſpernere, aut transgredi patiantur: Sed ſi quos contumaces compererint, conſtituta à Nobis mulcta eos puniri, & quibuscunque modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipſi graviſſimam Noſtram indignationem, & prædictam Pœnam evitare voluerint. Harum Teſtimonio Literarum Manu Noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli Noſtri Cæſarei appreſſione munitarum. Quæ dabantur Laxenburgi Die Tertia Junii Anno Milleſimo Septingenteſimo Trigeſimo Nono, Regnorum Noſtrorum Romani Vigeſimo Octavo, Hiſpanicorum Trigeſimo Sexto, Hungarici & Bohemici verò Vigeſimo Nono.

CAROLUS.

(L.S.)

Vt. Joh. Ad. Comes de Metſch.

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium.

J. J. Hayeck de Waldſtätten.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD LECTOREM

Primæ Editioni præfixa, in adjuncta Sciagraphia verò ad præſentem ordinata.

Auctorum, qui de Rebus Auguſti Judicii Cameralis ſcripsêre, vel commentando ad Ordinationem, vel Acta Supplicationum, Relationum & Sententiarum, vel Obſervationes ſingulares colligendo, & concinnando, vel denique ſingula quædam Juris Cameralis capita illuſtrando, copiam eſſe tantam, ut Bibliotheca numeroſa ſatis ex iis inſtrui queat, nemo eſt vel mediocriter inſtructus, qui neſciat, adeò ut multitudine Librorum laborare Juris Cameralis Diſciplinam, non immerito dixeris. Enarrationem celebriorum Scriptorum ſtudio non levi, & addito de unoquoque Auctore Judicio gravi & accurato, reliquit *Deckherrus*, Advocatus & Procurator Cameræ quondam celebris, in Bibliotheca, Vindiciis ſeu Animadverſionibus ad Blumium præfixa, cui utiliſſimè jungetur Præfatio *Erici Mauritii* tunc Anteceſſoris Chilonienſis celeberrimi, poſtea

poſtea Aſſeſſoris Cameræ Imperialis, ad Conſilia ſua; in qua de Praxeos Forenſis ſtudio univerſim, & ſpeciatim de Camerali, multa notatu digniſſima continentur. Ille, *Deckherrus*, Vir erat eruditione inſignis, cujus tamen ingenium verè depinxit Auctor celeberrimus *Meditationum ad Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, in Præfatione*, & *Specimine quinto ad Artic. V. §. 54. lit. F.* adde *Tractat. de Jure Reformandi ſive Examen Vindic. Rittmeyer. pag. 159.* Quicquid ſit de ingenio ejus & ſtylo, laudanda tamen eſt inprimis Viri doctrina & judicium, licet non ubique eum pro auctoritate ſequendum eſſe putem. In tanto Auctorum numero Syſtema aliquod Juris Cameralis, quod diſciplinæ cupidis ſatisfacere potuerit, repertum hactenus non fuit. Nam & *Rodingii* Pandectæ, poſt multa & variorum Supplementa male ordinata, confuſum repræſentant opus, & *Blumii* Librum, quem Proceſſum Cameralem inſcripſit, fortunam habuiſſe majorem quam ex merito, & ipſius *Blumii* expectatione, *Deckherrus* ſuo jamtum tempore animadvertit, & oſtenſurus fuiſſet multò magis, niſi fata induſtriam Viri prævertiſſent. Equidem Methodus *Blumii* & Titulorum Ordo placuiſſe videtur pleriſque, ut præ cæteris fundamenti loco ad Cameralis rei ſtudium poneretur. Et hodie videmus, quod in omni Germania vix alius Liber de Jure Camerali quam *Blumius* & forte *Rodingius* noſcatur, hos ſi quis poſſideat, aut tranſcurſim legerit; quod tamen

men à multis, quorum rarior eſt in Camerali Judicio Praxis, ne quidem fieri ſolet, ſatis ſibi proſpectum fore in hac diſciplina arbitrabitur. Equidem probanda eſt meritò Blumii in colligendo diligentia. Primus fuit, qui poſt emendatum Anno 1654. & ſeqq. Ordinem Judicii, diſciplinam hanc in complexu univerſo tradere eſt aggreſſus, cæterisque ſuis Collectionibus Supplicationum & Sententiarum, nec non in Editione Concepti, ut vocatur, Ordinationis Cameralis, additis Notulis ex Receſſu Imperii 1654. & Decretis Generalibus Collegii deſumtis, Juris Cameralis notitiam illuſtravit, laude quam meruit, non defraudandus. Falluntur autem maxime, qui putant, ex Blumio omnia, quæ huc pertinent, & in Legibus non ſunt expreſſa, peti poſſe, ejusque, ceu Authoris probatiſſimi, omnique exceptione majoris, lectionem & allegationem ſufficere. Sane ſi detrahantur ex Blumii Proceſſu, quæ ipſe ex Legibus Publicis deſumſit, & latinis verbis reddidit, quæ tamen ex Fontibus rectius petuntur, vel ſi quis latinè doceri deſideret, ex *Denaiſii* Aſſeſſoris Jure Camerali, cætera omnia ſolidiorem doctrinam non ſapiunt, neque dubiorum ſubnaſcentium reſolutioni ſufficiunt, multa judicium Auctoris detegunt valde mediocre, non pauca ſunt plane erronea, unde caſtigationes Deckherri frequentiſſimas effugere non potuit Blumius. Optandum foret, ut Animadverſiones ſuas ſive Vindicias, quas non niſi ad Titulum usque de Cauſis

Fiſcalibus edidit, ad finem uſque perduxiſſet, & publico tradidiſſet Deckherrus, ſed ut erat Vir ingenio, reliqua vel non elaboravit, tædio forte laboris ignobilis emendationum & Notarum ad alienum opus captus, vel, ut fama fuit aliquando, igni mandavit. Sunt tamen ea quæ publici Juris fecit, ad potiores difficilioresque Materias directa, inprimis commendanda. Blumii authoritas in Camerali Collegio, ea quæ vulgò creditur, cumprimis apud exteros, nunquam fuit. Fuêre Advocati Cameræ uterque, Deckherrus etiam Procurator. Hic Studiis & rerum experientia multum ſuperior. Si cum Legibus loquitur Blumius, Legum, non Blumii erit auctoritas: Gailium & Mynſingerum ſæpe infeliciter taxavit: Auctore Præjudiciorum, quem *Tomo III. Symphorematis* retulit *Gylmannus*, frequenter eſt uſus, ſine examine ſufficienti. Præjudiciorum enim allegatio judicium deſiderat firmum, aliàs erit fruſtranea.

Igitur qui diſciplinæ Juris Cameralis operam dare volunt, (quotusquisque autem eſt, qui non agnoſcat hujus Studii utilitatem atque neceſſitatem non modo, ſed & quod turpe ſit ignorare Jurisprudentiæ Germanicæ partem inſigniorem) niſi adferant Juris Civilis Juſtinianei juxta & Pontificii, cumprimis etiam Imperii Romano-Germanici, notitiam haud perfunctoriam, hi ſane illotis, ut ajunt, manibus Cameralis Judicii Praxin aggredientur, ad fundamenta prius addiſcenda me-

merito remittendi. Hæc qui bene digeſſerit, & faciliorem aliquem Authorem unum alterumve de Proceſſu, ex quibus commendabiles mihi videntur præ cæteris *Hiltropius*, *Brunnemannus*, *Ludovici*, qui vernacula lingua dilucide ſcripſit, ſibi reddiderit familiarem, is mea ſententiâ, (fuit eadem Mauritio in Præfatione ſuprà laudata) notitiam Cameralis Juris non meliori & ſecundiori via comparabit, quam ex ipſis Legibus, Ordinatione Camerali ſive Concepto, juxta recentiorem Editionem, locis parallelis & acceſſionibus utiliſſimis à Lectore cupido diligenter evolvendis, inſtructam, addito Receſſu Imperii noviſſimo, Decretisque cum Viſitatorum tum Collegii Cameralis generalibus. Tum verò Commentarii antiquiorum *Kochiani*, *Melandri*, *Schwanmanni*, vel ſi quis antiqua faſtidiat, recentiorum, *Rodingii*, *Blumii*, adhibito tamen *Deckherro*, majore cum fructu legentur, ſcietque Legum diligens ſcrutator ex Commentariis iſtis utilia ab inutilibus facili negotio diſcernere; Qui inverſo ordine rem tractant, incipiendo à Commentatore, Leges ipſas verò non niſi è longinquo & in particulis reſpiciendo, ſunt autem tales plurimi, ita ut ab errore vix reduci poſſint, temporis jacturam facturos eſſe, ego quidem ſum perſuaſus. Credo pleroſque ea teneri opinione, eſſe notitiam rerum Cameralium adeò facilem, ut breviori temporis ſpatio, ex ſolo Blumiano Libro ejusque interpretatione qualicunque ad-

 quiri

quiri poſſit, cum intelligere deberent, quod qui Leges ſcit, Blumium, ſi eo uti velit, ſine interprete legere poſſit, facili etiam opera brevique temporis ſpatio lectione iſta perfungi. Qui neſcit Leges, ei neque Blumius nec alius Scriptor erit planus, ſed omnia tenebris manebunt involuta. Dubito ſane an bene conſulant ſibi vel aliis, qui Collegia ad Blumium vel aperiunt vel deſiderant, cumprimis ſemeſtri ſpatio abſolvenda, cum multo felicius ex ipſis Legibus adquiri poſſit rerum Cameralium notitia. Eſſe etiam credo, qui, dum interpretes agunt, ipſi quid certum ſit tenendumque ignorent, & ſufficere putent, Auditoribus Præjudicia nonnulla, haud rarò ex proprio tantum ſenſu intellecta, communicaſſe.

Equidem inficias ire non poſſumus, multa reperiri in Legislatione Germanica Camerali, partim uberiori diſcurſu explicanda, partim in applicatione judiciaria diſcenda, vel ex argumentis Legum deducenda, non paucos etiam Articulos, qui in negotiis humanis forenſibus occurrunt, in Legibus non deciſos. Sed qui his in rebus auxilium à *Blumio* & *Rodingio* (in quo tamen per Supplementa variorum, Materiæ nonnullæ plenius explicantur quam in Blumio, licet hic methodo & ordine ſit potior, vid. de Rodingo *Obſervationes noſtras Forenſes part. 1. pag. 381.*) petierit, is ſane ſiccus & ſitiens recedet: Patebit id, ſi placuerit conſulere *Deckherrum* in Vindiciis, necnon in Notis

ad

ad Monumenta Lectionis antiquæ, præſentemque quam publici Juris facimus, Commentationem, cujus Operis conſilium jam eſt exponendum.

Poſtquam enim providente & dirigente Deo Opt. Max. à Miniſteriis Saxonicis Iſenacenſibus, in quibus per viginti Annos, & quod ſuperat, vixeram, præſentante nomine Circuli Superioris Saxoniæ Sereniſſimo Principe ac Domino, Domino Johanne Wilhelmo, Duce Saxoniæ Iſenacenſi, Domino meo gratioſiſſimo Anno MDCCXI. ad Camerale Collegium fui cooptatus, prima mihi fuit cura, ut quæ in Legibus & Commentariis legeram, (commendaverat autem olim hoc ſtudium viamque inſtruxerat *Illuſtris Dominus Baro de Lyncker,* Anteceſſor celeberrimus Jenenſis, nunc Conſiliarius Cæſareus Aulici Judicii meritiſſimus) applicare in quotidianis rerum argumentis diſcerem, nemo enim eſt, qualicunque rerum forenſium peritia inſtructus qui hic non diſcat, cumprimis à principio muneris Aſſeſſorii, contigitque commodum, ut Seniori omnium Aſſeſſorum, qui licet octuagenario major, & quinque ſupra quadraginta Annos Aſſeſſor, induſtria tamen & memoria juniorum nulli erat ſecundus, rerum forenſium Cameralium peritiſſimus, in Senatu adjungerer. Cœpi igitur diligenter obſervare, meditari, annotare, & defuncto prælaudato Domino Aſſeſſore de *Frieſenhauſen*, ſcrutando Leges, auſcultando aliorum præſtantiſſimorum Dominorum Aſſeſſorum cogitata, eo

in ſtudio continuavi, & quousque vires ſuperſint, ſum continuaturus. Ex iſtis meditationibus, & obſervationibus nata eſt præſens, & amplior, quam antea in *Delineatione* pro ratione inſtituti factum fuerat, de Jure Camerali Commentatio.

Supponit autem ea Legum ipſarum Lectionem, & cum meis meditationibus & allegationibus collationem. Quam curam ſi quis Praxeos Cameralis ſtudioſus neglectui habeat, eum, quod Commentatio hæc ipſi uſui futura non ſit, ſcire vellem. Neceſſe erit quoque, ut Authores, quos allegavi, ſunt autem plerique obvii, evolvere & conferre Lector non dedignetur. Dicta enim ab aliis luculenter, ego repetere nolui. Textum Legum non recenſui, ſed Lectori ejus evolutionem in locis allegatis reliqui. Commentarium pleniſſimum & abſolutiſſimum ſcribere, hoc eſt, laborem immenſum ſuſcipere, non fuit conſilii mei, neque neceſſitatis, neque etiam facultatis. Novos caſus negotia forenſia quotidie fere producunt, proinde ad meditationes ulteriores campus adhuc eſt ampliſſimus. Exiſtimo tamen, has quas proferimus Meditationes & Obſervationes, ad reliqua de quibus in præſentiarum non cogitavimus, viam eſſe monſtraturas. Syſtematicæ Commentationis titulum Operi præfigere non dubitavi, quia Juris Cameralis materias ordine juſto traditas, earumque harmoniam commonſtratam eſſe, ſum confiſus. Optaſſem quidem, ut labori continuata ſerie

vaca-

vacare licuiſſet, ſed major ſupremaque erat officii publici ratio. Hinc à Lectore Benevolo excuſationem merebor, ſi in Commentatione vel eadem res repetita occurret, vel ſi tractatio abrupta alicubi, vel non ſatis cohærens, fuit enim labor revera ſucciſivus, appareat: vel ſi aliqua Lectoris ulteriori perſcrutationi, quod fieri quandoque ratio ſuaſit, fuerint relicta. Ordinem obſervavi talem, qui & Legi Camerali, & Materiarum connexioni reſponderet, ita ut præterea quæ de Perſonis Cameralibus agunt, & ex ipſis Legibus clarè percipiuntur, nullam prætermiſerim conſultò.

Quid in univerſa Commentatione à me ſit præſtitum, judicio aliorum permitto libenter, neque enim is ſum, qui vel minimum ſibi arrogare, aut aliorum, ne quidem inferiorum, cogitata aut diſſenſiones modeſtas ſpernere velit. Diſcimus omnes, & ego libentiſſime diſco quotidie. Si quis meliora docuerit, ei gratiam inſignem ſum habiturus, & mea tradita promtiſſimo animo emendaturus. Authoritatem nullam mihi tribuo, ſed pro libertate ſentiendi, quæ inter Literatos eſſe debet, ſcripſi: Nulli hominum, nullique Cauſæ præjudicium inferre volui, multò minus ea quæ ſuperioribus debentur, ego, de quo proteſtor ſolenniter, occupare, in animum induxi. Proinde quæ rectè ſunt dicta ſcriptaque, Lector Benevolus æqui bonique conſulet, ſi quidquam cenſura dignum obſervatum fuerit interpretatione benigna poterit juvari, vel ſi videatur, emen-

emendari. Æquiſſimum judicium Lectorum prudentum poſtulo, & Superiorum arbitrio omnia permitto.

Indicem copioſiſſimum Opuſculo additum, forte nimium, & præter ſpem meam diffluentem, mei non eſſe laboris profiteor, ſed Advocati & Procuratoris Cameræ, qui in recentiori Editione Legum Cameralium Wetzlarienſi, operam ſuam præſtitit diligentem. Eſt autem Index ad Commentationem tantum directus, non ad Appendicem, ex quâ, licet permulta in Indicem referri poterant & merebantur, temporis tamen & modi habenda fuit ratio, cum & ea, quæ Appendix repræſentat, facili negotio ſine Indice inveniri poſſint.

En Opuſculi totius Sciagraphiam:

ABſolvitur *SECTIONIBUS duabus, PRIMA* in XIV. §phis de fundanda Cameræ Imperialis Juriſdictione agit uſque ad *pag. 167.*

§. 1. pag. 1. De Juriſdictione Camerali in genere & ejus ſumma auctoritate, ubi etiam de Compromiſſis, de Remiſſionibus à Cæſare ad Cameram, & Concurſu cum Judicio Imperiali Aulico.

§. 2. pag. 16. De Juriſdictione Cameræ in ſpecie tum ratione Perſonarum, quæ in Camera conveniuntur in prima Inſtantia, tum reſpectu Cauſarum.

§. 3. pag. 24. De Exemtione à prima Inſtantia Camerali per Privilegia Auſtrægarum, ubi hæc materia pro inſtituti ratione pertractatur.

§. 4.

§. 4. pag. 33. De Cauſis, quæ ſua natura ad Cameram pertinent in prima Inſtantia, & Auſtrægas excludunt.

dict. pag. 33. ſeq. I. Tuitio Pacis Religioſæ.

§. 5. pag. 37. II. Pacis Profanæ.

§. 6. pag. 40. III. Cauſæ Fiſcales.

§. 7. pag. 50. IV. Cauſæ litigioſæ Poſſeſſionis.

§. 8. pag. 57. Pignorationum, ubi per digreſſionem *num. 20.* agitur de Proceſſus ordinarii & ſummarii differentia.

§. 9. pag. 72. Cauſæ Arreſtorum.

§. 10. pag. 74. Cauſæ Mandatorum, quæ materia pleniori tractatione cum differentia inter Mandata Cum & Sine Clauſula, tum verò inter illa & Citationem, necnon modus finesque Exceptionum exponitur, Caſus varii Mandatorum vulgò recenſiti, examinantur.

§. 11. pag. 114. Caſus aliqui ſingulares, ſed rariores Jurisdictionem Cameræ fundantes explicantur:

Relaxationis Juramenti:
Citationis ex L. Diffamari, & L. Si contendat:
Cauſæ denegatæ vel protractæ Juſtitiæ:
Violationes Privilegii Cæſarei.

§. 12. pag. 116. De Actibus Cameræ Jurisdictionem fundantibus:

Commiſſionibus ad perpetuam memoriam:
Confirmationibus Tutorum & Curatorum:
Contractuum, Pactorum, Tranſactionum:

Adoptionum & Emancipationum:
Executionibus Sententiarum ab inferioribus Judicibus latarum:
Inſinuationibus Privilegiorum:
Salvo Conductu Camerali.

§. 13. pag. 121. De Cauſis ſecundæ Inſtantiæ & Remediis Nullitatis. Nec non de Reſtitutione in integrum adverſus Sententiam Judicis inferioris.

Appellatio verò impeditur vel per Summæ quantitatem, *pag. 123.* vel per Privilegium, *pag. 125.* ubi de Privilegiis & Solennibus variæ traduntur Obſervationes. Agitur hic quoque de Compulſorialibus, *pag. 134.* de Remediis adverſus Sententias à quibus appellare non licet, *pag. 136.* & variis cautelis litigantium in Cauſis Appellationum, *pag. 137.*

§. 14. pag. 139. In quibus Cauſis Jurisdictio Cameræ non ſit fundata, ubi examinantur *pag. 141. ſeqq. tit. 43. & 46.* Blumiani: Et de Eccleſiaſticis in ſpecie agitur *pag. 156. ſeqq. uſque ad finem hujus Sectionis.* Addenda hic eſt *Mantiſſa poſt Auctaria.*

SECTIO SECUNDA.

Pag. 167. Ordinem Proceſſus Judiciarii exponit.

§. 1. pag. 168. De Audientia publica, Ordinibus, Terminis & Receſſibus Procuratorum, nec non de Feriis.

§. 2. pag. 176. De decernendis Proceſſibus extrajudicialiter, ubi de modo ſupplicandi, *pag. 178.* Literis

pro Informatione, *pag. 182.* Citationibus ad reaſſumendum, *pag. 184.*

Item de Proceſſibus qui ad Tertium diriguntur, *pag. 186.* ubi de Inhibitionibus, *ibid.* Attentatis, *pag. 187.*

§. 3. pag. 189. De Promotorialibus, Compulſorialibus, Commiſſionibus, *pag. 190.*

§. 4. pag. 192. Specialis tractatio de Terminorum obſervatione in Cauſæ progreſſu, & Dilationibus, de Deſertionis & non-Devolutionis Exceptione, Contumacia & Proclamate, Circumductione Termini, Reconventione, Cauſæ Concluſione.

§. 5. pag. 201. De Eventu Proceſſus, Sententia Judicis, Relationibus Cameralibus.

§. 6. pag. 204. De Remediis contra Sententias Camerales, Reſtitutione in integrum, ubi explicatur diſtinctio vulgata Remedii ordinarii & extraordinarii.

§. 7. pag. 229. De Reviſione & affinibus remediis.

§. 8. De *Stylo* Camerali, *pag. 244.* diſtincte agitur, & ſubjunguntur *Animadverſiones ad Centuriam Obſervationum* vulgò *Magenhorſtianarum de Stylo Camerali, pag. 250.* nec non ad loca BLUMII, ubi is *Styli Cameralis* mentionem facit, additis ſubinde novis Obſervationibus utiliſſimis *pag. 297. uſque ad finem.* *

* In *Commentatione pag. 224. & 249.* mentio facta eſt Concluſorum Collegii Cameralis pro norma obſervandorum. Non memineram tunc concluſi alicujus de *legitimo uſurarum modo*, quod hic annotare non dubitavi. Scilicet cum uſuras excedentes ſummam ſortis à Debitore moroſo exigi Stylus eſſet Camera-

lis non contradictus, vid. Lauterbach. *Colleg. Pract. de Uſur.* *§. 26. in fin.* Quærebatur an eadem eſſe deberet deciſio ſi in mutuo ſimplici cum promiſſione uſurarum contracto, neque dies ſolutioni eſſet præfixus, neque facta eſſet à Creditore interpellatio? *Concluſum 17. Martii 1716.* Debitorem ſemper conſtitui in mora, eamque non debere cedere ei lucro uſurarum. Adeòque etiam hoc caſu à ſtylo veteri non recedendum, ſalvo tamen Judicis arbitrio ex cauſis gravibus, v. gr. ſi demonſtraretur Creditorem ſtudioſe exactionem crediti diſtuliſſe, ut lucro uſurario inhiaret, quod accidere poſſet vel tempore bellico, vel in præjudicium Pupillorum. Tractatam quæſtionem de altero tanto vide ſis apud Schilter. *Prax. Jur. Roman. exercitat. 35. §. 10.* Tabor. *Conſultat. Academ. de Præſidiis Debitor. infelic.* quæ eſt inter *Opera volum. 1. pag. 247. uſque 398.* magis verò ad forenſem uſum apud Müller. *in Notis* ad Struv. *exercitat. 27. theſ. 52.*

In Appendice continentur ſequentia:

I.

Extract aus einiger Stände des Reichs wider die An. 1555. publicirte Cammer-Gerichts-Ordnung übergebenen Gravaminibus de An. 1556. und 1557. nebſt des Kayſerlichen Cammer-Gerichts darauf erſtatteten Reſolutionen, in ſpecie die Conſtitution de litigioſa Poſſeſſione, de Pignorationibus, & de Arreſtis betreffend.

II.

Literæ Patentes Imperatoriæ ad Leodienſes in puncto Recurſus ad Officialem Colonienſem & Nuncium Pontificis Romani: ubi de modo Reviſorii Judicii, Anno 1707. & 1710. nec non Reſcripta Cæſarea ad Epiſcopum Paderbornenſem & Monaſterienſem.

III.

Diſſertatio de Recurſu ad Cæſaream Majeſtatem vel ad Comitia univerſalia Chriſt. Valent. Happelii, Erfurti habita Anno 1702. Acceſsêre ſuccinctæ Animadverſiones, & Acta quædam publica recentiora huc ſpectantia.

IV.

Excerpta ex *Friderici Hortlederi* Manuſcriptis de translatione Regionum Hennebergicarum *Schmalkaldiæ* ad Landgravios Haſſiæ, & *Coburgenſis* ad Landgravios Thuringiæ. Notæ adjectæ & Literis notatæ ſunt ejusdem *Hortlederi* in Manuſcripto extantes.

V.

Catalogus brevis Privilegiorum Statuum Imperii, quatenus ad Jus Camerale pertinent.

Accedit Notitia variorum Judiciorum, Archiepiſcopatus & Civitatis Imperialis Colonienſis:

Epiſcopatus & Patriæ Leodienſis:

Ducatus Juliacenſis:

Reipublicæ Norimbergenſis:

Tandem & Judiciorum Cæſareorum inferiorum in Imperio, cumprimis in Circulo Suevico.

Ad hujus Notitiæ de Judicio Rothvvilenſi & Provinciali Suevico illuſtrationem utile erit conſulere Diplomata exhibita in Burgermeiſteri *Corpore Juris ſive Codice Diplomatico part.2. num.9. & 10.* cum Adjunctis.

Additus eſt Catalogo Index.

VI.

Selectæ formulæ Decretorum Extrajudicialium Imperialis Cameræ: quibus in hac nova Editione acceſſerunt omnes à Num. 147. uſque 170.

VII.

Feriarum Cameralium Schema.

VIII.

Catalogus variarum Rubricarum Proceſſuum Cameralium.

IX.

Deſcriptio Solennium Introductionis Judicis Cameræ Sereniſſimi Principis Fürſtenbergii Anno 1718. 27. Junii, & ſequentium Dominorum Judicum.

X.

Deſignatio Chronologica & Hiſtorica Dominorum Judicum, Præſidum & Aſſeſſorum, quotquot in Judicio Imperiali Cameræ officio functi ſunt à prima ejus fundatione Anno 1495. ad Annum uſque 1654. ex Monumentis antiquis collecta. Tum verò ſequitur Perſonarum Collegii Cameralis Catalogus ab Anno 1654. uſque An. 1741. Menſem Junium continuatus, cum Præfationibus.

Sequitur denique Catalogus Privilegiorum Sacr. Roman. Imper. Electorum, Principum & Statuum plenior.

DISCUR-

DISCURSUS PRÆLIMINARIS EDITORIS
NOVÆ HUJUS EDITIONIS.

MOrtuus eſt B. Dominus Aſſeſſor de LUDOLF, fama ſuperſtite, quæ mori non poteſt. Hæc eadem cauſa eſt, ut quarta vice edatur *Commentatio Syſtematica de Jure Camerali*, ter eo vivo in lucem emiſſa. Prodiit Liber eo vivo ſemper novus, non ſine augmentis, neque etiam fas eſt, diſparem præſentis Editionis formare conditionem. Miraberis hoc, *Lector Benevole!* & tecum forte reputabis, non eadem, quæ Auctorum ſuperſtitum, in defunctorum libros dari jura. Sed ne Te torqueat hic ſcrupulus, dicendum & hoc, illæſa quidem manſiſſe cuncta, quæ B. Auctor in editione tertia Anni MDCCXXX. ſcripſerat, acceſſiſſe tamen nonnulla, hujusmodi Uncis [ ] incluſa, & Editori debita. Adeo vero hic, pro ea qua defunctum proſequitur veneratione, manibus gravis eſſe noluit, ut fere ne de ſuo quidem in augmenti materie cogitaret; potius ex B. Auctoris juſſu, tantum remiſſiones ad alia ejus Scripta

ferme conſarcinaret, ut Lector brevius ab illo dicta latius alibi per eundem explicata eſſe ſciret. Sæpius id B. Auctor, dum in humanis ageret, à me flagitaverat, ut loca illa, quibus in Commentatione per compendium propoſita latius illuſtrantur, ex aliis ipſius ſcriptis excerperem, atque commoda occaſione Commentationi infererem. Parui tandem, ſed fatis jam functo B. Auctore, abſolutus eſt labor. Neque in hoc tantum ejus mentem mihi legem eſſe volui; verum ſi quas Leges aut Scriptores Camerales, doctrinas propoſitas illuſtrantes vel confirmantes adjunctos deprehendés, id pariter B. Auctoris juſſui adſcribes, cum hic mihi jam in Editione præcedente ea libertate uti permiſerit. Auctiorem itaque hanc Editionem comparere ſatis ex dictis conſtabit; attamen & minore pretio venit, & non tam foliorum numeros, quam præcedens implebit, cum commodo Lectorum intentus, minore quam id antea, præſertim in Appendicibus factum fuerat, typo uti, librario & typothetæ perſuaſerim. Opinor hactenus me non malum tuliſſe conſilium, præſertim cum typorum magnitudinem improbantes emtores priorum editionum audiverim, adeoque pretio ac mole libri minutis, eum uſui magis commodum redditurum ſciam.

Ne tamen quis forte aliquid omiſſum opinetur, id non accidiſſe, ſed omnia integra eſſe relicta fide mea teſtor.

Auctam

Auctam eſſe hanc *novam Editionem* primum eorum eſt, quæ titulus promittit; ſed inſuper & ſupplementa Scriptorum Juris & Proceſſus Cameralis itidem ſpondet. Præter ea, quæ *Struvius* & *Lipenius* in Bibliothecis ſuis nec non alii Bibliothecarii Scriptores notarunt, prolixæ deſignationes Scriptorum Rei Jurisque Cameralis debentur Illuſtri quondam Cameræ Imperialis Aſſeſſori *Erico Mauritio*, (*a*) & celebri ejusdem Celſiſſimi Judicii Advocato & Procuratori *Joanni Deckherro.* (*b*) Ego in illis ſupplendis occupor, eum ordinem ſequuturus, qui Deckherro placuit, adeoque primo loco Supplementa ſcribam

Bibliothecæ Legiſlatoriæ.

Ante omnia hic notari convenit *Raphaëlem Seylerum*, celebrem quondam Cam. Imper. Aſſeſſorem, ad ultimum vero Conſiliarium liberæ ac imperialis Civitatis Wormatienſis, qui duobus Tomis Sententiarum Cameralium (*c*)

**** aliis-

(*a*) De Scriptoribus Juris & Proceſſus Cameralis late hic egit in *Præfatione parti I. Conſiliorum Chilonienſium* antehac: poſtea ſub titulo *Introductionis ad Praxin forenſem* Opuſculis cura Hertii junctim editis, inſerta, nec non à Fuchſio *Introductioni ad Praxin forenſem* ſubjuncta §. *XVIII.*

(*b*) Hic Scriptores Juris Cameralis in *Diſſertatione peculiari de cultu Juris Cameralis* recenſet, quæ Editioni ejus *Vindiciarum Rei Jurisque Cameralis* MDCCXXIII. Wetzlariæ typis & impenſis Wincklerianis editæ, acceſſit.

(*c*) Recenſet ejus Tomos II. Sententiarum, prælaudatus Deckher. in *citat. Diſſertat. cap. VIII. pag. m.* 45.

aliisque Scriptis inclaruit, & MDLXXIV. vita functus eſt, Commentarium in Ordinationes Camerales de Annis MDXXXXXVIII. & MDLV. eum in modum conſcripſiſſe, ut ſingulis titulis fontes Receſſuum Imperii, Deputationum & Viſitationum, ex quibus Ordinationes prædictæ coaluerant, non ſolum deſignaret, ſed & loca concernentia adſcriberet, deinde quæ paſſim inſerta recentioribus Legislationibus, Receſſibus & Memorialibus Viſitationum, Concluſis Pleni, aut Decretis Generalibus mutata, ſuis locis notaret. Prodiit liber utiliſſimus Moguntiæ MDLXXIV. fol. per Franciſcum Behem, poſt fata Auctoris atque tantum applauſum meruit, ut Excellentiſſimus Cameræ Imperialis Aſſeſſor, *Nicolaus Ciſnerus*, in ſuis nunquam ſatis laudandis Commentationibus, (*d*) in eandem Ordinationem, hunc Seyleri laborem quaſi fundaminis loco ſubſterneret, id quod cuivis legenti ſatis patebit.

Noſſe poterat hæc Deckherrus; ſed ſequioris ætatis ſunt, quæ ſequuntur. Nimirum Georgius Erneſtus Wincklerus, Bibliopola Wetzlarienſis, publici juris fecit Librum ſub titulo: Concept der neuen Kayſerlichen und des Reichs Cammer-Gerichts Ordnung / cum Appendice, Wetzlar. 1717. in fol. Venit alias hic Liber ſub nomine: Corporis Juris Cameralis Winckleriani. Continetur eo Conceptum Ordinationis Cameralis, prout id juſſu

(*d*) De hujus Annotationibus ad Ordinationem Cameralem agit Deckherrus *loc. citat.*

juſſu Imperatoris & Statuum Imperii à Collegio Camerali, tum ex veteri Ordinatione, tum ex Legibus recentioribus compoſitum, & Anno 1613. Cæſari & Imperio exhibitum, ſed hucuſque nondum confirmatum eſt. Præfationem huic Winckleriamæ Editioni D. Joan. Wilhelm. Ludolf, Advocatus & Procurator Cameræ Imperialis præſcripſit. Textus ſequitur editionem Blumianam, cujus etiam Notæ ſubjunguntur. Coronidem imponunt magni uſus Annotationes, ſeparatim adjectæ, B. Domini Aſſeſſoris de Ludolf. Appendix verò ſiſtit ſequentia: (1.) Reſoluta Dubia de 10. Maji 1583. (2.) Dubia Cameralia de Anno 1595. cum eorundem Reſolutionibus. (3.) Reſolutionem Collegii Cameralis ad Memoriale Viſitationis de Anno 1585. circa punctum Fatalium & Reſtitutionis in integrum. (4.) Extractum Receſſus Imperii Spirenſis de Anno 1570. (5.) Extractum Receſſus Imperii Ratisbonenſis 1576. (6.) Extractum Receſſus Imperii Ratisbonenſis de Anno 1594. in quantum hi Jus Camerale concernunt. (7.) Receſſum Deputationis de Anno 1600. (8.) Receſſum Imperii Noviſſimum de Anno 1654. (9.) Dubia Collegii Imperialis Cameræ reſoluta & Dominis Deputatis exhibita Anno 1600. Separatim accedunt Receſſus Viſitationum & Memorialia ab Anno 1531. uſque 1713. Communia Decreta ab Anno 1497. ad præſens uſque tempus, & Ordinationes, Cancellariæ Cameræ Imperialis ab Electore Moguntino præſcriptæ

 in

in Annis 1656. 1662. & 1673. Hæc Collectio equidem magnam utilitatem præſtat, adeoque ſuam omnino laudem meretur; deſtituitur tamen tum ipſa Ordinatione Camerali perfectiſſima, de Anno 1555. tum aliis fontibus, ex quibus Conceptum, quod vocant, depromtum. Cum itaque novus hic labor, Conceptum Ordinationis Cameralis intelligo, nunquam ab Imperio vim Legis publice nactus fuerit, indeque contenta in eo eatenus tantummodo valeant, quatenus fontibus ſuis ſunt conformia, ad quos ideo ſemper redire oportet; propterea *B. Dn. Aſſeſſor de Ludolf*, defectui huic medicinam paraturus, Corpus Juris Cameralis, omnium calculo celebratum, 1724. fol. Francof. ſumtu Joan. Maximilian. à Sande excudi curavit. Præfatio operi præmiſſa ſimul indicat, unicuique, etiam trituræ forenſi ſummorum Imperii Dicaſteriorum non addicto, nec in illis negotia habenti, notitiam Juris & Proceſſus Cameralis eſſe neceſſariam, aut ſaltim perutilem. (*e*) Non vanam ſpem de gloria ex hac collectione ad ſe reditura *B. Vir* conceperat, ſed negari etiam nequit,

(*e*) Agnoverunt id jam veteres, unde Berchtoldus *de Judiciis*, Harprechtus in *Proceſſu ſuo*, Ilico Ummius in *Diſputationibus ad Proceſſum*, aliive ejus ætatis Scriptores, Proceſſus Cameralis ſemper fuerunt memores, quos noſtra ætate *Gröningius*, *Piskerus*, *Seiffartus*, aliique imitati ſunt. Et omnino optandum, ut mox prodeat aliquis, qui Proceſſus Cameralis doctrinas Proceſſus communis theorematibus ſcite apteque conjungat.

nequit, cum 1.) antiquas Leges Imperii judiciarias, antequam Ordinatio Cameræ prima, Anno 1495. conderetur, emiſſas, atque hanc Ordinationem in multis illuſtrantes, plane neglexiſſe. 2.) Omiſiſſe itidem aliquas recentiores Conſtitutiones vulgariæ Editioni Corporis Receſſuum Imperii non inſertas, Jus Camerale concernentes: ſed uti prior defectus ex Mülleri Theatro Comitiorum, ita alter ex Lünigii Archivo Imperii parte generali, & nova Receſſuum Imperii Editione Schmauſiana, quam promiſit Vir celeberrimus, facile medelam feret. 3.) Non ubivis accuratiori textuum collationi, cum veteribus, mox poſt publicationem Ordinationum & Receſſuum Imperii impreſſis editionibus, & manuſcriptis privilegiis operam dedit. 4.) Omiſit, neſcio qua ratione motus, Annotationes proprias, quas Concepto in Winckleriana Editione addiderat. 5.) Deſunt Ordinationes Moguntinæ Cancellariæ Imperiali præſcriptæ, ſupra ut Pars Collectionis Wincklerianæ recenſitæ. 6.) Forſan non incongrue nec ſine emolumento lectorum addi potuiſſent Formulæ expediendi Proceſſus, Decreta & Sententias Camerales, ab *Henrico Wilhelmo Lier*, ſub titulo: *Formularum Cancellariæ Cameralis*, primum Spiræ 1667. in 4to editæ, poſtmodum 1683. & 1702. in eadem forma auctius recuſæ, & ſi quæ alia id genus. Verum hi defectus ſatis tenues apparebunt, ſi ad ea reſpicias, quæ improbo viri labore curisque im-

menſis, operi illata ſunt. Deprehendis enim in eo 1.) omnes Ordinationes Camerales, Receſſus Viſitationum & Memorialia, Dubia Cameralia, Generalia Decreta, & Extractus, uti vocant, Receſſuum Imperii, in quantum hi ad Jus Camerale ſpectant, ab Anno conditi Judicii uſque ad tempus editi operis. 2.) Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, necnon baſin hodierni Proceſſus Cameralis, Receſſum Imperii Noviſſimum de Anno 1654. 3.) Indicem realem locupletiſſimum, cuncta in prædictis occurrentia, magno legentium commodo, ſiſtentem. Adduntur 4.) Privilegia de non appellando, (*f*) Electorum, Principum & Statuum, quæ

(*f*) Collectionem horum Privilegiorum olim edidit Joan. Theobaldus Schönwetter, Bibliopola Francofurtenſis, ſub titulo: *Privilegien* oder Freyheiten / welche Römiſche Kayſer und Könige den Untern Obrigkeiten des Heil. Röm. Reichs / als Churfürſten / Hertzogen / Fürſten / Marggraven / Graven / Freyherren / Städten und Gemeinden / deren Unterthanen vom leichtfertigen *Appell*iren dadurch abzuhalten / allergnädigſt mitgetheilet haben / Franckf. 1602. in 8vo. Inſerta ſunt poſtmodum aliqua *Tom. VI. Symphorematis Gylmanniani*, Francof. 1608. in fol. qui de modo appellandi in Camera Imperiali agit, ac Paulo Matthiæ Wehnero debetur. Sed hæc, quam memoravimus, editio, eſt pleniſſima. Equidem jam antea Anno 1719. ſeparatim in forma quarta prodire juſſerat B. Auctor Catalogum Privilegiorum, ſed ita, ut tantum potiora Privilegiorum capita exhiberet; & hoc modo etiam iſte libellus *Commentationi* noſtræ *Syſtematicæ* ſemper adjectus fuerat. Conſulere quippe voluit memoriæ tum ſuæ tum aliorum, quo omnia notatu digna, uno quaſi obtutu, ſe exhiberent.

quæ & in quantum Cameræ Imperiali uſque ad Annum 1724. inſinuata fuerunt. Plena ergo, ſuperius dictis non attentis, eſt hæc collectio, cui, ſi addantur, quæ poſtea acciderunt, & ſuppleantur paucula, quæ deſunt, non eſt quod ultra requiras. Id unice profecto dolendum, maximam exemplorum partem, fatali Francofurtenſi incendio in favillas eſſe redactam, atque adeo in Bibliopoliis nulla amplius proſtare.

Germanica lingua conſcriptæ ſunt Leges Imperii, Camerale Judicium concernentes; unde & exteris, & Imperio ſubjectis, ea lingua non utentibus, grave & non ferendum videbatur, ex lacunis tantum, occluſis fontibus Jus noſtrum haurire. Mederi huic malo voluit *Juſtinus Goblerus Goarinus*, (*g*) non minimi nominis Juriſconſultus, dum Ordinationem Cameralem de Anno MDXXXXVIII. in latinam linguam transtulit, eoque modo Francofurti edidit. (*h*) Sed variis in locis mutata hæc Ordinatio per recentiorem Anno 1555. in Comitiis Auguſtanis publicatam, nec Auctor ſemper ſenſum Legis genuinum aſſecutus eſt, licet *Goldaſti* applauſum meruerit, qui Conſtitutionibus ſuis Imperialibus Goblerianum laborem inſerere non inconveniens judicavit. Hodie ſalva res eſt, poſtquam Generoſus Domi-

(*g*) Vitam Viri habes in Epitaphio apud Lerſner. in *Chronic. Francof. pag.* 139 & 209.

(*h*) Nimirum *Tom. II. Conſtitut. Imperial. latin. novæ Edit. pag.* 242. *ſeqq.*

Dominus *Franciſcus Valerius de Hauer*, Conſiliarius Sereniſſimi Marchionis Badenſis meritiſſimus, & *Aſſeſſor* Cameræ Imperiali deſignatus, Ordinationem Cameralem Anni MDLV. pariter ac Conceptum Ordinationis Cameralis de Anno MDCXIII. nitido ſtylo ſummaque accuratione in latinam linguam convertit, atque Indices adjecit, Wetzlariæ, 1734. in 4to. quo ipſo etiam Anno Receſſ. Imper. Noviſſ. MDCLIV. & Receſſus Viſitationis Noviſſimæ MDCCXIII. cum omnibus eo ſpectantibus Memorialibus per Generoſum Dominum *Joan. Philippum de Speckmann*, Illuſtris Eccleſiæ ad S. Petrum Fridslariæ ac Collegiatæ in Rusdorf Canonicus, & Celſiſſimo S. R. I. Principi Abbati Fuldenſi à Conſiliis Eccleſiaſticis, inſigni prorſus cura in linguam latinam converſa, & 1734. in 4to. Wetzlariæ edita ſunt. Horum itaque Virorum ſudoribus exteri cognitionem fontium Juris Cameralis debent, quibus merito communi Eruditorum nomine debitæ grates agendæ.

Fuerunt equidem præter hos aliqui, quibus Ordinationem Cameralem & reliquos fontes eo ſpectantes, non eo quo emiſſa ſunt ordine, neque retentis verbis, ſed ordine mutato, & ſenſu excerpto, Legum tamen forma obſervata, lingua latina proponere placuit. Suum inter hos ſubſellium eſt *Auctori ignoto*, cujus hunc libellum vidimus: *Tractatus incerti Auctoris, quo ea quæ Cameræ Imperialis Ordinatione, Conſti-*

Conſtitutionibus Imperii, Receſſibus & Memorialibus Viſitationum, Communibus itidem Concluſis & Decretis Ampliſſimi illius Collegii continentur &c. *in lucem primum protractus typisque datus opera & ſtudio Friderici Ortlepii*, Helmſtadii 1599. in 4to. Editor in Præfatione ſe Auctoris nomen neſcire profitetur, fuit tamen homo diligens, Rei Cameralis peritus, qui multa propriæ experientiæ debuit, ideoque notior ac uſque huc eſt, eſſe merebatur. Succeſſit eodem Anno *Petrus Denaiſius*, (*i*) magni nominis quondam Aſſeſſor Cameræ Imperialis, qui *noviſſimi Juris Compendium*, ſive *Jus Camerale* eodem modo adornatum edidit Spiræ 1599. 4to. quod opuſculum ſeptima vice recuſum Argentorati 8vo. 1652. cum variis utiliſſimis Acceſſionibus. *Goldaſto* tanti viſum fuit, ut id Conſuetudinibus & Legibus ſuis Imperialibus inſereret. (*k*)

*** ** Uter-

(*i*) Extat quoque hujus Viri Diſputatio *de Jure meri Imperii in eos, qui Spiræ conſtituti Judicii Cameralis corpore vel albo continentur*, Heidelbergæ 1601. excuſa. Cui Magiſtratus Spirenſis nomine oppoſita *Apologia meri Imperii*, ſive *Anticriſis* ad prædictam Diſputationem, Spiræ 1601. Sed hæc mox refutata per Denaiſium Tractatu inſcripto: *Adſertio Juris dictionis Cameræ Imperialis & Libertatis Cameralium adverſus Apologiam*, &c. Heidelbergæ 1601. egregium, de ejus Scriptis judicium tulit B. Dn. Aſſeſſor de Ludolf in noſtra *Commentatione Sect. I. §. XIV. Membr. I. num. 9.*

(*k*) *Pag. 212.* editæ autem ſunt hæ *Conſuetudines & Leges Imperiales Goldaſti* Francof. 1614. fol. in ea nimirum Sententia erat,

Ger-

Uterque vero horum libellorum ordine alphabetico diſpoſitus, qui num omnibus ſe probet, non ſatis expeditum judico.

Secundo loco ad Supplementa

Bibliothecæ Doctrinalis

promovemur. Ubi conſiderandi:

(I.) Qui de Jure Camerali ſyſtematice ſunt commentati; (II.) Qui Obſervationes, Relationes ac Deciſiones emiſerunt, adeoque ad unam claſſem ſpectant.

Ad primam claſſem refero *Noah Meureri*, Aſſeſſoris quondam Cameræ Imperialis Librum, cui titulus: Liberey Kayſerlicher auch Teutſcher *Nation* Stadt- und Land-Recht/ (*l*) Heidelbergæ Anno 1582. fol. in cujus Parte I. de Proceſſu Camerali copioſe, ſed ita diſſerit, ut nihil ſit, quod in ejus Proceſſu Camerali non legas. Uti ergo hic parum utilitatis, ita inſignem laudem fert *Petrus Oſtermannus*, J. U. D. Advocatus & Profeſſor Colonienſis, poſtea Conſiliarius Ferdinandi II. & III. Cæſarum, cujus eſt: *Syntagma Juris Cameralis juxta ſeriem Ordinationis Cameræ ordinatum*, *Deciſiones*, *Obſer-*

Germani nominis amans *Goldaſtus*, fore ut etiam exteri prudentes Germanorum Leges ſibi curæ eſſe ſinerent, in quo tamen fuit deceptus, nullo ex omnibus Goldaſti libris emtoribus hoc minus probato, ita ut adhuc hodie ejus exempla copioſiſſime in bibliopoliis habeantur.

(*l*) Hujus Proceſſum Cameralem recenſuit Deckher. *de cultu Jur. Camer. cap. VIII.* unde nos manum de tabula.

Obſervationes, Res judicatas, Vota Cameralia, & Præjudicia præcipua complectens, Coloniæ 1633. 4to. in novem Diſputationes Auctor opus ſuum diſtribuit, quarum 1. de origine, auctoritate & præeminentia, ſede, incremento, progreſſu, ſtabilitate & ordinatione Judicii Cameralis: 2. de ſuppeditatione Sumtuum, Immunitate, Privilegiis, & Viſitatione Cameræ Imperialis: 3. de diviſione Juris Cameralis, & quidem de Perſonis Cameralibus, Judice ſcilicet & Aſſeſſoribus, eorumque officiis tam in genere, quàm in ſpecie, tum in Judicio tum in Cancellaria: 4. de Fiſci & aliis Procuratoribus & Advocatis Judicii Cameræ Imperialis: 5. de Præfecto Cancellariæ, Protonotariis, Notariis, Lectoribus, Secretariis, Ingroſſiſtis, Copiſtis, Magiſtro Tabellariorum, item de Nunciis eorumque ac Notariorum executionibus, Quæſtore, Famulo Cancellariæ, Pedellis & reliquo jure Perſonarum Cameralium: 6. de Jurisdictione Cameræ in prima Inſtantia ratione Perſonarum immediatarum earumque Auſtrægis: 7. de Feudis Regalibus & Pace Publica Profana: 8. de Pace Religionis: 9. de Banno Imperiali agunt. Sequi haud dubie debebant plures Diſſertationes, quibus integrum Jus Camerale abſolveretur, verum partim fatalis belli tricennalis ignibus, partim acerbis Auctoris fatis, (*m*)

(*m*) Refert hæc fata & reliqua ad ejus vitam ſpectantia ipſe Oſtermannus in libro cui titulus: *Biſida clavis & avis, latipenna* in

quæ cum paulo poſt premere cœperunt, interceptæ. Congeſſit Auctor cuncta, quæ ex Legibus & aliunde colligi poterant, apte diviſit, non male judicavit, ſed à rebus in Camera agendis, & Hiſtoria Juris Cameralis alienus fuiſſe videtur; interim diligentia ejus omni encomio digna, & ſi Vito pergere datum eſſet, habuiſſemus, quem cunctis antiquioribus præferre potuiſſemus. Ab hoc ad *Petri Terminei Proceſſum Juris ſcripti & conſuetudinis perGermaniam etiam hoc tempore inCamera Imperiali uſitatum*, ſtudio *M. Abrahami Saurii*, (*n*) Coloniæ Agrippinæ 1597. 8vo. editum deflecto, quem laudare mihi neutiquam licet. Nihil enim continet, quod ad Proceſſum Cameralem faciat. Niſi quod in fine à pagina 234. uſque 268. celebris Juriſconſulti *Joan. Oldendorpii Progymnaſmata Fori, de temporibus Judiciorum, quæ vocant Terminos*, ex verſione germanica *Dris. Knauſtii*, ſub titulo: Hand-Büchlein von Cammer-Gerichts *Terminen* und *Proceſſen*, annectantur, qui Termini in veteri Ordinatione ſtatuti, cum Receſſui Imperii Noviſſimo diſplicuerint, & abro-

in avibus aquila, Viennæ 1664. 4to. de Scriptis itidem illic differit ac in toto libello id agit, ut Pacem, niſi catholicæ parti ſumme proficua ſit, diſſuadeat.

(*n*) *Saurius* hic, tum *Faſciculis* ſuis *Judiciarii Ordinis* ſingularibus, quibus multas Statuum & Civitatum Ordinationes alias perituras, conſervavit, tum aliis ſcriptis, nonnullum applauſum meruit, homo non indoctus, ſed elegantioribus literis non ſatis imbutus.

abrogati ſint, liber titulo lectores fallens, plane ne minimi quidem uſus cenſendus eſt.

Friderici Fabricii Corpus Juris Cameralis, continens Sacr. Roman. Imper. Conſtitutiones, Ordinationes, Decreta, Viſitationes &c. Deckherri noſtri cenſuram ſubiit *dict. diſſertat. cap. 9.* ubi ſimul monet, ſe *Joannis Forſteri* Proceſſum Cameralem non vidiſſe, adeoque nec de eo judicium ferre poſſe. Mihi autem cum utriusque libri copia contigerit, indicandum duxi, ultimum hoc titulo ſuperbire: *Proceſſus Judiciarius Cameralis, juxta omnes & ſingulas Sac. Rom. Imper. Conſtitutiones, Ordinationes, Vota, & ſummorum Germaniæ Tribunalium ac Statutorum uſum & conſuetudinem*, Mülhuſii Tyrigetarum, typis Martini Spieſii, ſumtibus Joan. Jacobi Porſii, Bibliopolæ, Francof. in 4to. Neque vero aliud quid hic deprehendes, quam purum putum Fabricium, ne ſyllaba quidem in opere adjecta aut demta, ut adeo judicare facile ſit, emtorum faſtidio permotum Bibliopolam novo titulo & Auctore præſcripto extrudere ſtuduiſſe flocci penſum libellum.

Ad *Syſtematicos*, qui poſt Receſſum Imperii Noviſſimum ſcripſerunt, dum accedo primo loco mihi memoranda eſt *Joan. Richardi Malcomeſii Tractatio methodica de illuſtri foro Spirenſi*, reſpondente Cornelio Bertramo Rademacher, Gieſſæ 1666. emiſſa. Auctor cum Oſtermanno ambulat, & ubi hic ſubſiſtit, nil eſt quod ab illo expectes. Ad hæc judicio deſtitui-

tur, quod vel titulus *fori Spirenſis* indicare videtur, quem Auguſtiſſimo Cameræ Imperialis Dicaſterio non ſine abſurditatis nota tribuere voluit.

Joachimi Chriſtiani Coehii Praxis Fori Germanici, ad Ordinationem Tribunalis Wiſmarienſis & Cameralem ſimul directa, prodiit Lipſiæ 1685. 4to. Auctor qui Aſſeſſorem primo loco dicti Judicii egit, & non minimæ eruditionis magnique judicii fuit, non tantum Ordinationem ſummi Tribunalis Wiſmarienſis, quam Illuſtri Jurisconſulto Mevio magnam partem debemus, illuſtrat, ſed etiam in parte I. operis ſui parti ſecundæ Ordinationis Cameralis, & parte quarta, parti tertiæ Ordinationis Cameralis ubilibet ſimul lumen infert.

Notiſſimus atque pleniſſimus Syſtematicorum eſt *Jacobi Blumii Proceſſus Cameralis*, cujus methodus non omnino culpanda videtur. Acris in eum eſt cenſura Deckherri *in diſſertat. de cultu Juris Camer. cap. X.* & negari nequit, jure hunc cenſorem egiſſe. Niſi enim quis *Deckherri* noſtri *Vindicias pro Veritate & Juſtitia Rei Jurisque Cameralis* illi addat, ſolidam Juris Cameralis notitiam haud aſſequetur. Id ſane optandum, & paulo planius ſcribere Deckherrum, & non odio aut invidia ductum interdum nullius pretii ſtricturas inſerere ad hæc librum uſque ad finem continuare voluiſſe, cum ultra Titulum XXX. non procedat, reliqua vero Lectoris judicio relinquat. Neque huic defectui vel aliqua in re medelam præbuit *Joan.*

Jaco-

Jacobus de Rampach, Archi-Epiſcopi Salisburgenſis Conſiliarius Aulicus, *in Palæſtra Sac. Rom. Germ. Imperii Archi-Tribunalium*, qua integer Proceſſus Cameræ Imperialis &c. abſolvitur, Viennæ 1726. fol. (*o*) Notas in Blumium vel Commentarium conſcribere propoſuerat, eumque ita formare, ut Judicii Imperialis Aulici procedendi modus ſimul exhibeatur. Abſolvit Titulos XXVII. ſemper textu Blumiano præmiſſo, Notis Commentariisque ſubnexis. Cum ipſe ſumtus faceret, nemo Bibliopolarum fuit, qui de Parte I. conqüereretur, ſed cum etiam ſecundam & tertiam partem extrudere alienis ſumtibus moliretur, Bibliopolæ operam ſuam negare cœperunt, unde reliquæ partes hactenus ſecutæ non ſunt. Neque id adeo magno Rei Cameralis & Proceſſus Judicii Aulici malo contigit; utut enim frons Partis primæ Commentationis, ſi verba ſequaris, *integrum Proceſſum Cameræ Imperialis ad amuſſim illius Ordinationis & Praxeos hodiernæ publicive ac privati Juris analogiam ſolide revocare*, hujusque cum Judicio Imperiali Aulico conſonantias differentias ubivis oſtendere, promittat; nihil tamen, quod res poſcebat, præſtitum, potius horum loco inanes & prolixæ digreſſiones inſertæ, quas nemo certe in tali libro quæret. Ex. gr. ſub titulo de Nunciorum Magiſtro cuncta, quæ de poſtis dici poſſunt, corradit;

(*o*) Cenſuram libri ampliorem habes in celeberrimi Moſeri *Bibliotheca Juris Publ. part. 1. num. 1.*

radit; ſub titulo de Fiſcali Cæſareo Jura Domanii Imperii, & quo pacto id reſtitui, ac alienata recuperari queant, expendit, cujus generis alia plura, nec Proceſſui Camerali, nec ordini rerum in Judicio Aulico agendarum ſatis convenientia, ubivis occurrunt. Qui vero *Rampachium* ſecutus eſt, *Joan. Chriſtianus Bocken*, J. U. L. & Sereniſſimo Principi Salmenſi quondam à Conſiliis Aulicis, in *Lectione Blumiana Juris Cameralis, ſive Notis perpetuis ad Jacobi Blumii Proceſſum Cameralem*, Colon. 1728. in 4to. Equidem nonnullas quovis pretio dignas obſervationes attulit, & totum opus Blumianum, omiſſo textu, à capite ad calcem inſtruxit; ſed quilibet primo obtutu agnoſcet, non cohærere principia, & opus ex variorum Cameræ Imperialis Procuratorum Notaminibus compilatum fuiſſe, ut ſtylum, modum tractandi, defectum propriæ ipſius experientiæ & alia taceam. Hinc vero Juris Cameralis ſtudioſus vix ac ne vix quidem inde conſequetur, ut Jus Camerale diſtincte percipiat, imo potius confuſione Bockeniana obruetur.

Hoc autem loco minime prætereunda eſt *Franciſci Friderici* L. B. & Nobilis Domini *ab Andler*, Sac. Cæſar. Majeſt. quondam Conſiliarii Aulici, *Jurisprudentia qua publica qua privata*. Scio Juri Camerali Auctorem illuſtrem proprie opus ſuum non dicaſſe, multæ tamen hujus materiæ ſunt, quas ille egregie illuſtravit. *Lib. I. Tit. V. Part. VII.* de Camera Imperii

ex

ex profeſſo agit. *Lib. II.* de Tutela & cura, de Judiciis, de cauſa Mandati, de Libello, de Diffidationibus, de Pace Publica, & Re judicata Tractationes inſeruit, cuilibet in Jure Camerali verſanti, inſignem uſum præſtituras. Sed comparanda omnino eſt Editio Anni 1737. Francofurtenſis in folio, cum prima in 4to. emiſſa in multis parcior ſit, ſecunda vero & Indice careat, & Supplementa debito loco non inſeruerit, quibus defectibus nova Editio, præter alia plura ornamenta non premitur. Acceſſit eidem Viri Juriſconſultiſſimi Henrici Chriſtiani Senckenbergii, Conſiliarii Regiminis & Profeſſoris Haſſiaci celeberrimi Præfatio. (*p*)

Noſtro quo vivimus, Seculo, *Joannes Gröningius*, J. U. D. *nova inſtituta practica* 1702. in 8vo. Hamburgi publici juris fecit, cui opuſculo harmoniam ſummi Regii Tribunalis Wiſmarienſis cum Judicio Aulico & Camerali junxit, qua trium horum Judiciorum naturam, Jurisdictionem fundandi modum, procedendi ordinem, modernumque ſtylum delineare conatur. Sed nimia brevitate laborant ejus conatus; ad hæc erroribus adeo ſunt obnoxii, ut Juris Cameralis cultori non multum commodi inde ſperare liceat.

*** ***

Con-

(*p*) Ignorare ſe dixit Senckenbergius noſter in hac Præfatione locum, quo Andlerus progenitus; quapropter gratum fore rem litterariam amantibus judicavi, ſi ex Schemate Genealogico B. Domini Aſſeſſoris de Plönnies hic notarem, natum fuiſſe Andlerum Spiræ Patre Iſaaco Andlero, J. U. D. Advocato & Procuratore Cameræ Imperialis.

Conradus Friedlieb de Friedensberg, Sac. Reg. Majeſt. Suecicæ Juſtitiæ Conſiliarius & Anteceſſor in Academia Gryphisvvaldenſi publici juris fecit An. 1709. *Practicam forenſem compendiariam civilem ad Sac. Rom. Imper. Cameram & Judicium Aulicum Cæſar. paſſim, potiſſimum vero Sac. Reg. Majeſt. Suecica Judicia in Provinciis Germaniæ, tum Judicia Megapolenſia directam*, in fol. Fingit titulus ſubſidia ad Jus Camerale, quæ in toto libro deprehendere non datur: & licet faſciculus formularum ſpiſſum volumen expleat, ultra quinas vel ſenas tamen ad Jus Camerale facientes in eo non deprehendes.

Ita vero ſenſim ſenſimque ad *Auctoris* noſtri *Commentationem Syſtematicam de Jure Camerali* deferor. Hæc Anno 1714. ſub titulo: *Juris Cameralis Delineationis brevis ac perſpicuæ* in 4to. primum edita. Adjungebantur (1.) Gravamina Statuum 1556. & 1557. in Comitiis exhibita, cum Reſolutionibus Judicii Cameralis. (2.) Literæ Patentes Imperatoris ad Judicia Leodienſia. (3.) Deſignatio variarum Rubricarum Citationis & Mandati in Camera uſitatarum. Quia vero opus ſingulari applauſu exceptum, Auctor illud tam in ipſo contextu quam Appendicibus auxit, atque 1719. titulo *Commentationis Syſtematicæ de Jure Camerali* præſcripto prodire juſſit. Diſtractis autem vix biennio elapſo omnibus exemplaribus, 1722. repeti debuit impreſſio, cui editioni cum fatale incendium Francofurtenſe admodum nocuiſſet, quarta prodiit 1730.

& jam

& jam quintum typothetarum curas ſentit. Commendatione vero laudatiſſimi operis me ſuperſedere poſſe, omnes facillime judicabunt, qui meminerint, neminem fuiſſe, qui quod inter mortales rariſſimum eſt, de hoc labore vel publice vel privatim non honorifice ſentiret.

Joannes Baptiſta Obriſt, J. U. D. Advocatus quondam & Procurator Celſiſſimi Judicii Cameralis, jam Profeſſor Juris Friburgi in Brisgoia Anno 1725. *Breviculum Theoretico-Practicum Proceſſus Cameræ Imperialis* emiſit in 8vo. in quo ordinem Breviculi Praxis Imperialis Aulicæ ſequi inſtituit. Non male equidem pro ratione inſtituti formulas Supplicationum non faſtidiendas, aliorum quamvis induſtriæ debitas, addidit; verum in transferendis Imperii Legibus ſatis infeliciter verſatus, & ipſius methodus, noſtro foro inepte applicata, ſæpe effecit, ut plures titulos verbis: hic titulus ceſſat in Camera: abſolveret; quæ vero cum fructu opuſculo illata, ex aliis, præſertim B. Dni. de Ludolf opere, deſcripta ſunt.

Uti vero omnes de Proceſſu Judicii Aulici agentes, Cameralium rerum meminiſſe debuerunt, ita inprimis Vir Illuſtris *Joan. Jacobus Moſerus de Filseck & Weylerberg*, in der Einleitung zu dem Reichs-Hof-Raths-*Proceſs*, multa inſeruit quæ ad Jus Camerale illuſtrandum apprime faciunt; unde doctrinæ Praxeos Cameralis cupidus, hoc nomine ad laudati Auctoris egregium & practice ſcriptum opus, cujus jam IV. Partes prodiere, omnino ablegandus eſt.

D. Joannes Fridericus Seyffart, Practicus & Doctor legens in Academia Fridericiana celebris Anno 1738. in 4to. edidit: Einen teutſchen Reichs-*Proceſs*, wie er bey dem Kayſerlichen Reichs-Hof-Rath / dem Cammer-Gericht zu Wetzlar / und anderswo gebräuchlich iſt. Neque hic Vir debita ſua fraudandus eſt laude, ideo in eum jure conferenda, quia Ordinationes Proceſſuum Germaniæ ſumma cura contulit, differentias notavit, & plurima in Proceſſu Saxonico & Magdeburgico uſum habitura ubivis inſperſit; Si quis vero Praxin Cameralem ex eo addiſcere velit, ex *dictis lib. 1. cap. 2. §. 16. & 18. cap. 4. §. 1. & 2. cap. 10. §. 2. cap. 21. §. 2. cap. 31. §. 3.* & *lib. 2. cap. 2. §. 2.* facile deprehendet, Auctorem harum rerum non ſatis gnarum fuiſſe.

Jam vero ad eos decurrit oratio noſtra, qui Jus Camerale *Obſervationibus* aut aliis Scriptis, Syſtematicam diſpoſitionem non ſapientibus, illuſtrare ſtuduerunt vel ſaltim conati ſunt. Primus horum jure ſuo eſt eritque *Andreas Gailius*, Aſſeſſor ſupremi Judicii Cameralis, & poſtmodum Conſiliarius Aulicus, in *Obſervationum Cameralium* collectione. Multos hic ob ſummum in re judiciaria uſum, habuit Commentatores, *Greveum* inprimis, quem jam Deckherrus prædicavit. *Tobias* autem *Loncinus*, J. U. L. & Practicus Hamburgenſis, Gailii Obſervationes, cum Tractatibus de Pace Publica, Pignorationibus & Arreſtis in germanicam linguam transtulit & Anno 1601. fol. emiſit. Cauſam verſionis ipſe in Præfatione ſua his verbis proponit:

Wei-

Weilen die *Opera Gailii* gar herrliche Bücher ſeyen/ habe er dem Teutſchen Vatterland zum Beſten ſolche in die Teutſche Sprache bringen/ und damit der *Juſtitiæ* Vortheil leiſten/ auch das von GOtt ihm anvertraute *Talent* anbringen wollen/ . . damit auch andere der Lateiniſchen Sprach unkundige ſolche verſtehen/ und nach deren Inhalt das Böſe laſſen/ und das Gute vollbringen können. Sed ſuperſedere potuiſſet hoc labore Vir pius ac ſolers; neque enim quisquam regulas recte vivendi ex Gailio haurire animum induxerit, ſed potius ſubſidia ſolidioris Jurisprudentiæ Cameralis ex eo haurire JCtorum labor fuit. Ut taceam eos, qui latina non callent, obſcuram ejus verſionem non facile capere poſſe. Eodem fere tempore *Henricus Andreas Cranius*, Reſpondente *Carolo Förſtero*, *Problematum Cameralium*, ſive *Controverſiarum in ſummo Imperii Tribunali opinionum*, ad clariſſimi Viri, *Andreæ Gailii* Obſervationes Camerales accommodatarum, & in utramque partem ſuis fundamentis excuſſarum, Diſputationem primam Helmſtadii 1601. in 4to. prodire juſſit, quam an plures ſecutæ, ego quidem ignoro. Obſervatio prima hic enodatur, & non male, meo quidem judicio, per Rationes dubitandi & decidendi. *Bigam* etiam *Diſſertationum* in Gailium *Gerardus van Stökken*, celebris Profeſſor Argentoratenſis, edidit. Recenſet præterea Deckherrus *Everardum Fabricium*, qui Notas in Gailium, ſub titulo: *Gailii enucleati* edidit; huic addendus *Joannes Wernerus Gericken*, Pei-

nenſis Civitatis Secretarius, qui hunc libellum auctiorem reddere conatus eſt, nil tamen ejus Additiones, niſi allegata Mevii, Brunnemanni, Strykii, Thomaſii, aliorumve præſtant.

Qui vero 1713. *Annotationes, Stricturas & Vindicias* ad Gailii Obſervationes dedit, *Carolus Otto Thyllius*, rectius opera ſua plane abſtinuiſſet, cum ipſe in Notatis, ob rei Cameralis imperitiam, & digreſſiones ex Jure Civili longe quæſitas, ſtricturis potius notandus ſit.

Adriani Gylmanni Deciſionum ſive Rerum in Camera Imperiali judicatarum Libri duo, Francofurt. 1602. in fol. prodierunt. Plane novas & hactenus non viſas Deciſiones forenſes frons libri promittit, ex Gailii & Meichſneri lucubrationibus collectas. Multæ ſingulares, & nonnullæ illuſtres controverſiæ in his Deciſionibus occurrunt, quæ neque in Meichſneri quatuor Tomis Deciſionum, neque in Gylmanni V. Tomis Symphorematum continentur, adeoque nobis Liber non illaudatus abire poteſt.

Deckherri Monumenta Lectionis Cameralis antiqua ſecunda vice Wetzlariæ 1720. in 4to. prodierunt: propinant autem 1.) Caſpari & Werneri Kochiorum, Joachimi Mynſingeri Aſſeſſorum, Annotationes ad Ordinat. Camer. de Annis 1548. & 1555. 2.) Offenbachii Commentationem de Reviſione Actorum. 3.) Philippi Tennagelii Aſſeſſoris quondam Cameræ Imperialis librum de decernendis Proceſſibus. 4.) Obſervationes quas vocant, Ante-Marillianas, ut & Centuriam

Obſer-

Obſervationum Cameralium, olim apud Julianum Magenhorſt editam. Ultimo loco notata Scripta jam antea emiſſa erant, ſed reliqua Deckherrus Manuſcriptis, Spirenſi incendio ereptis debuit, accurateque recenſita Obſervationibus auxit egregiis. Mira in his ſtyli facilitas, judicium acre, Annotationes tam ad Auctores quam ad ipſam Ordinationem Cameralem directæ, neque in trivio obviæ, cum à Viro profectæ ſint, qui maximum ævi ſpatium in foro conſumſerat, præcipuamque ſolidæ ſuæ eruditionis partem cultui Juris Cameralis dicaverat. Inſperguntur denique præjudicia apte quadrantia & recentiora, quibus tuto niti liceat. Unde cuncta quæ Deckherro alias quoad ſtyli obſcuritatem objici conſuevere, hic ceſſant, nec niſi laude digna reſtant. Fuerunt Deckherro, præter jam memorata, & alia, *cap. VIII. pag. m. 41. diſſertat. de cultu Juris Cameralis* recenſita *MSSta*, quibus mihi ex ejus Bibliotheca potiri contigit, & quæ magnam in re Camerali producere poſſent utilitatem, ſi à Viro, Deckherro judicio, eruditione & induſtria pari ederentur, Commentariisque ornarentur.

Jam laudati Deckherri *Concordia ſupremorum Sac. Rom. Imper. Tribunalium*, ſive *Annotationes in Uffenbachium de Judicio Imperiali Aulico* hic minime tacendæ ſunt, præſertim cum ab Uffenbachio nonnunquam præter veritatem traditas differentias inter Proceſſum Cameralem & Judicii Aulici ſolide confutaverit, eaque occaſione haud vulgaria obſervata ad Jus Camerale expoſuerit. *Quin-*

Quinquertium Camerale occaſione Viſitationis noviſſimæ Anno 1705. conſcriptum ac ἀνονύμως editum, Auctorem agnoſcit Virum ſummum *Philippum Helfricum Krebſium*, Aſſeſſorem à Circulo Inferiori Saxonico præſentatum, in quo, licet titulus quinque quæſtionum expoſitionem tantum promittat, integrum tamen fere Jus Publicum Camerale traditur.

Henrici Güntheri Thulemarii Relationum, Deciſionum ac Votorum ab Auguſtiſſimi ac Supremi Cameræ Imperialis Judicii Dominis Aſſeſſoribus & Aſſeſſoratus Candidatis elaboratorum Opus, 1727. in 4to. Wetzlariæ ſecunda vice emiſſum eſt, atque continet Relationes ſelectas, tum propter gravitatem materiarum, tum propter ſolidam elaborationem, varias Obſervationes forenſes contextui intermiſcentem; adeoque Juris Cameralis cultori inſignem uſum præſtat.

Joan. Deckherrus Librum ſingularem Relationum, Votorum & Deciſionum Auguſtiſſimi Cameræ Imperialis Judicii 1681. in 4to. edidit, Wetzlariæ 1724. recuſum. Vel nomine tantum Deckherri prolato quilibet perſuaſus erit, eum non ſine judicio in deligendo proceſſiſſe, & egregia quæque hic præſtitiſſe.

Joannis Friderici Hofmanni, J. U. D. Advocati quondam & Procuratoris Cameræ cura & calamo prodiit *Praxis Juris & Proceſſus Cameralis noviſſima*, ſecunda vice 1721. in 4to. Auctor cuilibet titulo theoreticam Tractationem materiarum ſub eo occurrentium præmiſit, è Rodingio ut plurimum excerptam, vid.

Deck-

Deckher. *Concord. ſuprem. Tribunal. cap. X. ſect. 2. ſubſect. 2. num. 30.* hanc excipiunt Formulæ Supplicationum, interdum etiam ulteriorum ſcriptorum, in Camera exhibitorum, cum Formulis Proceſſuum quorumcunque, prout illi in Cancellaria Camerali expediri ſolent. Uſum harum Formularum, intuitu exterorum Proceſſui Cameræ non ſemper incumbentium, nec non ſtudioſorum Praxeos Cameralis noverunt omnes,elioresque æſtimandæ ſunt Blumianis exemplis, quoniam his recentiores ſunt, ſtylumque hodienum magis ſapiunt.

Ludolfianæ Obſervationes jam à me eſſent adductæ, niſi animus fuiſſet, omnia *B. Viri* Scripta, quæ Syſtema Juris Cameralis non conſtituunt, una ſerie recenſere.

Præmitto reliquis ejus opus, *Colloquia Familiaria Modeſtini & Pomponii de Statu Cameralis Judicii in Imperio Supremi, ad Ordinat. Camer. part. 1. Titulos potiores;* inſcriptum. Nemo ante hunc Virum Illuſtrem eodem modo in Ordinationis Cameralis Partem primam prolixe fuerat commentatus, neque uberius à materia & reliquis ſubſidiis Scriptores hic ornantibus fuerat inſtructus. Quo præmiſſo facile quilibet mecum conſentiet, nullum Juris Cameralis cultorem eodem hoc Libro carere poſſe.

Idem *Ideam Philoſophiæ ſimulatæ non veræ in Scientia Juris & Fori,* 1735. edidit in 4to. cui antehac *Franckenbergii Schlendriani celebris Practicorum Magiſtri* titulum præſcripſerat; Hic quidem libellus illorum uſui inprimis dicatus fuit, qui cauſas in Camerali

Judicio agunt; loquuntur tamen exterorum quoque Eruditorum teſtimonia, illum & horum promeruiſſe calculum, & alibi cauſarum ſatis intentis magnam utilitatem præbere.

Ejusdem diligentiæ debemus den Jüngern Reichs-Abſchied zu Regenſpurg *1654.* in kurtzen jedoch deutlichen *Summarien* auf eine neue und nützliche Arth vorgeſtellet/ mit Beyfügung/ was durch den jüngſten *Viſitations*-Abſchied *de Anno 1713.* und des Cammer-Gerichts Gemeine Beſcheide/ des *Proceſs* halben/ in Gefolg des Reichs-Abſchieds ferner verordnet/ Franckfurth 1720. in 4to. quem laborem inſignis eſſe utilitatis quivis vel ex inſcriptione ſtatim agnoſcet.

Ornavit idem Auctor den kurtzen jedoch gründlichen Unterricht/ wie die *Proceſſe* an beyden höchſten Reichs-Gerichten wohl ein- und außzuführen/ ſuis Annotationibus 1720. quarum inſignem & quotidianum uſum nemo hactenus non agnovit.

Georgii Melchioris de Ludolf Hiſtoria Suſtentationis Judicii Supremi Cameræ Imperialis Francof. 1721. in 4to. prodiit. In hac non tantum, quo pacto Cameræ Suſtentationi proſpectum, ſed & multa alia ad Hiſtoriam Celſiſſimi hujus Judicii pertinentia deprehenduntur. Id unice dolendum, in antiquioribus non ſatis ex Archivis inſtrui voluiſſe aut potuiſſe Virum eruditum, in quo ſi nihil deficeret, ampliora ad Hiſtoriam conditi Judicii ex eo diſcere liceret; adeoque Hiſtoriam integram dicti Judicii ſi quis exinde ſperet, is ſane admodum

dum erroneam, & Auctoris inſtituto contrariam ſpem animo concepit.

Neque minus B. Dno. de Ludolf debetur *Rerum in Auguſtiſſimo Judicio Camerali deciſarum Collectio nova*, continens Sententias potiores Judicii Cameralis ab Anno 1588. uſque ad Annum 1688. quarum nulla neque in Blumii Chiliade, neque in Deckherri Periodo duodecennali reperitur, cum ſumma unicuique Sententiæ præfixa; necnon Indice duplici locupletiſſimo, & Præfatione, qua de præcedentibus Collectionibus earumque & præſentis uſu, necnon de ſtylo judiciario in concipiendis Sententiis Cameralibus recepto diſſeritur, Francof. 1715. in 4to. Nomen equidem Auctoris libro non additum, certo tamen certius eſt, non niſi Ludolfo eum deberi, ſiquidem ſæpiſſime verſaverimus Codicem manuſcriptum, ex quo deſumta fuit hæc collectio; neque de ejus utilitate quicquam addere neceſſarium duximus, cum Præfatio eidem præmiſſa ſatis eam demonſtratam dederit. Id tantum monendum, quæ poſt tempus, in titulo deſignatum, prodierunt Cameræ deciſa, aliis ſuis operibus, quæ jam ſequuntur, paſſim intuliſſe B. Virum. Sunt autem hæc *Symphorematum Conſultationum & Deciſionum Forenſium* Tomi tres, & *Obſervationum Forenſium* (q) Volumina IV. dederat prioribus B. Dnus. Aſſeſſor de Ludolf formam, quæ ab integris

*** **** 2 foliis

(q) conf. hic Illuſtris Domini de Meiern *Tractat* vom Sechſten Zinß-Thaler in *Append. pag.* 175. ex quo præſtantiam harum Obſervationum facile percipies.

ſoliis nomen ſortitur, his vero eam, quam in 4to. vocant. In his brevius procedit, nonnulla ex plenioribus Relationibus, ſine ulteriore nexu, decerpens, & amplius, ac in referendo id fieri poterat, per digreſſionem aut alio modo illuſtrans, adjectis ubilibet egregiis Documentis ac Monumentis fide dignis, quæ caſus ſorsve obtulerant. In illis integras Relationes Camerales, partim ſua, partim aliorum induſtria confectas lectorum oculis ſubſternit, & Appendicibus maximi momenti cuncta ornat. Non me præcone egent iſti Libri, præſertim ab eo ingenio, quale erat Ludolfianum, profecti. Mirabitur Lector caſuum delectum, gravitatem Deciſionum, ubertatem rationum & reliqua, quæ ſumma dici poſſunt.

Antequam hinc abeam, dicendum eſt aliquid, quod fere omiſiſſem, nimirum de *Rutgero Rulanto.* Mentionem ejus fecit, judiciumque de eo interpoſuit Deckherrus *Libro citato cap.9.* non autem forte cuncta ei viſa, quæ Rulanti nomen præ ſe ferunt. Obvenerunt mihi *Quæſtiones juxta modum in Camera inter referendum uſitatum reſolutæ, & præjudiciis munitæ, opera Rutgeri Rulanti* Hamburgi 1608. 8vo. ubi LXIII. Quæſtiones præjudiciis, quæ vocant, informantur. Egregium etiam aliud *opus Rulantinum* omitti non debebat, nimirum *Proceſſus Judiciarii ad mores noſtros ſtylumque Cameræ accommodati Pars II. continens exempla Cameralia, ex MSStis deſumta, & præceptis Ferrarii Montanei prima parte propoſitis, accommodata, ſtudio Rutgeri Rulanti*, Hamburgi 1608. in 4to.

Eo-

Eodem nimirum Anno eodemque in loco edebantur *Præcepta ad modum procedendi ſpectantia Joan. Ferrarii*, nunquam ſatis laudata, quibus Supplementa ſcribit Rulantus; ex ſtylo Jureque Camerali, in clariſſimum Ferrarium Commentator haud pœnitendus, & defuncto & lectoribus. Memoria dignum hoc opus, plerisque licet, qui hodie procedendi in foro modum illuſtrare ſatagunt, & inviſum & ignotum. Si extendiſſet ſuas curas Rulantus etiam ad Partem II. Proceſſus *Ferrarii*, quem *Progymnaſmata Forenſia* hic inſcripſit, quæque Hermannus Vultejus (magnum in re juridica nomen!) iterata editione Marburgi 1599. 4to. digna judicavit, haberemus ſane in totum Proceſſum Commentarium, multis hodierni temporis anteferendum. *Theſauro Fructuum & Intereſſe*, Hamburgi cura Rulanti 1608. 8vo. edito, cohæret *Decas Votorum Cameralium* circa Fructuum & Intereſſe materiam occupata. *Theſauro Juris Emphyteutici* noſter itidem *Decadem Votorum Cameralium* Hamburgi 1606. 8vo. ſubjunxit, ad hæc *Theſauro Juris Executivi* Francofurti 1624. fol. in lucem emiſſo, & noſtri nomen præferenti, *decem claſſes Relationum & Votorum Cameralium* acceſſerunt, ita ut Auctor ubivis Cameræ Judicatis ſua ornare ſtuduerit. Neque plura hic de Rulanto (*r*) affero, con-

(*r*) Pluribus de Rulanto egit Lerſner. *Chron. Francof. part. 2. pag. 236.* ubi & de Nobilitatis elogio in eum collato, necnon pluribus ad ejus vitam pertinentibus, quæ etiam ni fallor, Hamburgi ſeparatim prodiit.

jungo autem eum Ludolfo eo lubentius, quo magis ſcio, maximi eum feciſſe hunc Auctorem, & adeo manibus grave non futurum ſi duo ſidera Juris Cameralis ſe prope ſequantur.

Multa Obſervationum, Relationum, aliaque huc ſpectantia Volumina, nonnullorum privatorum ſcriniis tenentur, alia Bibliothecarum publicarum partem conſtituunt. Celeberrimus Gieſſenſium Anteceſſor, *Henricus Chriſtianus Senckenberg*, Vir in Jurisprudentiæ, præſertim Germanicæ decus natus, nuperrime quatuor ſpiſſorum Voluminum, Relationes Camerales anecdotas continentium, me ſpectatorem fecit. In *Catalogo Bibliothecæ Hofmannianæ Wittebergenſis* itidem plura reperiebantur, ut & in ſcriniis literariis *Polycarpi Leyſeri*, Helmſtadienſis Polyhiſtoris. Eſſet profecto è re communi, *Collectiones Meichſnerianas* aliasve inde ſuppleri; habuit enim Camera Imperialis ſemper Viros in omni ſcientia Juris exercitatiſſimos, partim ſcriptis, partim rebus agendis claros, & prudentia præditos ſingulari, unde quot fere paragraphi tot gemmæ themidos effulgent. Forte aliquis orietur, qui & in his utilitati communi ſuccurrat, & ſummorum Virorum adhuc viventium, aut noſtro ævo defunctorum labores, itidem publico, ad exemplum B. Ludolfi non invideat. In laudes tamen viventium non deſcendam, quibus communis orbis germanici conſenſus ſatis ad laudem, ſatis eſt ad Gloriam.

Præter Libros jam adductos, multæ etiam proſtant *Diſſertationes Academicæ*, præſertim recentiores, & Jus Camerale in genere, & quædam ejus capita ſingularia illuſtrantes. Dantur & alii Tractatus, de quibusdam capitibus tantum conſcripti. Sed ad hos uſque cenſus excurrere non ſolum ab inſtituto alienum, verum etiam ſuperfluum foret, quia Bibliopola ſolertiſſimus, Nicolaus Ludovicus Wincklerus, qui Privilegio Cæſareo ab Hæredibus Ludolfianis ſibi ceſſo, ſumtus in præſens Opus excudendum fecit, omnia & ſingula huc ſpectantia recenſere, hancque Cameralem Bibliothecam Scriptorum particularium, *Collectioni rariorum & meliorum id genus ſcriptorum*, quam typorum beneficio reſtituere decrevit, præfigere animum induxit. Comparebunt tum ſimul illi, qui de *Hiſtoria Juris Cameralis*, necnon methodo illud diſcendi docendique aliquid literis commiſerunt; quæ etiam ratio fuit,

quare

quare hic de ejuſmodi materiis nihil calamo committere voluerimus.

Separatim etiam *Deckherrus de Bibliotheca Exemplari capite XI. Tractationis ſuæ* egit, ſub quo nomine ego quidem ea tantum impreſſa venire cenſeo, quibus integra geſtorum ſcripta publico dati ſunt. Tales autem Libros poſt fata Deckherri prodiiſſe ego non memini, cum noſtro ævo brevitati magis ſtudere ſoleant partes. Si quis autem ingentem illam *Deductionum*, quas vocant, molem vel titulorum tenus colligere ſtudeat, quæ in ſingulis fere hodie cauſis coram Auguſtiſſimo Cameræ Judicio pendentibus editæ ſunt, ſane is multum chartæ & temporis eſſet conſumturus, cui tamen parcere jubent nundinæ jam adultæ, & negotia in Editorem incumbentia quotidiana. Ad hæc actum ferme ageret is, qui exemplarem hujusmodi Bibliothecam conſarcinare ſibi negotium faceret. *Lünigii* enim *Bibliotheca Deductionum* & varia ei ab aliis conſcribenda Supplementa, ſufficientem in hac re notitiam præbent. Quin cum plurimi horum libellorum Jura deducentium, non in Camerali Judicio producti, ſed vel Viennæ vel in Comitiis univerſalibus diſtributi, valde imperfecta foret Cameralis, ut ita loquar, noſtra Collectio, nullum habitura uſum, niſi ut diligentiæ ſit ſpecimen.

Fateor equidem, nonnullas haberi *Deductiones*, ubi *de Stylo Judiciario Cameræ* diſputatur, ſed harum ſpeciatim non meminit Deckherrus, & nos alio tempore, paucæ cum ſint, earum non immemores deprehendes. Jam vero feſtinanti Editori bene precare, cum is, TIBI optima & ſaluberrima quævis Votis ſuis adſcribat.

Dabam Wetzlariæ Prid. Idium Septembris

MDCCXLI.

Summa

Summa ſequentium Auctariorum:

I. *JUriſdictio Cameræ in Perſonas Camerales privativè competit.*
II. *Caſus L. unic. Cod. quando Imperat. inter Pupill.*
III. *An in Cauſa Civili conſors Eccleſiaſtici Ordinis trahat ad Forum Eccleſiaſticum reliquos.*
IV. *Modus annuorum Redituum apud Leodienſes ad normam Conſtitut. Imper. redactus.*
V. *Iniquitas Sententiæ à qua aperta ſuperat accuſationem deſertæ Appellationis.*
VI. *Ad ſummam Appellationis ordinariam computare licet uſuras cum ſorte, non item licet in ſumma Privilegii, expreſſa ſumma ſortis.*
VII. *Tollere jubetur Judex à quo gravamen ſuſpenſo interim Proceſſu Appellationis.*
VIII. *Non devolutoria ob ceſſans gravamen Appellationis.*
IX. *Recurſus ad Brachium ſeculare adverſus injurias Judicis Eccleſ.*
X. *De Privilegio Elect. Colonienſ. de non appellando.*
XI. *De Judicio Reviſorio Elect. Colonienſ.*
XII. *Monita quædam ad Notitiam Judiciorum Colonienſ. ſpectantia.*
XIII. *Interpretatio Privilegii Rudolphini Leodienſis ad Cæſar. Majeſt. remiſſa in puncto Votorum in Judicio Reviſorio reddendorum.*
XIV. *De valore floreni aurei ad monetam Leodienſem comparato.*
XV. *Diploma Friderici III. Imperat. quo Gerhardus Comes Saynenſis conſtituitur* zum Stadthalter bey dem Weſtphäliſchen Gericht / *Anno 1467.*
XVI. *De forma Proceſſus litigioſæ Poſſeſſionis.*
XVII. *Exemplum Laudi Cameralis in cauſa turbatæ Juriſdictionis admodum memorabile.*
XVIII. *Exemplum remiſſionis factæ ad Cameram ab Imperat. Carolo V.*
XIX. *Mora in obſervandis formalibus Proceſſus Auſtrægarum non debet nocere Succeſſori in Principatu.*
XX. *Tranſactio facta tollit Appellationem interpoſitam licet partes ab ea receſſerint.*
XXI. *Modus celebrandi Exequias poſt mortem Imperatoris vel Regis Romanorum.*

AUCTA-

AUCTARIA XXI.

I.

AD *pag.20. num.10.* In hoc caſu nequidem concurſui cum Judicio Imperiali Aulico erit locus, Andler. *Juriſprud. Publ. lib. 2. tit. 3. num. 32.*

II.

Ad pag. 24. Nuper admodum exortâ inter Perſonas Illuſtres, Auguſtanæ Confeſſionis & quidem ſatis potentes controverſiâ, & Tutore pupilli ad Cameram ſeſe convertente, præteritis Auſtrægis, cum cauſa ſpolii ſimplicis juxta Ordinationem Cameralem ad Proceſſum Mandati qualificata non exiſtimaretur, diſſentientibus votis Senatus, digna videbatur materia quæ totius Collegii votis tractaretur in theſi. Facto ſententiarum diverſarum ſcrutinio, deprehendebatur votorum paritas, & eſſe rem juxta Legem Cameralem *Concept. Ordinat. Camer. part. 2. tit. fin. §. 1.* expreſſam ad deciſionem Legislatoriam remittendam, quod etiam factum per *Decretum Conſilii Pleni 12. Julii 1721.* Obſervabitur itaque ipſo facto negantium ſententia, donec aliud Lege publica fuerit ordinatum.

III.

Ad pag. 45. num. 19. 20. Petebatur Anno 1720. Mandatum Caſſatorium & de revocando illicitos ad Judices Eccleſiaſticos recurſus in cauſa mere civili & profana. Ratione Perſonarum incidebat dubium; an unus conſortum Eccleſiaſtici Ordinis ad Eccleſiaſticum forum pertraheret reliquos Ordinis Politici, allegabatur Gail. *lib. 1. obſervat. 37.* Wieſtner. *Jur. Canon. tit. de For. compet. artic. 8.* Böhmer. *Jur. Eccleſiaſt. eod. tit. §. 50.* Eſpen. *Jur. Eccleſiaſt. part. 3. tit. 1. cap. 4. num. 11. 26. ſeqq.* Berlich. *part. 2.*

deciſ. 220. num. 4. Luca ad Gratian. *Diſceptat. cap. 641. num. 7. & 10.* ſed obtinuit majoribus votis decernendum eſſe Mandatum.

IV.

Ad pag. 98. ſeq. De Annuis reditibus vid. *Ordinat. Polit. Anno 1548. tit. 17. §. 8. Anno 1577. eod. tit.* Graviſſimam meminimus incidiſſe aliquando quæſtionem de modo annuorum redituum apud Leodienſes, ubi ſolitum eſt *creare reditus annuos* (ita loquuntur latinis verbis) ad rationes *Denarii* quandoque *Vigeſimi*, quandoque *Decimi Quinti*, olim etiam *Duodecimi.* Hæc proportio indicat numerum Annorum quo reditus exæquare poſſit ſortem ſcil. Annis viginti 5. pro 100. Annis quindecim 6⅔. pro 100. Annis duodecim 8⅓. pro 100. vide Mean. *Obſervat. 429.* Quærebatur itaque, an non obſtante allegata conſuetudine, & probata teſtimonio Meani dicto loco ad legitimum modum quincuncium eſſent univerſaliter reducendi annui reditus? Adducebantur pro admittenda conſuetudine ex Mev. *tractat.* von Wucherlichen *Contracten part. 1. cap. 6. §. 5. uſque ad fin. cap. 7. §. 4. ſeqq.* & *part. 4. deciſ. 208.* Lyncker. *deciſ. 458. & 1357.* & *in Diſceptat. Forenſ. reſolut. 266.* Klock. *volum. 2. conſil. 40. num. 138.* Gail. *lib. 2. obſervat. 8. num. 5.* & *obſervat. 9.* Græveus *lib. 2. concluſ. 7. conſiderat. 1. requiſit. 3.* & *concluſ. 8. conſiderat. 1.* Rulant. *de Commiſſar. part. 4. lib. 6. cap. 6. num. 24.* Hagen *de Uſuris tot. cap. 5. inprimis num. 57. & 67. ſeq.* Adferebatur in medium, quod præcedentia rerum judicatarum exempla referenda eſſent forte ad eum rigorem, qui ſub initium Seculi XVII. hæſitantes reddiderat Aſſeſſores, an quidquam uſurarum nomine adjudicare liceret, vid. Literas ad Comitia exaratas cum rationibus adjunctis apud Hagen *de Uſuris cap. 6. num. 46. & 233.* Producebantur exempla plerarumque Provinciarum Germaniæ, in quibus 6. pro 100. uſurarum nomine invaluerunt recenſente Hagen *cap. 7. num. 21. ſeqq.* quibus adde *Ordinat. Ducat. Magdeburg.* & ipſius *Auſtriæ conſuetudinem.* Vicit tamen in pleno Conſilio ſententia eorum qui ſequendam eſſe Legem publicam Imperii, Praxi Cameræ firmatam

matam exiſtimavere vid. Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. de Uſuris* §. 24. Sententia itaque publicata 7. Octobr. 1720. ſequentis tenoris:

In cauſa Pauli Franciſci Grand Jean contra Comitem des Urſins Appellationis, viſis et ponderatis Actis, pronunciamus per Judices priorum Inſtantiarum male judicatum, bene ab ipſis appellatum Sententiasque eorum proinde, non attentis tam à Judicibus à quibus quam à parte appellata de prætenſa contraria Conſuetudine Leodienſi veluti Conſtitutionibus Imperii adverſante, obmotis, reformandas eſſe eatenus, ut empti per Appellatum ad rationem denarii decimi quinti annui reditus quicunque, nunc in ſumma combinata Mille Quadringentos Florenos conſtituentes, ad rationem denarii vigeſimi tam pro præterito quam pro futuro reducendi, eaque propter Appellanti liberum ſit, ſi reditum hunc redimere adhuc velit, id quod ultra denarium vigeſimum aliasvè indebite ſolutum eſt, prævia nova liquidatione absque uſuris tamen, de pretio debito detrahere. Quod ſi verò reluitio nondum fiat, Appellato incumbat vel dictum pretium pro ratione indebiti ſoluti ſtatim diminuere, vel illud in debitum Appellanti parata pecunia reſtituere. Prout hoc modo reformamus, decernimus & condemnamus: Expenſas in hoc Imperiali Judicio deſuper factas, ex cauſis nos moventibus compenſantes.

Statutum quondam Erneſti Principis Leodienſis Ducis Bavariæ de Anno 1592. cujus inſinuatio Cameræ Imperiali facta, acceptata 30. Martii 1609. in quo Statuto permiſſa major quantitas annuorum Redituum quam 5. pro centum, attentione dignum videbatur nemini, quia apud Leodienſes ad uſum non pervenit, neque vim Legis obtinuit totum illud ſyſtema Statuti Erneſtini, qua de re prolixe agit Mean. *Obſervat.* 542.

Diverſa plane ratio foret in caſu tali, quo aliquis Teſtamento ſuo legatum reliquiſſet v. gr. 300. floren. annui reditus data hæredi libertate redimendi reditum mediante decimo quinto denario; Hic enim non foret exceſſus ultra legitimum uſurarum modum, ſed hæres obligatur ut præſtet ſummam capitalem majorem quam ad rationem vigeſimi denarii. Id enim tantum in favorem hæredis ſtatuiſſe videtur teſtator, ut liceat ipſi liberare ſe

ab annua præſtatione reditus per ejus redemtionem. Quantitatem redemtionis determinare & hæredem onerare erat in arbitrió teſtatoris.

V.

Ad pag. 119. Dictum ibi, deſertionem non attendi ſi Sententiæ à qua eſſet evidens iniquitas. Confirmatur hæc Sententia per textum *Concept. Ordinat. Camer. part. 3. tit. 40. §. 2.* adde Klock. *Relat. 20. num. 8. 9.* Mynſing. *centur. 4. obſervat. 63.* Mev. *part. 4. deciſ. 115.*

VI.

Ad pag. 123. ſeqq. Accidit fortuito, ut in notata veteris cujusdam Aſſeſſoris jam defuncti inciderem, qui interfuerat conſilio 28. Junii 1670. & rationes concluſi, Protocollo Pleni non inſertas, annotaverat, ex quibus didici, actum fuiſſe tunc non de *Summa Ordinationis*, ſed unice de *Summa Privilegii*: Ergo extra Summam Privilegii cumulationem penſionum cum ſorte ad conſtituendam ſummam appellabilem admitti in Camera, exemplo 24. Novembr. 1685. in cauſa Meyers Erben contra Thiergarten / vid. Roding. locuplet. *lib. 1. tit. 20. §. 43. ſeqq.*

VII.

Ad pag. 136. ſeq. Pertinent huc *Decretorum Formulæ infrà Append. VI. ſub Num. 48. 152. 153. 158. & 159.*

Eandem viam placere Auguſtiſſimo Judicio Imperiali Aulico probat Decretum hic ſubjectum:

Lunæ 22. Martii 1717.

Von Pohlheim Freyherr Uxorio nomine contra den Gülich- und Bergiſchen Lehen-Anwald und die Geſchwieſterige von Uttenhoven / Appellationis, ſive Appellantiſcher Anwald Johann Jacob Schlöſſer / ſub præſentato 2. hujus introducendo Appellationem von einem den 13. Novembr. ergangenen und 3. Decembr. nuperi inſinuirten höchſt gravirenden Mandato. Supplicat humillimè pro clementiſſimè decernendis plenis Appellationis Proceſſibus & Reſcripto Inhibitorio an den Gülich- und

Ber-

Bergiſchen Geheimen Rath / appon. Num. 1. & ſub Lit. A. Inſtrumentum Appellationis, ſub B. verò Libellum Gravaminum in duplo.

Idem Schlöſſer ſub præſentato 9. ejusdem conquerendo de continuatione Gravaminum, ſupplicat humillimè pro clementiſſima maturatione Reſolutionis & delatione petitorum, appon. Lit. C. in duplo.

Decernuntur pleni Appellationis Proceſſus, ſed ſuſpenſa eorundem expeditione, reſcribatur dem Herrn Churfürſten zu Pfaltz cum incluſione Exhibiti, das bey angeführten Umſtänden gantz evidente Gravamen abzuthun / und cauſam ad Judicium competens, nemlich die Schöffen-Banck zu Waltnel zu remittiren / auch wie ſolches beſchehen / binnen zwey Monathen zu berichten / damit nicht nöthig ſeye / die Expeditionem deren erkannten Proceſſuum vollſtrecken zu laſſen.

Frantz Wilderich von Menßhengen.

Affine huic Obſervationi & memoratu dignum eſt Decretum in Camera Imperiali Anno 1719. 13. Februarii. Mandatum de tollendo Gravamen ex propria confeſſione injuſtum, inſtituendo legitime electum Senatorem & non amplius turbando in Jure notoriè competente Sine Clauſula, in cauſa der Kauff- und Gewandſchnitter-Gülte zu Nordhauſſen contra Burgermeiſter und Rath daſelbſt.

VIII.

Ad pag. 140. ſeq. in fin. lit. (a.) vid. *Colleg. Jurid. Argentorat. lib. 49. tit. 5. num. 3.*

Ubi ob ceſſans gravamen Appellationem non admitti traditur. Quidni ergo ſi admiſſa eſſet, deprehenſa poſtea in judiciali examine narratorum falſitate, non-Devolutoria pronunciari poſſet? Exemplum recentiſſimum ejusmodi Sententiæ hic addo:

Expeditum den *17. Julii 1720.*

In angemaſter Appellation der Erbgenahmen Hanſens in Actis benahmten armen Partheyen wider Dr. Tiels zu Cölln iſt erkannt / daß ſolche Sache durch fürgenommene Appellation wegen geſtändiger und liquider Schuld deter Appellanten, mithin offenbarer Unerheblichkeit derer Gravaminum, an dieſes Kayſerliche Cammer-Gericht nicht erwachſen / ſondern an Richtern voriger Inſtantz zu remittiren und weiſen ſeye / als wir ſie hiermit remittiren und weiſen; ſo viel jedoch die Appellation von der bey dem Vogteylichen Gericht in Cölln am 13. Februarii 1717. außgefallenen Urthel betrifft / bleibet Appellanten als armen Parthey / dafern ſie dabey zu acquieſciren nicht gemeynet / ſolche in Judicio immediatè ſuperiori einzuführen unbenommen / ſondern vorbehalten.

Remedio verò Reſtitutionis in integrum adverſus non-Devolutoriam locus non erit regulariter, vid. *dict. pag. 225. num. 55.*

IX.

Ad pag. 166. De recurſu ad Brachium ſeculare adverſus injurias Judicum Eccleſiaſticorum adde Gylman. *Symphorem. tom. III. in Præjudiciis. Rubr. Brachium ſeculare.* Anno 1688. 13. Julii decreta fuit Citatio ſuper Nullitatibus cum Inhibitione & Compulſorialibus in cauſa Matrimoniali ad inſtantiam Margarethen Lothin contra Bernhard Hoyer. Ita memini decretum non ita pridem Mandatum Sine Clauſula de non adigendo virginem honeſtam ad deforme matrimonium ineundum.

X.

Ad Appendicis V. pag. 129. quibus locis reſpondet *Catalogus Privilegiorum pag. 9. ſeq.*

Secutus ſum in Catalogo Privilegiorum Annotationes in Archivo Camerali exiſtentes, per Lectores ſive Archivarios factas, expetitam ſæpius copiam Privilegii Electoris Colonienſis de 24. Novembris 1653. ibi relatam unà cum Declaratione Electorali de 15. Maji 1653. fruſtra quæſivi. Tandem ab Amico communicatus

mihi

mihi fuit Extractus Chur-Cöllniſchen Land-Tags-Abſchieds zu Bonn den 15. Maji 1655. Tenoris ſequentis:

Was dann letztlich das Privilegium de non appellando belanget/ haben Ihro Churfürſtliche Durchläucht deſſen Renovation aus keinen andern Urſachen/ als um des gemeinen Beſten willen/ und ſonderlich/ daß die Schwächere von den Mächtigeren mit koſtbaren außländiſchen und unſterblichen Proceſſen nicht abgemattet oder außgemergelt/ und folgends ihres Rechtens verkürtzet werden mögen/ außgebracht/ ſehen auch nicht/ warum ſie ſich ſolches in der Güldenen Bull von Drey Hundert Jahren gegründeten Privilegii weniger als andere Churfürſten gebrauchen ſolten/ zu geſchweigen/ daß allhier im Ertz-Stifft die litigirende Partheyen drey/ vier/ und mehr Inſtantias gebrauchen/ und alſo ihre Befugnüß genugſam außführen können; Weilen dannoch die Löbliche Land-Stände die Ungleichheit mit andern Benachbarten/ da ſie mit denſelben in Rechts-Streit gerathen/ ſo beſchwehrlich halten; Als können Ihro Churfürſtliche Durchläucht geſchehen laſſen/ daß/ biß man ſiehet/ ob des Landes Nothdurfft und Nutzen ein anderes erfordern wird/ die Appellationes in Petitorio durchgehends (ſalvâ tamen ſummâ hactenus ſine interruptione obſervatâ) ihren ungehinderten Lauff behalten/ in Poſſeſſorio aber allerdings verbotten bleiben.

Addebatur, non aliam exiſtere Declarationem Electoris quam hanc, neque de ullo Privilegio recentiori de 24. Novembris 1653. conſtare, adeoque erratum eſſe in deſignatione ex Lectoriâ à me annotata. Declarationem enim illam Electoris erga Status Provinciales non eſſe de Anno 1653. ſed de Anno 1655. per Literas Electoris Cameræ notificatam. Sed hæc uſque dum certior contigerit informatio, ſuo loco relinquere adhuc volo.

XI.

Ad dict. pag. 129. De Reviſorio Judicio Bonnenſi in cauſis appellabilibus non fundato, notabile eſt decretum Anno 1700. 3. Aprilis Mandatum de caſſandis in Reviſorio Bonnenſi latis Decretis

cretis & Sententiis, inhibitorium & de manutenendo Sententiam 3. Aprilis 1700. latam Sine Clauſula in cauſa Erckleus contra Chur-Cöllniſchen Reviſions-Rath zu Bonn/ reproducirt 29. Novembris 1700. ulteriora Mandata decreta Anno 1701. & 1713. Simile exemplum in cauſa Mautels contra Bensleg/ ubi à decretis Proceſſibus in Reviſorio Civitatis Imperialis Colonienſis, Camera Imperialis Appellationem recepit 14. Novembris 1719.

XII.

Ad pag. 130. Nachdem über die in Tabella Privilegiorum befindliche Nachricht von denen Churfürſtlich-Cöllniſchen/ als des Heiligen Reichs Stadt Cölln am Rhein Gerichtern dem Auctori einige Erinnerungen zugeſchicket worden/ ſo ſind ſolche/ ohne jemanden zu præjudiciren/ hier beygeſetzet:

Ad dict. pag. 130. 1. Das Churfürſtlich-Weltliche oder Schöffen-Gericht habe Jurisdictionem fundatam in prima Inſtantia in civilibus tam realibus quàm perſonalibus in ſuo diſtrictu, weil die Flügel-Gerichter/ de quibus *pag. 132. §. 5.* auch ihren Diſtrictum, auch in ſolchen Jurisdictionem in prima Inſtantia fundatam hätten.

In Criminalibus geſtünde der Churfürſt dem Magiſtratui der Stadt Cölln ultra primam apprehenſionem keine weitere Inquiſition.

Von Uberantwortung des Delinquenten an die Thurn-Meiſtere/ wüſte man Churfürſtlicher Seite nichts; dann nach eingezogener Information de delicto commiſſo, geſchehe die Uberantwortung der Malefitz-Perſonen an den Churfürſtlichen Gräven/ nicht durch die Thurn-Meiſtere/ ſondern durch die Gewalt-Richtere unter offenem Himmel mit dieſen Formalibus: Daß die Perſon mit Schuld und Unſchuld überliefert werde/ um derſelben Recht/ und kein Unrecht wiederfahren zu laſſen.

Ad dict. pag. 130. in fin. Das Jus aggratiandi werde Churfürſtlicher Seits ſo wenig geſtanden als Jus puniendi.

Ad pag. 131. Die beyden Gerichter Arßbach und Niederich hätten in ihrem diſtrictu in Civilibus realibus, auſſerhalb/

daß

daß die über Erbſchafften / in ſelbigen Gerichten gelegen / vor zweyen hohen Gerichts-Schöffen errichtete Teſtamenta Rechts-gültig ſeyen / privativam Jurisdictionem; In perſonalibus aber in ſothanem ihrem Diſtrict concurrentem.

Ad pag. 132. Die allhier §. 5. benennte fünff Flügel-Gerichter ſeyen auſſerhalb des Eigelſteineriſchen Gerichts keine immediat Churfürſtliche Gerichte / ſondern es gehöre *Gereonis* und das Hacht-Gericht dem Ertz-Stifftiſchen Erb-Voigten / Weyerſtraß dem Abten zu St. Pantaleon, *Severini* dem Probſten des Stiffts ſelbigen Nahmens.

Ad dict. pag. 132. ſ. 2. Wann die Sachen in prima Inſtantia bey denen Weltlichen Gerichten angefangen / und per Appellationem an den Official zu Werle gediehen / ſo giengen ſie in ulteriori Inſtantia an das Churfürſtliche Weltliche Hof-Gericht / nicht aber an den Officialn zu Cölln.

Ad pag. 151. ad ſ. So viel aber die *Execution &c.* Der Churfürſtliche Gräve requirirte nicht Magiſtratum, ſondern nur die Städtiſche Gewalt-Meiſtere / und dieſe nicht ad exequendum, welches der Gräve vor ſich thäte / ſondern nur um die Gewalt-Diener herzugeben / allegando den Neben-Receſs mit Burgermeiſter und Rath de Anno 1672. *(de quo infrà.)*

Es wird ferner gemeldet / daß ſo offt von der Stadt Cölln ein Urthel außgeſprochen / und die Ertz-Stifftiſche Judicia pro Executione belanget würden / ſolche nicht geſtattet / vielmehr der gepflogene Proceſs, da es die Gelegenheit gibt / caſſiret werde / inmaſſen noch Anno 1703. in cauſa Liefering contra Mombur / und Anno 1710. in cauſa Hommelsheim contra Nöthen geſchehen ſey.

Alles dieſes hat der Auctor nur relativè und niemand zu præjudiciren hier anführen / die Sache ſelbſt aber an ſeinen Orth geſtellet ſeyn laſſen wollen. Das gewiſſeſte iſt / daß beſage des durch Kayſerliche Commiſſarios zwiſchen Jhro Churfürſtlichen Durchläucht und der Stadt Cölln errichteten Haupt- und Neben-Receſſus, vom 2. Januar. 1672. alle dieſe Jurisdictions-Strittigkeiten noch nicht außgemacht / ſondern bey dem Kay-

ſerlichen und Reichs Cammer ⸗ Gericht erörtert werden / in⸗ deſſen aber (wie die Worte lauten) beyde Theile quoad Jura & Juriſdictionalia inn ⸗ und auſſer der Stadt / in ſolchem Beſitz / Detention, Exercitio oder Uſurpation, in welchem ein ⸗ oder an⸗ derer Theil ſich dermalen befunden / continuiren und bleiben ſollen. Es iſt Anno 1653. von Chur ⸗ Cöllniſcher Seiten ein Manifeſt außgangen / warum Ihro Churfürſtliche Durchläucht zu Handhabung ihrer und ihres Ertz ⸗ Stiffts in dero Stadt Cölln von denen Römiſchen Königen und Kayſern zu Lehen tra⸗ gender und competirender Gerechtig ⸗ und Herrlichkeit / auf ge⸗ meldter Stadt Eingeſeſſenen zuſtändige Intraden, eine Prohibi- tion anzulegen genöthiget worden. Darauf von Seiten Bur⸗ germeiſtern und Rath der Stadt Cölln abgenöthigt ⸗ und wohl⸗ gegründeter Gegen ⸗ Bericht durch den Druck publiciret wor⸗ den. In welchen beyden Scriptis vieles de controverſiis Juris- dictionalibus zu leſen.

XIII.

Ad pag. 137. §. 11. Quærebatur circa Privilegium Leodienſe Rudolphinum, cujus tenor prolixior recenſetur *in Catalog. Privilegior. pag. 29. ſeq. Num. XI.* adde *ibid. in Append. pag. 139. §. 10.* An in Reviſorio Judicio Conſiliariis Cameræ Rationariæ una cum Reviſoribus Jus eſſet vota reddendi numeranda ad Concluſum per majora Sereniſſimi Electoris Colonienſis qua formandum. Epiſcopus & Princeps Leodienſis affirmativè quæſtionem deciderat 22. Octobris 1720. Re ad Cameram Imperialem delata. Decretum 29. Junii 1721. *Denegamus, ſed Appellanti quatenus à Cæſarea Majeſtate interpretationem Privilegii Rudolphini impetrare potuerit liberum relinquimus.* In cauſa Cheſaeuy contra Modave & Body, quâ conductores Telonii.

XIV.

Ad Catalog. Privilegior. in Append. pag. 144. ſeqq.

De valore floreni aurei Rhenenſis erga monetam Leodienſem.

Reſolutio Conſilii ordinarii Leodienſis nuper admodum data & ad Imperialem Cameram tranſmiſſa fuit quæ ſequitur:

Domi-

Domini Præſes & Senatores Conſilii Ordinarii.

INfrà ſcriptus debitò cum reſpectu ſupplicat Dominationes veſtras; quatenus ipſi ſuper tribus quæſtionibus ſequentibus ſuum recordium & declarationem dare non dedignentur, ſcilicet.

An quilibet florenus aureus Rheni in Privilegio Caroli Quinti Imperatoris de Anno 1521. 27. Julii non importet in moneta Leodienſi quinque florenos Brabantiæ? Et ſi Summa ſexcentorum florenorum aureorum in eodem Privilegio mentionatorum præcisè Summàm trium millium florenorum Brabantiæ non conficiat.

Si viderint obſervari aut obſervaverint, quod dictorum florenorum aureorum pretium aut valor minoris æſtimatus fuerit, quam quinque florenis Brabantiæ pro quolibet?

Si in bonis mobilibus & perſonalibus non requiratur ad appellandum ad ſuprema Imperii Tribunalia, quod debitum ſexcentos florenos aureos Rhenenſes, aut ſummam trium millium florenorum Brabantiæ attingat in bonis realibus & immobilibus ſummam ſex millium florenorum Brabantiæ, vel mille, ducentorum aureorum Rhenenſium, quod faciendo. *Erat ſignatum* Werck.

Reſolutio.

PRæſes & Senatores Conſilii ordinarii reſolvunt, quod quilibet florenus aureus Rhenenſis in Privilegio Caroli Quinti Imperatoris mentionatus, importet & valeat in moneta Leodienſi quinque florenos Brabantiæ, & conſequenter, quod ſexcenti floreni aurei Summam trium millium florenorum Brabanti conflent, quodque id nullam difficultatem patiatur, & quod ita conſtanter obſervaverint & obſervari curarint.

Inſuper reſolvunt, quod ad hoc, ut cauſa ad Tribunal ſeu Conſiſtorium Imperiale devoluta ſit, requiritur juxta idem Privilegium, quod debitum Summam ſexcentorum florenorum excedat, & ſi de aliquibus bonis realibus aut reditu immobilis Summæ debet excedere valorem mille ducentorum florenorum aureorum Rhenenſium, vel ſex millium florenorum Brabantiæ, monetæ Leodienſis ſecundùm tenorem dictorum Privilegiorum *Epitom. Con-*

 ſuetud.

ſuetud. cap. 16. artic. 6. Mean. *Obſervat. 506.* per tot collationatum. *A latere ſignatum*, Petrus Benis Junior, *authoritate Dominorum dicti Conſilii. Signatum* J. Jacobus Faſſin, *deinde locus* (✠) *Sigilli in hoſtia rubra impreſſi.*

Per tranſumptum ex Lingua Gallica in ſubſtantia conſonum.

(L. S. Notar.) Gerardus Arnoldus Martens, Sacr. Cæſar. Majeſt. Notarius & pro verſione linguarum Commiſſarius deputatus & juratus in fidem ſubſcripſ.

XV.

Ad Commentat. pag. 44. num. 18. in fine. adde Thomaſii *Diſputat. de vera Origine, Natura, Progreſſu & interitu Judiciorum Weſtphalicorum*, cujus *§. 29. & 32. lit. (b)* illuſtratur per Diploma ſequens Imperatoris Friderici de Anno 1467. Originale vidit, legit, & accuratè deſcribi curavit Auctor in Archivo Saynenſi. Sigillum Imperatoris appenſum eſt ex rubra cera, albæ ceræ impreſſum.

WIr Friederich von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ zu Hungarn/ Dalmatien/ Croatien ꝛc. Kunig/ Hertzog zu Oeſterreich und zu Steyer ꝛc. Entbieten dem Edlen/ Unſerm und des Reichs lieben getreuen **Gerhardten Graven zu Sayn**/ ꝛc. Unſer Gnad und alles Gut. Edler lieber getreuer: Uns iſt angelangt/ wie ſich an den heimlichen Weſtphäliſchen Gerichten viel und mancherley Irrung und Unordnung begeben/ daß die zu Zeiten/ als ſich nach Rechtlicher Ordnung gebührt/ nit gehalten/ dadurch die Partheyen beſwehrt werden/ und deshalb ihren Zugang/ ſolch Unordnung und Beſwehrung zu fürkommen an denſelben Enden zu ſuchen nit wiſſen; Wann nu Uns/ als Römiſchem Kayſer/ darein zu ſehen und ſolchs zu fürkommen gebührt und zuſteht/ darum ſo empfehlen Wir dir von Römiſcher Kayſerlicher

licher Macht / geben dir auch hiemit gantzen vollen Gewalt / mit dieſem Brief ernſtlich gebiethend / daß du an Unſer Statt von Unſer und des Heiligen Reichs wegen / und als Unſer und des Heiligen Reichs Statthalter / biß auf Unſer ferner Geſchäfft und Wiederrufen darob ſeyeſt / ſchaffeſt / ordneſt / beſtelleſt und Auffſehen habeſt / damit die gemelten heimlichen Weſtphäliſchen Gericht in ihren Ordnungen und geſatzten Weßen gehalten und Niemand daran beſwehrt oder übergriffen werde / und ob Jemand wider Ordnung deſſelben Gerichts beſwehrt oder in ander unbillig Weg damit gehandelt und du deshalb angelangt würdeſt / alsdann nach deinem Gutbedüncken und Herkommen deſſelben Gerichts gemein Capitels-Tag an gewohntlich ziemlich Stett ſetzeſt und all und jeglich Stuhl-Herrn / Frey-Grefen / und Schöpfen / ſo ſich darzu zu erfordern gebühren / erforderſt / und ob einiger Parthey ſo Sachen halb dieſelben heimlichen Gericht berührend und ſich daran zu rechtfertigen gebührte / darzu zu verkunden nothdürfftig ſeyn würde / den auch verkündeſt / und alsdann dieſelben Sachen und Partheyen nach Ordnung und Satzung deſſelben Gerichts eigentlich und nach Nothdurfft verhöreſt / und als die erfinden werdeſt / ferner darinnen handelſt und thuſt / damit die Gerechtigkeit gefördert / und einig Parthey in unbillich Weg verſehrt / auch nit Noth ſeyn werde / Uns deßhalb in Klagweiſe anzulangen ; Doch daß Unſer Kayſerlich Oberkeit / Gerichts-Zwang / Geboth und Geſchäfft nit verſehrt noch beleidigt werde in einig Weiſe / dann Wir die hierinnen gantz außgeſchloſſen und geſundert haben wellen. Darnach wiſſe dich zu richten und thuſt auch daran Unſer ernſtlich Meynung und gut Gefallen. Geben zu der Neüenſtatt am Sechzehenden Tag des Monats Novembris, nach Chriſti Gebuhrte Vierzehen Hundert und im Sieben und Sechzigſten / Unſer Reiche des Römiſchen im Acht und Zwentzigſten / des Kayſerthums im Sechtzehenden / und des Hungriſchen im neunden Jahr.

Ad Mandatum proprium Domini Imperatoris.

Rudolfus Käyntzig.

XVI.

Ad Commentat. pag. 57. num. 14.

De forma Proceſſus litigioſæ Poſſeſſionis.

Non melius exprimi poteſt forma hujus Proceſſus quam per exemplum ex Anno 1590. quod caſu exiſtente adhuc ſequitur Judicium Camerale, & hic ſubjicimus:

Allegatur etiam in hanc ſententiam Gailius lib. 1. obſervat. 41. num. 3. & obſervat. 121. & in Deciſione 46. num. 94. Collectionis Gylmannianæ lib. 1. pag. 613. adde Deciſ. 41. num. 12. pag. 552. *Niſi fortè* Gailius *ad mentem* Lampadii *quam exponit ſummatim* dicto cap. 16. §. 11. *eſt explicandus: Inſtitutionem Cameræ & expediendæ Juriſdictionis modum rationemque à communi Cæſaris & Ordinum conſenſu procedere, Juriſdictionem ipſam ſeu reddendi Juris poteſtatem à ſola Cæſarea Majeſtate fluere,* Goldaſt Reichs-Satz. pag. 185. Receſſ. Imper. 1467. §. 7. *quam ſententiam etiam laudat* Deckherrus dicto loco pag. 125. & 130. *qui tamen* in principio dicti num. 6. *ita ajebat:* Nunquam in Lege publica Status, præſente Imperatore, aut in tranquilla Republica affectarunt ſupremæ Juriſdictionis communionem: nunquam ſe deturbari conceſſit Cæſar. Nec principia Hiſtoriarum, vel terſioris de Jure Publico doctrinæ evincunt. Certè enim, ſicut veteri Judicio Cameræ nemo Juriſdictionem tribuit, nemo in eo hanc exercuit, niſi ſolus Imperator; ita quoque inpoſterum exercebit ſolus inviolabilem: donec vel Lege, vel Pacto, alius in communionem adſcitus probetur. Silent verò hîc Leges Imperii fundamentales Receſſusque. *Non defuêre olim neque hodienum deſunt qui Juriſdictionis ſummæ in Imperio Conſortium Statibus Imperii dudum ante inſtitutum Camerale Judicium à Carolingorum ætate tribuunt, quam ſententiam propugnavit ſcenæ ſuæ ſerviens ſupradictus* Hippolitus à Lapide part. 1. cap. 10. ſect. 2. per tot. *&* ſect. 3. & ſect. 4. *Ubi* dicta ſect. 3. *circa finem Electorem Saxoniæ craſſi arguit erroris, qui Judicium* das Fürſten-Recht *tanquam rem inauditam dixiſſet in Reſponſo ad Unitorum Principum Literas 10. Februar. 1610. Exempla antiqua* des Fürſten-Rechts *collegit ibidem Auctor perſonatus,* [conf. Lauterbach. Colleg. Pract. lib. 48. tit. 1. §. 27.] *Eadem leguntur in Scripto cui titulus:* Kurtzer und gegründeter Bericht/ ob die Kayſerliche Majeſtät in Sachen Fürſtenthum/ Grafſchafften &c. belangend/ ſo vom Reich zu Lehen rühren/ und einem Theil gäntzlich und endlich abgeſprochen werden ſollen/ allein/ und zwar durch den Reichs-Hof-Rath/ oder mit Zuziehung der Chur- und Fürſten des Reichs/ als Parium Curiæ zu erkennen und zu ſprechen. *Cujus Scripti Auctor perhibetur fuiſſe* Marquardus Freherus, *ab aliis,* Michaël Lœſenius, vid. Kulpis ad Monzamban. part. 2. cap. 5. §. 21. pag. 145. *Totum inſeruit Actis Publicis* Londorpius tom. 2. lib. 1. tractat. 2. *ex quo poſtea ſub novo Titulo* Electorum Juris Publici *editum fuit* à Caſſandro Thucelio ſive Chriſtian. Leonhard. Leuchtio part. 1. cap. 1. An. 1694.

Gailii ſententia exponitur. Et Lampadii.

Item Deckherri.

Auctores qui Statibus Imperii Conſortium ſummæ Juriſdictionis in Imperio tribuunt: ubi vom Fürſten-Recht.

Plenius hanc materiam tractarunt Schottelius Jur. ſingular. German. cap. 5. Joh. Gröningius Bibliotheca Univerſal. Diſſertat. 3. *quam* de Jure Principum *inſcripſit. Et noviſſime* Auctor Quinquertii Cameralis in Appendice zur erſten Frag ad §. 27. pag. mihi 74. ſeqq. *In contrarium*, Andlerus Conſiliarius Imperial. Aulicus Jurisprud. Publ. & Privat. lib. 2. tit. 31. & tom. 2. Conſtitut. Imper. ſub Rubrica Fürſten.

Recenſitis hactenus ſententiis JCtorum & indicatis Scriptis, ſufficiet nobis textum Conſtitutionum Imperii ſequi, neque enim ad alias locutiones aut conſequentias deflectere eſt animus. Textus præcipui ſunt:

Textus Conſtitutionum Imperialium quid dicant?

Ordinatio Maximiliani I. Anno 1495. princip. **Wir haben** aus beweglichen Urſachen einen gemeinen Land-Frieden durch das Heilige Römiſche Reich und Teutſche Nation aufgericht und zu halten gebotten. Und nachdem derſelbe ohne redlich/ ehrbar/ und förderlich Recht/ ſchwerlich im Weſen beſtehen mag/ darum auch gemeinen Nutz zu fördern/ und zu Nothdurfft Euer aller/ **Unſer und des Heiligen Reichs Cammer-Gericht/ mit zeitigem Rath Euer der Churfürſten/ Fürſten und gemeiner Verſammlung auf Unſerm und des Reichs Tag zu Worms aufzurichten und zu halten fürgenommen und geordnet/** in Form und Maaß als hernach folget. *Adde §. 28. hujus Ordinationis,* ubi von Declaration der Ordnung/ daß Kayſerliche Majeſtät darin mit Rath und Willen der Churfürſten / Fürſten und Verſammlung handlen wollen.

Ordinatio Caroli V. Anno 1521. princip. **So haben Wir mit Euer der Churfürſten/ Fürſten und Stände zeitigem Rath/ Willen und Wiſſen/ Unſer Kayſerlich Cammer-Gericht/** wie das hiebevor auf dem gehaltenen Reichs-Tag allhier zu Worms im 1495ten Jahr in eine Ordnung geſtellet/ und nachfolgends in vielen gehaltenen Reichs-Tägen zum Theil weiter declariret und gebeſſert worden iſt/ doch mit etlichen nothdürfftigen Aenderungen und Zufällen/ wie das hinfürter gehalten werden ſoll/ **aufgericht/ geſetzt/ und geordnet/ und thun das hiermit in Krafft dieſes Briefs/** wie hernach folget.

Receſſ. Imper. 1541. §. 31. So meynen und wollen wir/ daß unſer Kayſerlich Cammer-Gericht im Heiligen Reich / und wie das **durch Uns und gemeine Stände** auf jüngſt gehaltenen zweyen Reichs-Tägen (*ſcil. Anno 1530. §. 73. ſeqq. & Anno 1532. Artic. III.*) aufgericht und geordnet iſt/ im Weſen bleiben/ demſelben von Churfürſten/

ſten/ Fürſten und gemeinen Ständen Gehorſam geleiſtet/ und ſein freyer/ ſtracker unverhinderter Lauff gelaſſen werden ſolle.

Tranſact. Paſſav. 1552. §. So viel aber ꝛc. *11.* Da etwas beſchwerliches oder bedenckliches in der Cammer-Gerichts-Ordnung ſich ſolte ereignen/ **dieweil ſolche Ordnung mit gemeiner Stände Bewilligung in gemeiner Reichs-Verſammlung aufgericht und beſchloſſen/ daß die beſtändiglich nicht/ dann wiederum durch die Kayſerliche Majeſtät und gemeine Stände/ insgemein**/ oder aber/ ſo viel es die Gelegenheit erleiden mag/ den ordentlichen Weeg der Viſitation gemeldten Cammer-Gerichts/ oder ſonſt/ mag geändert und erlediget werden. *Adde ſeq. Receſſ. Imper. Auguſtan. An. 1555.* §. Ferner nachdem ꝛc. *104. & §. 105.* Demnach haben Wir/ ſamt der Churfürſten Räthen/ erſcheinenden Fürſten/ Ständen und Bottſchafften/ angeregte Ordnung zu überſehen fürgenommen/ und **Uns mit Ihnen**/ in derſelben etliche Aenderungen/ Emendation und Zuſatz zu thun/ **verglichen und entſchloſſen.**

Præfatio Novæ Ordinationis Carolinæ Anno 1555. Gemeine Stände hätten ſolche in allen und jeden ihren Theilen und Puncten mit allem Fleiß erwogen/ und Ihro Kayſerliche Majeſtät dieſelbige durch eine ſondere Conſtitution zu beſtättigen/ und in das Reich zu verkünden/ zu publiciren/ und öffentlich außgeben zu laſſen/ wiederum zugeſtellet.

In hac Ordinatione Camerali, quæ adhuc hodie καθ' ἐξοχὴν ita dicitur part. 1. tit. 8. ſequentia habentur: Es ſollen ſich auch inſonderheit die Beyſitzer/ in Betrachtung/ daß ſie von Kayſerlicher Majeſtät/ auch Churfürſten/ Fürſten und Ständen des Heiligen Römiſchen Reichs an ſolche hohe Juſtitien verordnet/ und an ihrer Statt ſitzen ꝛc. *Quæ verba jam antea* in Receſſu Viſitationis 1531. §. 29. *Corpori Receſſuum Imperii inſerto reperiuntur & ex hoc loco in Ordinationem translata fuêre. Addita deinde fuêre* in Memoriali Viſitat. 1570. §. 1. *& ex hoc* in reviſam Ordinationem vulgò das Concept, translata, tit. 9. verba: Uns und dieſelbe diß Orths tanquam perpetui togati Senatores in Senatu Imperii repræſentiren.

Receſſ. Imper. Spir. de Anno 1557. §. 20. ſeq. [inprimis *Ordinat. Cam. 1538. in princip.*] *De Juramento Perſonarum Cameralium ita conſtitutum:* Weiter iſt auch Kayſerlicher Majeſtät Befehl/ daß ihr geloben und ſchwören ſolt/ Ihrer Kayſerlichen Majeſtät und dem Reich getreu und gehorſam zu ſeyn/ (antea jurabant tantum Cæſari und dem Cammer-

mer-Gericht/ *Receſſ. Imper. 1555. §. 114. ubi in omnibus ferè Exemplaribus vitioſè impreſſum eſt*, **dem Cammer-Richter.**) Ihrer Kayſerlichen Majeſtät und des Reichs Jurisdiction, ſo viel an euch iſt/ treulich zu erhalten. *Quæ Juramenti Formula, juncta illa quæ eſt* in Ordinatione Camer. part. 1. tit. 57. ſeqq. *non ſoli Judex Præſides & Aſſeſſores, ſed omnes Perſonæ Camerales in hunc uſque diem adſtringuntur*, vid. Concept. Ordinat. Camer. part. 1. tit. 77. *Hinc & ſolennes Formulæ in Sententiis Cameralibus ubi de violatione Juriſdictionis Imperialis agitur*: Zur Schmäh-Veracht- und Verletzung Kayſerlicher Majeſtät Hoheit/ und Abbruch derſelben Majeſtät und des Heiligen Reichs oberſter Jurisdiction &c. [vid. Barth. Collect. Sentent. Camer. tom. 1. Sentent. de 20. Febr. 1512.] Quinquert. Camerale quæſt. 1 §. 27. Gegen den ſchuldigen Reſpect dieſes der Kayſerlichen Majeſtät und des Heiligen Römiſchen Reichs höchſten und dieſelbe repræſentirenden Gerichts/ *7. Julii Anno 1685.* apud Roding. lib. 1. tit. 3. §. 14. *Ita & in Sententiis circa Inſinuationem Privilegiorum eſt Formula conſueta*: Vorbehältlich des Heiligen Reichs Ober- und Gerechtigkeit/ vid. Quinquert. Cameral. quæſt. 2. §. 47. Receſſ. Imper. Noviſſ. Anno 1654. §. 116. des Heiligen Reichs Jurisdiction &c. & §. 165. Damit aber auch unſerm und des Heiligen Reichs Cammer-Gericht/ als welches uns ſamt Chur-Fürſten und Ständen des Reichs repræſentiret/ und nun wiederum ſo anſehnlich und ſtattlich erſetzet wird/ Inhalts der vorigen Reichs-Abſchiede und Ordnungen ſeine Authorität/ Jurisdiction, und Gewalt/ wie ſichs gebühret/ erhalten ꝛc. ꝛc. *De* Repræſentatione *notandum, ſingulos Aſſeſſores Repræſentationem Status à quo ſunt præſentati attribuere ſibi non debere*, Concept. Ordinat. Camer. part. 1. tit. 9. princip. Receſſ. Viſitat. Noviſſ. Anno 1713. §. 22. Quinquert. Camer. quæſt. 1. num. 1. ſeqq. [inprimis num. 18.] *Ex quibus omnibus colligi poteſt: An ſecundùm vel contra Leges Imperii aut mentem Conſtitutionum locuti ſint Conſiliarii trium Electorum, Palatini, Saxonici, & Brandenburgici, in Replica ad Rudolphum II. Imperat. Anno 1598.* apud Londorp. tom. 2. lib. 1. tractat. 4. (*integer locus recenſebitur infrà lit. h.*) Daß Herr Cammer-Richter und Beyſitzer ihre Jurisdiction von Euer Kayſerlichen Majeſtät und allgemeinen Ständen des Reichs ſammentlich haben: vide Stammler. de Reſervatis §. 35. Deckher. Vindic. ad Blum. tit. 25. num. 9. in fin. pag. 129. Andler. Jurisprud. Publ. part. 2. tit. 3. num. 33. [B. Auctor Obſervat. Forenſ. 2. pag. 11. in fin.] *Nos obſervamus in univerſum: Legum & Conſtitutionum Imperii verbis rectè tradi*

Aſſeſſores an repræſentent ſuos Præſentantes.

mate-

materiam Juriſdictionis Cameræ, minimè verò verbis Scriptorum editorum vel à ſingulis Statibus Imperii vel eorum Miniſtris, quæ cumprimis ad rationem temporum & cauſarum quas tuentur reſpiciunt. Hippoliti à Lapide [vid. ſuprà pag. 2. in fin.] *Libellum tempore Tractatuum Pacis Oſnabrugenſium ad turbas in Imperio fovendas conditum eſſe, ſunt qui affirmant. Maneant in eo bona quæ bona ſunt, inſpiciantur quæ velata, diſtinguantur color & ſpecies à veris rerum momentis, belli propoſita à Pacis Jure ſtudioque, à falſis vera, noxia ab utilibus. Hoc fuit* Illuſtris Lynckeri *olim Judicium. Scilicet qui Jurispublici Doctrinas & Principia in Scriptis ſæpè diverſiſſima legit, niſi ſimul Hiſtoriam conſulat, Auctorisque ſcopum, facile in errorem prolabi poteſt. Multa audacius proferuntur tempore turbulento quæ alias reticentur. Interdum partium ſtudia hæc illave principia defendere ſuadent. Alii ex principiis quibus à Juventute ſunt imbuti, ad mentem Magiſtrorum loquuntur. Neque deſunt inferioris ſortis conſcribillatores, qui lucelli gratia à Bibliopolis quæſiti, nihil non chartæ & typis committere audent. Rejiciendi ſunt inprimis tales* Specularii novi, & Recentioris Hiſtoriæ, (*ſomniorum propriorum potius*) Promicondi. [*Add.* infrà §. 6. num. 16. in fin.]

Obſervatio Auctoris: non aliter niſi cum Legibus eſſe ſentiendum.

De Hippolito à Lapide.

Hiſtoria conſulenda eſt ad intelligenda Jurispublici Principia diverſa & Auctorum indoles.

Eſt itaque Jurisdictio Cameralis ordinaria, non delegata, [vid. *Receſſ. Imper. 1524. §. 18.*] Strauch. *Diſſertat. Exoter. 13. theſ. 5.* Blum. *tit. 25. num. 7.* ubi Deckher. *in Vindic.* Horn. *Jur. Publ. cap. 55. num. 4.* (c)

Num. 5. Eſt ordinaria Jurisdictio Cameræ.

(c) *Quæritur hic de* Remiſſionibus *Cauſarum à Cæſare ad Cameram, an delegata ſit tum Juriſdictio? Reſp. Eſſe Remiſſionum plures ſpecies. Alia eſt Remiſſio quæ dicitur Supplicæ v. gr. ad Imperatorem delatæ, pro excitatione Judicii Cameralis in Cauſa ibi jam tum pendente,* [conf. infrà B. Auctor. Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 57. & part. 3. Obſervat. Forenſ. 253.] *Alia Remiſſio Cauſæ ad Aulam Cæſaream primum deductæ, & ex cauſis Imperatorem moventibus Cameræ demandatæ. Prior ſpecies eſt Excitatorium magis Reſcriptum, quam Remiſſio proprie dicta, & adhuc frequentatur, neque efficit Juriſdictionem delegatam. Poſterioris verò Remiſſionis poſt inſtitutum Judicium Aulicum Exempla non negaverim quidem extitiſſe unquam, neque etiam de poteſtate Imperatoris dubitaverit quisquam, atque delegatam Juriſdictionem eo caſu agnoſcerem,* vid. Gylman. in Symphorem. Quæſt. Jur. Controverſ. Rubrica: Remiſſiones. in fine. *Sed tamen exemplorum talium ego non memini, quæ vel ex lectione vel auditione didicerim.* [vid. ſuprà Auctar. XVIII] *Exceptis caſibus ubi Juſtitii tempore Cauſæ antea in Camera pendentes proviſionaliter in Aula Cæſarea fuère tractata, quæ deinde finito Juſtitio ad Cameram remiſſa fuere, quandoque etiam*

Num. 6. De Remiſſionibus Cauſarum ad Cameram.

cum

cum Actu. Cujus rei exempla non deſunt, ſed inde non ſit delegata Juriſdictio, quæ antea erat ordinaria. Et facit id Imperator juxta Capitulat. Noviſſ. Artic. 16. *Ad quam verò Remiſſionis ſpeciem referendæ ſint illæ Cauſæ quæ exprimuntur* in Collect. nova Sententiarum num. 625. & 629. *non niſi ex Actis, quæ in promptu non ſunt, dignoſci poterit. Poſt Receſſum Imperii 1654. Rubricæ talis* Remiſſionis *moderni Camerales non meminere.*

Num. 7. Eſt Jurisdictio ſuprema.

A Camera ad ſuperiorem non datur Appellatio, quia eſt das oberſte und letzte Gericht im Reich / *Concept. Ordin. Cam. part. 1. tit. 3. princ.* & *part. 3. tit. 61.* Judicat nomine Cæſaris, Cæſar autem non eſt ſe ipſo ſuperior. Neque tamen à morte Imperatoris Cameræ Jurisdictio quieſcit, ſed Vicariorum nomine continuatur, Blum. *tit. 25. num. 9.* (*d*)

Num. 8. Non quieſcit morte Imperatoris, ſed continuatur Vicariorum nomine.

Num. 9. Differentia Conſilii Imperialis Aulici.

(*d*) *Conſilium Imperiale Aulicum defuncto Imperatore extinctum eſſe puto magis quam ſuſpenſum, nam ad Vicarios Imperii omnis defertur poteſtas,* Roding. lib. 1. tit. 3. §. 6. [& lib. 3. tit. 2. §. 15.] conf. Lyncker. in Analect. ad Schweder. Jur. Publ. part. ſpecial. cap. 12. §. 13. *Quilibet enim Vicariorum in ſuo diſtrictu peculiare inſtituit Judicium ſupremum Vicariatus, quod vice Judicii Aulici fungitur,* [Struvii Corp. Jur. Publ. cap. 26. §. 14.] *cujus Acta quomodo Imperator electus ratihabere ſe velle promittat?* vide Capitulat. Noviſſ. Artic. 3. *Errat planè* Textor ad Receſſ. Imper. Noviſſ. diſputat. 1. theſ. 51. *dum tradit expeditiones tantum Judicii Aulici, ſicut in Camera, ſuſpendi: Imo verò Officium iſtius ſupremi Judicii mortuo Imperatore penitus quieſcit. Differentias utriusque Imperialis Judicii expoſuit* Diſcurſus Anonymi [Joh. Andr. Gerhard.] Unterricht wie die Proceſſe bey den höchſten Kayſerlichen Reichs-Gerichten wohl ein- und außzuführen / *quem inſeruit* dem Reichs-Archivo Auctor Operis hujus celeberrimi part. general. ſect. 2. pag. 53. cujus Diſcurſus cum Animadverſionibus noſtris ſubitaneis nova editio prodiit Wezlariæ Anno 1736. *Caſus in quibus Camera Imperialis cum Judicio Aulico non concurrat, expoſuit* peculiari Diſſertatione in Academia Viadrina Joh. à Schulz Szulecki Anno 1706. conf. Electa Jurispubl. tom. 4. ſect. 1.

De quæſtione Hiſtorica utrum ex Judiciis Imperialibus ſit antiquius, videndus Deckherrus in Vindiciis ad Blum. tit. 4. num. 1. 2. & in Concord. ſuprem. Tribunal. cap. 1. [B. Auctor in Hiſtor. Suſtentat. Cam. Imper. pag. 2. ſeqq.]

Lite-

Literas DD. Vicariorum ad Collegium Camerale poſt mortem Joſephi Imperatoris exaratas, unà cum Formula Expeditionum in Camera nomine Vicariorum faciendarum, vide *in Diario Electiion. Caroli VI. Auguſtiſſimi Imperat. part. 1. pag. 11.* Num. 10. De Formula Expeditionum, & Sigillo.

Sigillum à Vicariis, & poſteà ab electo Imperatore tranſmittitur Electori Moguntino Imperii Archi-Cancellario, qui Præfecto Cancellariæ ejusdem uſum demandat, quod priusquam ſit factum, Proceſſus decernuntur, Acta referuntur, Sententiæ publicantur, ſed Expeditiones ſolennes *ſub Aquila*, ut ajunt, in Cancellaria differuntur.

Camerale Judicium tanquam ſuſpectum recuſari nequit, Roding. *lib. 1. tit. 3. §. 11.* Strauch. *Diſſertat. Exoter. 13. §. 11. 12.* Gail. *lib. 1. obſervat. 33.* Ratio eſt, quia eſt ſupremum, & daretur aliàs in infinitum progreſſus, recuſari tamen poteſt unus vel alter Aſſeſſorum, *Concept. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 34. §. fin.* Idque ex cauſis juſtis, de quibus Cognitio eſt Collegii pleni, *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. 1713. §. 62. & 67.* Neque erit valida cauſa Recuſationis, quod lis ipſum Cameræ Judicem concernat, vid. *Concept. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 12. §. 8.* qui locus ex *Viſitat. Defect-* Anzeig *Judic. & Aſſeſſor. 1556. §.* Da auch Cammer-Richter ꝛc *15.* eſt deſumtus. Num. 11. Camera non recuſari poteſt tanquam ſuſpectus Judex. Quomodo recuſetur unus Aſſeſſorum.

Camera non delegat [integras] cauſas, *(e)* ſed tantum Actus quosdam Judiciales celerioris Expeditionis gratia, uti Examina Teſtium, ocularem Inſpectionem, Liquidationem, Roding. *lib. 1. tit. 3. §. 16.* Blum. *tit. 25. num. 14.* [& ſimiles, de quibus conf. B. Auct. *infrà Sect. II. §. 3. num. 12.* Böhmer. *Jur. Eccleſiaſt. Proteſtant. lib. 1. tit. 29. §. 43.* & Koch. *ad Ordinat. Camer. part. 2. tit. 1. num. 2.*] *(f)* Num. 12. Camera quales Actus delegет.

(e) *Quæritur an delegare non poſſit æque, ut fit à Conſilio Imperiali Aulico? Pro affirmativa facit (1.) quod Ordinarius Judex delegare queat Juriſdictionem; (2.) quod nullibi extet prohibitio; (3.) imo quod ipſa Legiſlatio Cameralis hanc poteſtatem agnoſcat*, vid. Ordinat. Camer. Maximiliani I. Wormat. 1495. tit. Von Taxation der Brief. §. 17. verba: Für eine Commiſſion in der eine gantze Sache mit allen Anhängen und Umſtänden zu endlichem Abſchied befohlen wird. [add. Koch. ad An non poſſit delegare alio modo.

Ordinat. Camer. part. 1. tit. 33. num. 1.] *Circumſtantias peculiares eſſe oportet ut ejusmodi decernatur Commiſſio, imo neque in Judicio Aulico Commiſſiones tales fiunt niſi ex cauſis gravioribus, etſi ibi frequentiores ſint, etiam Supplicæ pro Commiſſione, quales in Camera non exhibentur. Negat Cameræ hanc poteſtatem competere* Lyncker. de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. num. 7. pag. 440. & Diſſertat. de Commiſſar. Imperial. ad cauſ. Juſtit. §. 14. & 21.

Abuſus Commiſſionum in Judiciis Statuum.

(f) *Dici non poteſt quanta Juris & Juſtitiæ confuſio Inſtantiarumque multiplicatio oriatur, ſi ab ordinario Judice ad delegatum cauſæ deferantur. Actus quidam Judiciarii rectè per Commiſſarios expediuntur, atque ut id fiat, utile eſt. Sed integrarum cauſarum delegatio frequentior, ubi benè conſtituta eſt res judiciaria, locum habere non debet. Principes delegando cauſas & ordinaria Judicia impediendo non Partibus, ſed Commiſſariis gratiam faciunt*, conf. Churfürſtliche Sächſiſche Erledigung der Gebrechen An. 1661, tit. von Juſtitien-Sachen §. 39.

Num. 13. Imperator non impedit Jurisdictionem Cameræ, neque cauſas avocat.

Ab Imperatore Jurisdictio Cameralis impediri non debet prohibendo, vel inhibendo aut cauſas avocando, *Capitulat. Noviſſ. artic. 16.* [*Ordinat. Judic. Aul. Ferdin. III. tit. 2. §. 7.*] *Receſſ. Imper. 1654. §. 165.* Roding. *lib. 1. tit. 3. §. 21. Quinquert. Camerale quæſt. 1. §. 19.* & *quæſt. 2. §. 15. 51. & 70.* Fritſch. *Diſſertat. de Avocat. Cauſar. cap. 3. §. 6. 7.* [B. Auctor. *Part. 3. Obſervat. Forenſ. 253.*]

De Cauſis Imperatori reſervatis.

In cauſis reſervatis Imperatori tantum abeſt ut Camera ſibi arroget Jurisdictionem, ut potius ſua ſponte talia negotia ad competens Forum remittat; Sanè omni cum ſollicitudine priusquam decernuntur Proceſſus, inquirit de Jurisdictione fundata, [conf. *infrà §. II. num. 3.*] & ſi ob cauſæ qualitatem non fundata ſit juxta Leges Imperii, tunc cauſæ tales non recipiuntur.

Num. 14. Imperator non petit Literas Informatorias cum Termino.

Neque Imperator à Collegio Camerali Literas Informatorias cum præfixione Termini exigere ſolet, Roding. *dict. loc. §. 23. 24.* [Deckher. *in Vindic. tit. 25. num. 21.* & *in Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. ſect. 1. ſubſect. 3. num. 34.*]

Num. 15. Negotia Cameralia in Aula Cæſar. per ſpeciales Delegatos tractantur.

Si quæ negotia, ad Camerale Judicium attinentia in Aula Cæſarea tractanda veniant, eſt enim Imperator ſicut totius Imperii, ita & hujus Judicii Caput & ſummus Protector, conſuetum eſt ut fiat id non per Judicium Imperatoris Aulicum, cujus in ſe auctoritatem

tatem Camera non agnoſcit, neque per Leges Imperii id liceret, ſed per Miniſtros ad ea negotia ſpecialiter delegatos. (*g*)

(*g*) *Hic notanda eſt Expeditionis in Aula Imperiali diverſitas. Unum quodque Collegium ſuos ibi habet Referendarios & Secretarios qui ſubſcribere ſolent infimo loco. Quæ Subſcriptio facit indicium unde Reſcriptum vel alia Expeditionis ſpecies promanaverit. Ea quæ à Judicio Aulico proveniunt, Subſcriptionem Secretarii Judicii, quod officium jam dudum* Menshengenii [*hodie* de Glandorff, & de Waldiſtätten] *obierunt, habent. Reliqua in Negotiis Imperii publicis, quo etiam Cameralia rectè referuntur, à Referendario Conſilii Secretioris ad Negotia Imperii, ſubſcribuntur, quo munere fungitur hucuſque Vir & meritis & orationis vi planè ſingulari pollens* de Glandorff, [*hodie* de Bartenſtein.]

Diverſitas Expeditionum in Aula Cæſarea.

De Concurſu Jurisdictionis Cameræ cum Judicio Aulico alia eſt inſpectio, qui inter Judicia duo ſuprema quorum alterum ab altero non dependet, facile evenire poteſt. Et tum Præventioni eſt locus, vid. *Ordinat. Judic. Aul. Ferdin. III. tit. 2.* §. So wollen wir auch ꝛc. *7.* Schwanman. *Obſervat. Camer. 4.* Maurit. *Diſputat. de Judicio Aulico* §. *12. ſeqq.* Textor *ad Receſſ. Imper. Noviſſ. diſputat. 1. theſ. 56.* Blum. *tit. 25. num. 47. & 54.* ubi vid. Deckher. *in Vindic.* eundemque *in Proceſſ. Informativ. cap. 1. pag. 45. ſeqq.* & *cap. 2. pag. 49. Quinquert. Cam. quæſt. 2.* §. *54.* Simplex autem Documentum Litispendentiæ ex Cancellaria Judicii hujus illiusve emanatum, non ſiſtit confeſtim Judicii alterius curſum niſi etiam ſpecialius de ea conſtiterit. Ita Judicium Aulicum ad tale Documentum *ſub Aquila* in Camerali Cancellaria expeditum, abſtinere à cauſa illa ſtatim non ſolet. (*h*)

Num. 16. In concurſu Jurisdictionis cum Aulico Judicio valet Præventio; ubi de Documentis Litispendentiæ.

(*h*) *In Actis Publicis* apud Londorp. tom. 2. lib. 1. tractat. 4. *ſequentia occurrunt inter Gravamina trium Electorum, Palatini, Saxonis, & Brandenburgici, Anno 1590. erga Rudolphum II. Cæſarem* fol. 51. Daß man auch des Kayſerlichen Cammer-Gerichts oder einigen Reichs-Tags wohl gar nicht bedörffe/ wann dergeſtalt alle Sachen aus der Stände und des Cammer-Gerichts Händen gen Hof gezogen/ und allda erörtert werden könten. *Ad quæ Imperator 27. Jul. dict. An. 1590.* fol. 15. Daß dem Kayſerlichen Cammer-Gericht in adminiſtratione Juſtitiæ von Ihrer Majeſtät ſolle Einhalt gethan/ oder inhibiret worden seyn/ deß könten ſich Ihro Majeſtät nicht entſinnen/ auſſerhalb daß

Exempla ex Actis Publicis de Concurſu Jurisdictionis cum Aulico Judicio.

ſie ſich etwa ſolcher Sachen unterfangen / **welche ihrer Arth und Eigenſchafft nach** allein für Jhre Majeſtät gehörig / oder aber allbereit an Jhrer Kayſerlichen Majeſtät Hof eingeführet / oder von denen Ständen dahin gewieſen worden ſeyen / da Jhro Kayſerliche Majeſtät das Gericht nothwendig müſſen erinnern und vermahnen laſſen / in dergleichen Sachen / Jhro Kayſerliche Majeſtät und das Reich betreffend / vorſichtig zu gehen / und Jhrer Majeſtät nicht einzugreiffen; **ſintemal Jhro Majeſtät dem Cammer-Gericht gleichwohl ihre** *Juriſdiction* **in etlichen Fällen** *communici***ret** / (conf. Ordinat. Judic. Aul. Ferdin. III. tit. 2. §. 7. Andler. Jurisprud. Publ. lib. 2. tit. 3. num. 36.) **aber ſich derſelben darum nicht** *abdici***ret oder begeben haben.** *Replicant Miniſtri Electorum* fol. 59. Die Erinnerung ſo Euer Kayſerliche Majeſtät bißweilen dem Kayſerlichen Cammer-Gericht gethan / wann es ſich Sachen unterfange / ſo nicht vor daſſelbige gehörig / werden ſich unſere gnädigſte Herren gewißlich nicht mißfallen laſſen: (conf. Lyncker. in Analect. ad Schweder. Jur. Publ. part. ſpecial. ſect. 1. cap. 10. §. 5.) wann nur in denſelben hinfüro / wie Wir allerunterthänigſt verhoffen / gebührlich- und nothwendiger Unterſchied gehalten / und eine Sache an das Orth / dahin ſie ihrer Arth und Eigenſchafft / auch der Parthey Beſchaffenheit nach / gehörig / entweder am Cammer-Gericht / bey Hof / oder für allgemeine Stände / gelaſſen und gebührlich erörtert würde / (*ſpecialiorem Deſignationem Cauſarum deſiderare quis hic poſſet*) wie in ſolchen allen die Cammer-Gerichts-Ordnung und Reichs-Conſtitutiones gute Maaß und Wege weiſen und geben / aus welchen / wie auch dem kündlichen Herbringen / offenbar / daß **Herr Cammer-Richter und Beyſitzer ihre** *Juriſdiction* **von Euer Kayſerlichen Majeſtät und allgemeinen Ständen des Reichs ſammentlich haben;** inmaßen dieſelbe von Euer Kayſerlichen Majeſtät und Ständen / wie die in unterſchiedlichen Creyſen gehen / præſentiret / unterhalten / und ihrer Ordnung nach viſitiret werden / auch ermeldte Cammer-Richter und Beyſitzer ihre gehabte Dubia an Euer Kayſerliche Majeſtät und geſamte Stände als Statuentes gelangen laſſen / und Außſchlags begehret.

Viciſſim in Relatione Ludovici Camerarii Legati Palatini de negotio ſuo in Aula Electorali Saxonica Anno 1608. 24. Jul. apud Londorp. tom. 2. lib. 2. num. 41. fol. 541. *leguntur ſequentia de Reſponſione Miniſtrorum Electoris Saxoniæ:* Jhro Churfürſtliche Gnaden (tales tunc erant tituli) könten und wolten der Kayſerlichen Majeſtät Jhre habende und herge-

hergebrachte Jurisdiction nicht diſputiren laſſen / wäre einmal an dem / daß dieſelbe Fons Jurisdictionis : (*vide de hac phraſi prolixè* Quinquert. Cameral. quæſt. 1. §. 19. ſeqq. & quæſt. 2. §. 15. *quod prædicatum etiam agnoſcit, & rectè,* notus Auctor [Bernhard von Zech] des Europæiſchen Herolds tom. 1. part. 4. cap. 4. pag. 924. *erat Miniſter Status Electoralis Saxon. jam defunctus*) und daß alle Exemptiones, Privilegia, und Außträg von Dero herkommen / wären auch in beſtändigem Herbringen / und würden ſich davon nicht treiben laſſen / wie aus Ihro Majeſtät etlichen wenigen Chur- und Fürſten / derer jedoch etliche ſeithero den Hof-Proceſs ſelbſt beobachten / vor dieſem gegebener Reſolution zu finden. **Daß Ihre Majeſtät** *Cameræ Juriſdictionem privativè* **gegeben / könte man mit Beſtand nicht behaupten / habe alſo** Præventio ſtatt / und Cæſar concurrentem Jurisdictionem cum Camera, (*dicere volebant forte, Judicium Aulicum. Cæſar enim non concurrit cum ſemetipſo. Idem eſt Cæſar in Camera, qui in Judicio Aulico. Utrumque eſt Judicium Cæſareum, licet ad Cameræ Conſtitutionem Status Imperii concurrant. Unde vocatur* **das Kayſerliche und Reichs Cammer-Gericht:**) wann Ihro Majeſtät nur in zwey oder drey reſervatis Caſibus zu judiciren hätten / was es vor ein Kayſer ſeyn würde? dann es wäre ja ein Kayſer nicht Ehren halben allein / ſondern das Haupt im Reich / und hätte denen Ständen zu gebieten / und Sie zu entſcheiden / ꝛc. ꝛc. *Non mirari debet Lector ſi diverſa quandoque in Aulis Procerum Imperii principia defendantur. Nam ut ſuprà obſervavi, Temporum & Status ratio plerumque Aularum mutat & Conſilia & Principia. Rectè ne an male? meum hic non eſt judicium. Illud novum non eſt & recentiora exempla docent, ubi exorto quandoque Juriſdictionis conflictu cum Judicio Aulico, Imperator per Judicii Aulici decretum Reſcripta graviora & nonnunquam cum reprehenſione ad Camerale Collegium emanare paſſus fuit, deſuper querelas ad Auguſtiſſimum ſimulque ad Comitia fuiſſe delatas à Camera,* vide den Augſpurgiſchen Staats-Spiegel An. 1702. Menſe Novembr. pag. 16. ſeq. An. 1703. Menſe Majo pag. 71. Electa Jur. Publ. tom. 4. ſect. 1. num. 1. & Literas Collegii Cameralis in cauſa Teklenburgica An. 1703. 26. Jul. ad Comitia datas, ibidemque per Directorium Moguntinum prævia Dictatura publica 18. Septembr. 1703. inter materias deliberandas relatas. *Itaque ſi quæſtio eſt de præventa ſaltem Juriſdictione inter Conſilium Imperiale Aulicum & Imperialem Cameram, facta rei inquiſitione facilius negotium terminatur. Multa ſunt exempla remiſſarum Cauſarum à Judicio Aulico ad Cameram & viciſſim: Ubi de Cauſæ qualitate*

Querela Judicii Cameralis ad Imperatorem & Comitia delata.

litate incidit quæſtio, an ad Cameræ Jurisdictionem pertinere poſſit, & Imperatoria Majeſtas ad Literas Collegii humillimas voluntatem ſuam declaravit, reverentia debita Auguſtiſſimo Capiti effecit, ut ab ulterioribus Decretis abſtinendum ſibi eſſe cenſuerit Camera, cum Cameræ non eſſet conflictûs definitio.

Jurisdictio Cameræ ut limitetur vel tollatur à Cæſare & Statibus, nulla eſt cauſa.

Limitari quin poſſit ab Imperatore & Statibus Imperii Comitiali Conſenſu Jurisdictio Cameræ, vel planè tolli, dubium non eſt ſi de poteſtate ſit quæſtio: Si de voluntate, nulla adhuc vel tollendi vel limitandi fuit cauſa, neque id videtur Imperio expedire, vid. *Capitulat. Noviſſ. artic. 16. princ.* Spectat huc quæſtio de Recurſu Partium litigantium ad Comitia, de quo vide *Electa Jur. Publ. tom. 9. ſect. 1.* [conf. Moſers Betrachtung des *Recurſus* von denen Höchſten Reichs-Gerichten an den Reichs-*Convent.*] (*i*)

De Recurſu Partium ad Comitia à Judiciis Imperialibus.

(*i*) *Qui à Judiciis Imperialibus Cauſas ad Comitia (quæ jam perpetua futura eſſe non ſine ratione exiſtimant prudentes) tanquam ſupereminens aliquod Judicium deferri poſſe putant, ſi non ſunt Legum Imperii ignari, certe ab adulatione Aulica excuſari vix poſſunt. Si in negotiis, quorum cura iis eſt commiſſa, inconſiderate ipſi egerunt, talia tandem Conſilia, quæ per Leges approbari nequeunt, ex ſpecialibus vel ſtudiis vel odiis ſuggerunt ſuis Dominis, ut Judicia Imperii violationis Legum, de qua ipſi potius tenebantur, incuſentur.* [conf. à Ludewig Conſil. Halenſ. tom. 2. lib. 2. conſil. 95. num 39. & 45.] *Non deerunt unquam in Aulis tales Miniſtri, qui, cumprimis ſi potentiâ Dominorum ſuffultos ſe exiſtiment, Judicia ſuprema non niſi in Sententiis & Decretis pro ipſis latis venerentur, contra verò pronunciari & decerni, ferunt ægerrime, tum verò ut à culpa liberentur ipſi, Judicem exceſſiſſe fines officii vel aberraſſe à recta Legum via dicunt, ipſimet Legum interpretes, in propria quam defendunt cauſa, agentes. Atque ita ſæpe accidit quod olim dixit Italus:* Ogniuno ama la Giuſtitia, ma neſſuno la vede volontieri in caſa. *Negandum equidem non eſt, ad publicæ rei utilitatem etiam ſpectare inprimis Judiciorum Conſtitutionem & Legum circa ea Sanctionem. Imo & illud largior, dari cauſas quarum deciſio & executio certo reſpectu in publicas rationes univerſales ingreditur, atque eatenus Juſtitiæ Cauſas ad Negotia Conventuum Imperii deferri poſſe, & per Leges aliquando debere,* conf. Herman. Conring. Diſſertat. de Negot. Convent. Imper. §. 8. & 25. 26. 27. uſque 62. Idem de Comitiis §. 34. ſeq. & §. 63. *Verum cavendum hic erit, ne ſub prætextu ejusmodi rationum unaquæque cauſa ideo quod Status Imperii ſingulos concernit, eo pertrahatur.*

Nam

Nam ſi omni in caſu, ubi Status Imperii per ſententiam aliquid detrimenti ſe pati ſentit, vel à Conſiliariis ita res accipitur, eum ad totius Reipublicæ rationes pertinere exiſtimandum eſſet, nunquam ſane defuturus erit prætextus Judiciorum Imperialium auctoritatem infringendi, quam potius illæſam conſervari & remediis legitimis uti, Leges noſtræ ſanciverunt. Stat igitur ſententia, quod à Judicatis in ſupremis Imperii Tribunalibus Recurſus ad Comitia non detur, & Judiciaria Negotia in ſpecie ita dicta, aliis plane locis & viis quam in Comitiis ſint tractanda, exceptis in Legibus expreſſis caſibus & qui ex totius Reipublicæ Germanicæ Conſtitutione eò pertinent. Quos cum in Diſſertatione inaugurali tractaverit Chriſtian. Valent. Happelius Erfurti Anno 1702. edita, *ratum fore putavi, ſi iſtam Diſſertationem alias forte non obviam, huic Opuſculo cum nonnullis Obſervationibus ſeu Supplementis adjungerem* infrà Append. III. pag. 73. ſeqq. *in quibus etiam occurrent hiſtorice ſaltem, quæ in Comitiis ea de materia non multo abhinc tempore fuere acta & publicata.*

De Executione Sententiarum Cameralium ab Imperatore per Aulicum Judicium decernenda, Comitialis fuit paucis abhinc Annis quæſtio, occaſione Juſtitii Cameralis nata, vid. Staats-Cantzley *part. 12. pag. 158. Concluſum trium Collegiorum 14. Jul. 1706.* & ſequens *Decretum Commiſſ. Cæſareæ 24. Novembr. 1706. ibidem part. 12. pag. 168.* adde *Quinquert. Camer. quæſt. 2. §. 71.* conf. *Capitulat. Noviſſ. dict. artic. 16. 17.* [Nitzſch. *ad Capitulat. Joſeph. artic. 41. num. 78.*] Num. 17. Executio Sententiarum Cameralium tempore Juſtitii.

An injungere queat Imperator, ut aliqua cauſa ſemper in Ordine Novarum tractetur, inutilis eſt hodie quæſtio apud Blum. *tit. 25. num. 26.* vid. *infrà* B. Auct. *Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 57.* cum poſt Receſſum Imperii 1654. & Cameralis Collegii Decretum commune 13. Decembris 1659. noviſſimâ Viſitatione cum aliis approbatum, Ordo Proceſſus maximè fuerit abbreviatus, vid. die Anmerckungen aus dem *Viſitations* Abſchied *1713.* und Gemeinen Beſcheiden/ quæ *novæ Edit. Wetzlar.* des *Concepts* Cammer-Gerichts-Ordnung acceſsêre *ad part. 1. tit. 17. verſ.* Es iſt aber ꝛc. *pag. 9. in med.* ut aſſerere tutò liceat, ſi cauſa aliqua longo Annorum intervallo maneat indeciſa, id non vitio aut ambagibus Proceſſus, ſed vel Partium protractionibus, quæ quandoque impediri non poſſunt, vel

Num. 18. Tractatio Cauſæ in Novis.

Num. 19. Brevitas Proceſſus Cameralis. Veræ cauſæ diuturnorum Proceſſuum.

vel paucitati Aſſeſſorum, quorum numerus tantæ cauſarum moli citius expediendæ debito cum labore, non ſufficit, eſſe adſcribendum. Cui defectui remedium à ſolis Statibus Imperii Salariorum cura ſufficienti, promtiori, & conſtantiori poterit adferri.

Remedium.

Num. 20. Camera citat immediatè Subditos mediatos.

Status Imperii Subditum à Camera in Jus vocatum prohibere nequit, ſed excipiendo Jus ſuum de non evocando allegare tenetur, Gail. *lib.1. obſervat. 41. num. 7.* Roding. *lib. 1. tit. 3. §. 32.* [Deckher. *Vindic. tit. 25. num. 19.* & ejusd. *Not. ad Obſervat. Ante-Marill. 22. & 32.* conf. *infrà* B. Auct. *Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 5.*] Multæ enim ſunt cauſæ, ob quas Subditus Imperii mediatus citari ad Cameram poſſit, quod ſemper fit immediatè ſine Requiſitione, tanquam à Judicio ſupremo, vid. Lyncker. *Commentar. ad Aur. Bull. cap. 11.* & *ad Capitulat. Joſeph. artic. 17.* [idem *in tractat. de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 49. pag. 856. ſeqq.* add. *infrà §. X. num. 3.*] *Saxonicum Privilegium de non evocando* vid. *in Corpore Juris Cameral. pag. 42. ſeq.*

§. II.

Num. 1. Diſtinctio Cauſarum primæ & ſecundæ Inſtantiæ.

Num. 2. Quid dicatur ſimplex Querela, & ejus differentia à Mandato.

Deferuntur Cauſæ ad Judicium Camerale vel in prima Inſtantia, vel in ſecunda per Appellationem. In illâ vel Citatio ſimplex petitur vel Mandatum, Blum. *tit. 25. num. 67.* Roding. *lib. 1. tit. 4. §. 6. ſeqq.* Minus accuratè opponitur ſimplex Querela Appellationi apud Blum. *dict. loc. n. 66.* Roding. *cit. loc. §. 1.* Cum ſimplex Querela tantum dicatur in oppoſitione ad Mandatum Pœnale, Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 50. pag. 859. ſeqq.* Textor *ad Rec. Imp. Noviſſ. diſput. 4. theſ. 4. ſeqq.* [vid. B. Auct. Anmerckungen zu Gerhards gründlichem Unterricht *pag. 41. & 76.*] Errorem communem non ſatis tollit Notator Rodingii *dict. loc. §. 6. ſeqq.* nam Citatio non eſt genus, cujus ſpecies ſint ſimplex Querela & Mandatum; ſed Citatio eſt utriusque conſequens. Querela non eſt ex Citatione, ſed hæc ex illa, modus tractandi tantum differt. Omnis Actio rectè dicitur Querela. Tractatur autem vel per ſimplicis Citationis viam, vel per viam Mandati, ubi cauſæ qualitas id permittit. Modus uter-

uterque tractandi, genus Actionis ut vocant, rectius diceres ſpeciem, non mutat. Ordinarius eſt modus Citationis ſimplicis, extraordinarius & executivus modus præcepti pœnalis. Interim vulgarem loquendi modum retinuit etiam Ordinatio, vid. *Concept. Ordinat. Cam. part. 3. tit. 4. tit. 11. & tit. 12. §. 24.* item *tit. 13. §. 4.* & *tit. 15. §. 7. 8. 9.* [junct. *part. 1. tit. 43. §. 21. 22. Receſſ. Imper. de Anno 1570. §. 88. de Anno 1594. §. 64. & 95. de Anno 1654. §. 34. & 70.* add. Tennagel. *de decernend. Proceſſ. Procœm. num. 10.* ibique Deckher.]

Tenetur autem Procurator ſupplicans pro Proceſſu obtinendo exprimere ſemper, quâ ratione Jurisdictio Cameræ ſit fundata. Alioqui ſi dubia ſit, injungitur per Decretum, ut Fundamentum, quo nititur, oſtendat, Roding. *lib. 1. tit. 4. §. 15.* Num. 3. Fundanda eſt in Supplica Jurisdictio.

In *prima Inſtantia* fundatur Jurisdictio Cameræ reſpectu vel ſolius Perſonæ, vel ſolius Cauſæ, *Rubrica Conc. Ordin. Cam. part. 2. tit. 10.* [vel reſpectu Perſonæ & Cauſæ ſimul, vid. *infrà num. 16. §. III. num. 7.* & *§. VII. num. 2.*] Ratione *Perſonæ* & quidem *Rei*, ubi neceſſe eſt ut ſit immediata, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 1.* & *tit. 25. §. 4.* aliquando etiam Actoris immediata qualitas requiritur, ut in cauſis litigioſæ Poſſeſſionis, Pignorationum, Arreſtorum, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 22. §. 1. tit. 23. princ.* & *tit. 24. princ.* Legis Diffamari, [vid. *infrà §. VIII. num. 2.*] add. Deckher. *Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. n. 18.* Koch. *ad Ordinat. Cam. part. 2. tit. 21.* ibique Deckher. *num. 12.* Num. 4. Quomodo fundetur Jurisdictio in prima Inſtantia. Num. 5. Perſonarum qualitas immediata. Num. 6. Actor quando eſſe debet immediatus.

Aliquando Actore immediato, contra Reum mediatum fundatur Forum Camerale, vid. *infrà num. 15.* & uno caſu in cauſa litigioſæ Poſſeſſionis, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 22. §. 1.* vid. Textor. *ad. Receſſ. Imper. Noviſſ. diſputat. 2. theſ. 46. ſeqq.* Quod ſi ex *Continentia Cauſæ* fundetur Forum, qualitas Perſonarum an mediatæ ſint, an immediatæ, non attenditur, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 9.* Roding. *lib. 1. tit. 14. §. 19.* Textor. *dict. loc. theſ. 49.* [add. *infrà §. VII. num. 11.*] Num. 7. In Continentia Cauſæ non reſpicitur qualitas Perſonarum.

Immediatæ Perſonæ quæ ſint in Imperio vulgò notum eſt. Electores, Principes, Comites, Barones, Prælati Cœnobiorum Num. 8. Immediati Cives Imperii.

immediatorum, Capitula ſede vacante, Gail. *lib. 1. obſervat. 30.* Blum. *tit. 26. num. 44.* Lyncker. *Diſſertat. de Commiſſar. Imperial. ad cauſ. Juſtit. §. 6.* vel impedita, vid. *Diſſertat.* Böhmeri *de Juribus Capituli ſede impedita*, quotquot ex hisce Voto & Seſſione in Comitiis gaudent. Necnon Electorum, Principum, Comitum Apanagiati, Lyncker. *dict. Diſſertat. §. 6.* vid. *Tractat. noſtrum de Jure Fœminar. Illuſtr. ſect. 1. §. 16. lit. uu.* Porrò Civitates Imperiales & Nobilitas Imperii immediata in corpore & ſingulis membris. Univerſitates quædam & Collegia immediata. In Franconia Pagi immediati Gochsheim & Sennfeld/ vid. Lünigs Reichs-*Archiv Parte ſpecial. continuat. 4. tom. II.* Fortſetzung *pag. 803.* Horn. *Jur. Publ. cap. 50. §. 5. in fin.* Hert. *Diſſertat. de Special. Rom. Imp. Reb. publ.* (*a*)

De Jure Territorii Pagorum immediatorum.

(*a*) *Si quæratur* de Jure Territorii, *an de Pagis immediatis etiam prædicari poſſit*, ob die Reichs-Gemeinden auch *Territorial*-Herren ſeyen? *Reſp. Juxta ſententiam JCtorum, qui ſubjectum capax Superioritatis Territorii nonniſi* Imperii Statum *eſſe docent, prædicatum id Pagis immediatis omninò denegandum eſſe. Neque etiam ajunt ſequi: Eſt immediatus ergò Superioritate Territorii gaudet. Cum nec immediatæ Nobilitati Imperii id prædicatum tribuatur. Cujus Jura eximia ad vim & virtutem Superioritatis nec dum eſſe exaltata, neque ei uſquam in Legibus Imperii hoc prædicatum tribui, ſed ex Pactis, Uſu & Conventione cum Imperio ſeu Tabulis Pacis Jura illa etiam Eccleſiaſtica & Epiſcopalia quæ citra hanc conceſſionem uſurpari non poſſint, proficiſci, neque virtute Territorii inſita, ſicuti hac pollent Status Imperii, ampliari poſſe*, vid. Lyncker. Diſputat. de Superioritat. Territorial. pag. 66. *Cum qua ſententia conveniunt ea quæ habet* Henniges Diſſertat. de Superioritat. Territorial. inſerta Meditationibus ad Inſtrum. Pac. §. 15. Hugo Cancellarius Brunſuicenſ. Hannoveranus de Statu Regionum German. cap. 1. §. 8. & cap. 5. §. 6. *cujus tamen doctrina, quod ad Superioritatem tanta requiratur univerſitas, ut juſtæ Reipublicæ capax ſit, vereor, ne multis Imperii Statibus minus potentibus ſit offendiculo, quibus Superioritatis characterem ipſe fortè non denegaverit. Contrarium de Nobilitate Imperii immediata defendit* Hertius dict. Diſſertat. de Special. Rom. Imp. Reb. publ. §. 8. Fritſch. Exerc. Jur. Publ. 4. tom. 1. Graſſus JCtus Tubing. integra Diſſertat. de Nexu Ord. Equeſtr. immediat. erga Cæſarem & Imperium ubi vide theſ. 19. Leucht. Diſſertat. de Superioritat. Territorial. §. 47. aliique complures.

Tametſi

Tametſi vero Communitates immediatæ Statibus Imperii & Nobilitati æquiparari in ea materia nequeant, verumque ſit, quod Immedietatis Jura iſtarum Communitatum ad vim & virtutem Superioritatis exaltata neque ſint, neque ehevi poſſint; Inde tamen non ſequitur, quod alius quicunque ex Statibus Imperii ſe dicere poſſit Territorii Dominum, & Jura inde profluentia, ſive poteſtativas partes in Pagis immediatis ſibi arrogare. Sanè Protectionis *Jus id minimè infert, juxta conſtantem JCtorum Doctrinam & Judiciorum Imperialium Sententias.* [vid. Hert. Diſſertat. de Subject. Territor. §. 14. & 15. ejusd. Parœmiar. lib. 2. parœm. 5. B. Auctor part. 1. Obſervat. Forenſ. 81.] *Neque Jus* Vogtiæ, *poſito, quod etiam Juris dicendi poteſtatem comprehendat, denotat enim* Vogtia *alias nudum Jus Protectionis,* vid. Ertelium in Praxi Aurea part. 1. cap. 1. obſervat. 2. & part. 2. apparat. 2. pag. m. 28. ſeqq. Speidel. Specul. voce Vogt / Vogtey: *Juris dicendi poteſtas, ſed ſine nota Superioritatis, conſpicitur plerumque* in denen Reichs-Vogteyen/ *de quibus* vid. Heiderum tractatu celeberrimo, præliminari monito 8. *Sed* Vogtia *Pagorum immediatorum proprie cenſeri nequit in numero* derer Reichs-Vogteyen/ *quia libera voluntate Communitatum Dominus Epiſcopus Herbipolenſis adſumptus* zum Reichs-Vogt-Schutz-und Schirm-Herrn *per Pactum Anno 1575. confirmatum, deinde ab Imperatore Rudolpho II. Anno 1578.* vid. Lünigs Reichs-Archiv loco ſuprà dicto. *Porrò nec Jus* ſecundæ Inſtantiæ *Jus Territorii infert, quia id etiam Privilegio vel Pacto vel Conſuetudine derivatur. Civitati Imperiali Svvinfurtenſi datum fuit per Privilegium Maximiliani I. Imperatoris Anno 1500.* vid. Reichs-Archiv Rubr. Schweinfurth. num. 42. *Poſtea cum hac Civitas Jus omne in Pagos à ſe abdicaſſet per Pactum cum Epiſcopo Herbipolenſi 1572. liberæ erant Communitates à Protectore, donec poſtea motu proprio Anno 1575. eundem Dominum Epiſcopum in Protectorem adſumſiſſent,* teſtibus Diplomatibus im Reichs-Archiv dictis locis. *Pari libertate deinde Appellationem ad Judicium Herbipolenſe admiſerunt, de qua tamen nihil conventum in Pacto Protectionis.*

Tandem nec Centena *nec alia ſi quæ forent* Regalia *Signa erunt Superioritatis, quia frequenter in Imperio talia Jura in terris vicini Status Imperii absque illa nota exercentur.* [*quæ ſingula latius* à B. Auctore *deducta ſunt* tom. 1. Symphorem. Conſultat. 27.]

Hæc cum ita ſe habeant, implicare videtur quæſtio, quisnam ſit Dominus Territorii Pagorum immediatorum? Licet enim prædicatum hoc eminentius Communitatibus non tribuatur, (*ipſa etiam vox* Superioritatis *eſt recentioris ævi*) *liberas tamen habebunt ædes ea in re à quocunque alio Imperii Statu. Id enim vult immedietas, niſi vocabulis luſiſſe credas, & fumum vendidiſſe Paciſ-*

ntes in Tabulis Pacis Weſtphalicæ, & Receſſu Executionis atque Reſtitutionis dictorum Pagorum 1649. qui legitur im Reichs-Archiv dict. loc. *Imperator ipſe quâ talis, in omnibus Imperii terris ſcil. non Patrimonialibus, non agit Dominum Territorii: Infra Majeſtatem Imperatoriam foret hoc prædicatum. Ab Imperatore non proceſſit* die Reichs-Vogt-Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit / *ergo nec Adminiſtrator vel Vicarius Imperatoris dici poteſt Epiſcopus.* Die alte Reichs-Amtmannſchafft *in Civitatem Svvinfurtenſem per Privilegia ſequentia fuit ſublata.*

Effectus autem Immedietatis Communitatum non minimus eſt circa Jus Sacrorum, & quod diſpoſitio §. Jus Diœceſanum &c. 48. Inſtrum. Pac. *ad Communitates etiam pertineat. Si enim ſunt immediatæ, non ſunt de Territorio Domini Epiſcopi. Si hoc, ſuſpenſa eſt ejus Eccleſiaſtica Jurisdictio cum omnibus ſpeciebus. Digna eſt materia de Pagis immediatis quæ peculiari tractatione illuſtraretur: Nam ſicco pede in Syſtematibus Juris Publici tranſitur.* Diſputatio Anno 1717. *ſub præſidio* Profeſſ. Weberi Gieſſæ edita de Jure circa Sacra Pagorum immediatorum *materiam ſane pro rei exigentia non exhaurit. Neſcio an inertia Communitatum propria, an Conſultorum incuria factum ſit ut tam parum huc uſque Jura earundem fuerint tradita publicè, & domi cuſtodita. Nos ſumma tantum capita tangere hac in digreſſione voluimus, alius enim eſt Commentationis noſtræ ſcopus.*

Num. 9. Immediatè omnes regulariter conveniuntur in Camera.

Hi omnes in prima Inſtantia conveniuntur in Camera, quoties Privilegium aliquod non obſtat, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 30.* Invertunt aliqui regulam, ut ſcil. Jurisdictio Cameræ primæ Inſtantiæ regulariter non ſit fundata contra Immediatos, contra textum expreſſum Legis *Ord. Cam. part. 2. tit. 27.* vid. Textor. *diſput. 2. theſ. 41. ſeqq.* Regula itaque fundatæ Jurisdictionis obtinebit, niſi probetur Exceptio Lege vel Privilegio ſuffulta.

Num. 10. Perſonæ Camerales.

Tandem ad Immediatos referuntur omnes Perſonæ Camerales, Judex, Præſides, Aſſeſſores, Cancellariæ Præfectus, Fiſcalis Generalis, Advocati, Procuratores, & reliqui, eorumque Viduæ, Liberi, omnisque Familia, [*Rec. Imp. 1654. §. 141.*] Blum. *tit. 26. num. 1. 2. 3.* ibique Deckher. Roding. *lib. 1. tit. 4. §. 78. ſeqq.* Studioſi Praxeos in Matriculam relati. [*Commun. Decret. 19. Maji 1659.* B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 297. num. 7.*] Litigantes in loco Judicii præſentes, & Sollicitantes, ſi ex contractu vel delicto ibi [inito vel commiſſo] conveniantur,

Blum.

Blum. *tit. 26. num. 6. 7.* & ibi Deckher. Roding. *dict. tit. 4. §. 81. & 90.* Koch. *Commentar. ad Ord. Cam. part. 1. tit. 49. num. 8. ſeqq.* Criminalis Juriſdictio itaque in Perſonas Camerales omninò pertinet ad Cameram, Roding. *citat. loc. §. 85.* [B. Auctor *part. 2. Obſervat. Forenſ. 128.* & *part. 1. obſerv. 35. not. 6.* ubi de apprehenſione delinquentis agit.] *Conc. Ordin. Cam. part. 1. tit. 64. §. 23. 24.* & ibi allegatum *Decretum Viſitationis An. 1581.* quod non deficit, ſed Blumio defuit, adde Denaiſ. *Aſſert. Juriſdict. Camer. contra Civitat. Spirenſem.* Fritſch. *in Elect. Jur. Publ.* [Lauterbach. *Collcg. Pract. lib. 49. tit. 5. §. 4.*] Quod ſi Litigantium quis vel qui eorum negotia gerit in loco Judicii Cameralis moriatur, obſignatio Mobilium & Scripturarum, quæ penes eum extitere, à Camerâ decernitur, atque ad inſtantiam Hæredum vel quorum intereſt præviâ cognitione cauſæ & adhibita curâ, ne cui naſcatur præjudicium, fit reſeratio. Camerales Perſonæ etiam actione reali ſi Bona ſint in loco Judicii ſita, non niſi coram Judicio Camerali Forum ſortiuntur, Blum. *tit. 26. num. 11.* ubi Deckher. Neque in has Perſonas concurrens eſt Judicii Cæſarei Aulici Juriſdictio, Blum. *tit. 26. num. 12.* Maurit. *Diſſertat. de Judic. Imper. Aul. §. 13.* [conf. *ſuprà Auctar. I.*] niſi fortè hæc ſurrogetur in caſu Juſtitii, vid. Deckher. *dict. loc. num. 12.* [& *in Proceſſ. Informat. cap. 1.*] Tractantur autem Cauſæ inter Perſonas Camerales terminis arbitrariis ſine Solennitatibus Proceſſus: Et extrajudicialiter, hoc eſt extra Audientiam publicam, adde Deckher. *num. 16. Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 70. in fin.* [B. Auctor *part. 1. Obſervat. Forenſ. 1. not. 2.* & *obſervat. 35.* ubi de exemtione Perſonarum Cameralium fuſius diſſerit.]

Num. 11. Juriſdictio Criminalis in Perſonas Camerales.

Num. 12. Obſignatio Mobilium Defuncti.

Num. 13. Forum Perſonarum Cameralium eſt Camera privativè.

Num. 14. Modus tractandi Cauſas Cameralium Perſonarum.

Reliqui Caſus, ubi fundatur Juriſdictio Cameralis reſpectu Perſonarum, ſunt ſequentes. Si Immediatus Subditum ſuum convenire velit, [Gail. *lib. 1. obſerv. 1. num. 18.* Mynſing. *centur. 5. obſerv. 1.*] Textor. *diſputat. 2. theſ. 48.* Deckher. *Vindic. tit. 26. num. 26.* & *Proceſſ. Informat. pag. 32.* Exceptio eſt ſi probetur Conſuetudo, ut in propria cauſa Judex quis eſſe poſſit. Id quod plerumque obtinet, ubi Judicium per Miniſtros Juſtitiæ

Num. 15. Alii Caſus fundatæ Juriſdictionis Cameralis reſpectu Perſonarum.

bene eſt conſtitutum, vid. Roding. *lib.1. tit.4. §.61.* Blum. *tit.26. num. 27.* [de hujus requiſitis agit B. Auctor *part. 2. Obſervat. Forenſ. 228.*] Si Reus ſit vagabundus vel bannitus, Blum. *tit.26. num. 24. 25.* [*infrà §. III. num. 21.* Roding. *lib. 1. tit. 4. §. 92.*]

Num. 16. Caſus mixti.

Caſus ſequentes ad Perſonarum reſpectum vulgò relati, cauſam & perſonam ſimul reſpiciunt. Si quis Immediatus Foro primæ Inſtantiæ [voluntariè] renunciaverit, & Camerali Jurisdictioni ſe ſubjecerit, Gail. *lib. 1. obſ. 1. num. 29.* Roding. *lib. 1. tit. 4. §. 67.* Blum. *tit. 26. num. 30.* Exceptio eſt ſi Privilegium reſpiciat etiam favorem vel Jus ſuperioris. Fit autem renunciatio vel expreſsè & judicialiter, Mynſing. *centur. 1. obſerv. 88.* Blum. *tit. 26. num. 31.* ubi Deckher. vel tacitè, Blum. *dict. tit. num. 34.* Si ſcil. is, qui Auſtrægarum beneficio gaudet, in Inſtrumento Obligationis ſe obſtrinxerit, ut à Mandato Proceſſus inchoari poſſit, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. §. 6.* Quod fit, ſi verba mit oder ohne Recht / quæ ſignificant electionem Proceſſus Executivi, vel æquipollentia, [B. Auctor *Symphorem. Conſultat. Forenſ. tom. I. conſultat. 38.* Klock. *tom. 4. conſil. 28.* Roding. *lib. 1. tit. 12. §. 104. ſeqq.*] Obligationi fuerint inſerta, Blum. *tit. 26. num. 34.* & *tit. 34. num. 81. ſeqq.* Aliàs enim non decernitur Mandatum Sine Clauſula, ſed tantùm Citatio ad videndum exigi Debitum vel ſe immitti in Hypothecam, ſcil. ſi primæ Inſtantiæ Privilegium non obſtet, Blum. *tit. 34. num. 83.* Quod ſi in Inſtrumento de Executione in Bona ſuſcipienda ſit conventum, locus eſt Mandato Immiſſoriali vel Executoriali Sine Clauſula, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. §. 5. ſeqq.* Blum. *tit. 34. num. 85. 86.* ubi differentiam Mandatorum de ſolvendo, Executorialis, & de exequendo exponit, adde *Animadverſiones noſtras* zu Gerhards gründlichem Unterricht ꝛc. *pag. 99.*

Num. 17. Renunciatio Fori primæ Inſtantiæ.

Num. 18. Clauſula mit oder ohne Recht.

Num. 19. Mandatum Immiſſoriale vel Executoriale quando decernatur.

Num. 20. Salaria Advocatorum, Procuratorum, & Commiſſariorum.

Si exigatur Salarium Procuratori vel Advocato vel Commiſſario Camerali debitum, [conf. *Receſſ. Viſitat. 1559. Memor. Aſſeſſ. §. 12. & 13.* add. Roding. *lib. 1. tit. 4. §. 81.*] Blum. *tit. 26. num. 18. & 20.* vel injuria Commiſſario [à Camera dato] illata vindicetur, Blum. *num. 21.*

Si

Si Sumtus Executionis contra Pacifragum ſuſceptæ repetantur, Blum. *tit.26. num.37. Conc. Ord. Cam. part.2. tit.17.* [vid. *infrà §. V. num.6.*] Actio hæc æque rara quam ipſa Executio. Et ſi exiſteret, non eſt dubium, Executorem in ipſa Executione de refuſione Sumtuum ſibi proſpecturum eſſe, ut actione peculiari opus non habeat. [*Conc. Ord. Cam. part.3. tit.58. princ.*] Num. 21. Sumtus Executionis.

Si Sportulæ Cancellariæ à litigantibus exigantur. Neque hic caſus [ſi cauſas pauperum, jam opibus præditorum, excipias] frequentatur, cum Expeditiones in Cancellaria parti extradere ſine Solutione Sportularum moris non ſit. Num. 22. Sportulæ Cancellariæ.

Si Jurisdictio inter diverſos Dominos Territorii circa Perſonam rei ſit litigioſa, etiam in Criminalibus, Blum. *tit.26. num.22.23.* ubi Deckher. [Roding. *lib. 1. tit.4. §.91.*] Gylman. *voce Jurisdictio. pag. 169.* adde *infrà §. III. num. 21.* Num. 23. Jurisdictio litigioſa.

Si Circulus Imperii Status alterius Circuli ad ſe pertrahat, *Receſſ. Imper. 1548. §.49.* Blum. *tit.26. num.35.* Hujus caſus, ubi non de exemtione à Jurisdictione Imperii immediata, ſed de exemtione à Circulo & relatione in alium agitur, exempla hodie vix dabuntur, cum hoc Seculo, qui ſtatus ad unumquemque Circulum pertineant, ſatis ſit evolutum, controverſiæ antiquæ ſopitæ. [conf. Joh. Georg. Eſtor. *Meditationes de Judice competente cauſarum, quæ de Exemtionibus Imperii agunt.*] Exiſtente caſu, non deerit Circulus præſtationes à ſtatu moroſo exigere. Quod ſi alter Circulus reſtiterit Executioni, Imperatoriæ auctoritatis interventu res componetur. Utinam alia Circularia Negotia non negligerentur, ab ejusmodi Exemtionibus non multum futurum eſſet periculi. Num. 24. Exemtio à Circulo.

Atque ita vidimus, quam multa à Scriptoribus Juris Cameralis congerantur ad hodiernum uſum non facientia: Plura in ſequentibus occurrent.

Ad mixtos Caſus non immeritò referendæ cauſæ *Perſonarum Illuſtrium miſerabilium.* Nam originis ſeu proſapiæ celebritas vel dignitas à fortunæ viciſſitudine non ſemper eſt immunis. Steriles ea in materia ſunt Cameralium Rerum Scriptores, Num. 25. Cauſæ miſerabilium Perſonarum immediatarum.

neſcio

neſcio an Gailii auctoritate abrepti *lib. 1. obſerv. 1. num. 40.* vid. Lyncker. *de Commiſſar. Imperial. ad Cauſ. Juſtit. §. 11.* adde Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. ff. de Judic. num. 58.* ubi legitur, *l. unic. Cod. quando Imperat. inter Pupill. Vid. vel alias miſerab. Perſon. cognoſcat.* in Camera non admitti. Male omninò intelligitur Gailius, cujus ratio ibidem indicat, loqui eum de perſonis tantùm mediatis, quod favor talium perſonarum Judicis immediati Jurisdictioni præjudicium non faciat, vid. Lyncker. *ad tit. ff. de Judic. in fine.* Aliud dicendum de perſonis immediatis, ubi nullum fit præjudicium Jurisdictioni quæ in Imperio eſt patrimonialis, ſed tantùm excluduntur Auſtrægarum ambages. Quin & de mediatis non eadem eſt JCtorum ſententia, prout videre eſt *in Obſervationibus* Grævei ad Gailium *dict. loc. concluſ. 1. conſiderat. 1.* Lauterbach. *Diſput. de Juram. Perhorreſcent. theſ. 37. & 39.* ubi ad uſum & obſervantiam Lectorem remittit. Præjudicia apud Roding. *lib. 1. tit. 4. num. 95.* Rulant. *de Commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 4. num. 62.* de mediatis loqui videntur, de quibus tamen contraria etiam præjudicia reperiuntur. Immediatis Perſonis Illuſtribus tribuunt id beneficii Mylerus *in Gamologia cap. 9. §. 5.* & Müller. ad Struv. *tit. de Judic. theſ. 59.* Verum hi extra Praxin Judicii Cameralis conſtituti fuêre. De Camerali Praxi teſtatur Aſſeſſor Tennagelius *de decernend. Proceſſ. claſſ. 3. cap. 12.* Et nos de præjudiciis fundatæ Jurisdictionis Cameralis ſecurum facere poſſumus Lectorem, vid. *ſuprà Auctar. II.* Exceptio tamen eſt in perſonis Viduarum & Pupillorum, quæ pro amplitudine Territorii Collegia Conſiliariorum formata habent. Tales enim perſonas, licet aliàs perſonarum orbitas, non facultates conſiderentur, beneficio Legis, ceſſante ejus ratione, frui poſſe, non affirmarem.

§. III.

Num. 1. Exemtio à Jurisdictione Camerali plenaria.

Eximitur Immediatus à Foro Camerali vel in totum per Immunitatem, Blum. *tit. 26. num. 52. Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 30.* ut Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Lotharingiæ, caſus exceptos vide apud Pfannkuch. *de Summariiſ. Poſſeſſor. lib. 1.*

cap. 5.

cap. 5. num. 6. ſeqq. Obſervat. Ante-Marill. 101. ubi Deckher. [in ejusd. *Monument. Lection. Camer. antiq.* ibique Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 9. num. 3.*] Vel in tantùm, à prima ſolum Inſtantia per Conſuetudinem vel *Privilegium* ſcil. *Auſtrægarum, Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 30.* ſalva Appellatione, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 2. §. 2.* & *tit. 6.* Coccej. *Jurisprud. Publ. cap. 32. num. 26.* [B. Auctor *infrà num. 22.*] Num. 2. Exemtio à prima Inſtantia per Auſtrægas.

Originem Auſtrægarum turbulentis Germaniæ temporibus rectè adſcribit Conring. *de Judic. German. §. 53.* quorum ſtatum depingit Lehman. *Chronic. Spirenſ. lib. 5. cap. 95.* Schilter. *Inſtitut. Jur. Publ. tom. 1. lib. 4. tit. 7.* Müller. *in Præfat. Operis præclari Theatri Comitiorum nuper editi.* add. *Inſtrum. Pac.* Ludewig *ad Aur. Bull. tit. 17. §. 3.* Hiſtoriam Fori Auſtrægalis exponit Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit. 27. num. 8.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. pag. 397. ſeqq.* [Textor. *diſput. 3. theſ. 2. ſeqq.*] Inhæret beneficium Auſtrægarum Perſonis non Patrimonio. [Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit. 26. num. 45.* & *tit. 27. num. 41. & 47.*] Hoc eſt, Privilegio Auſtrægarum gaudere nequit, niſi qui ſit ejus capax ratione dignitatis perſonalis. [conf. Schwanman. *Obſ. Cam. 20.*] Finge hominem quendam, cujus nulla alia niſi ex magna vi Pecuniæ eſt exiſtimatio, Bonorum immediatorum acquirere Poſſeſſionem. Hunc beneficio Auſtrægarum frui non poſſe dico. Viciſſim ſi Princeps omnium terrarum Poſſeſſione eſſet privatus, hic non minùs Auſtrægarum Privilegio gaudebit. Quod ſi Immediatus ratione Bonorum mediatorum conveniatur, Forum erit rei ſitæ. Si ratione Bonorum immediatorum, Poſſeſſio mediatorum à beneficio Auſtrægarum eum non excludet, cum Perſonæ dignitas non deficiat. De Renunciatione *dictum §. præced. num. 17.* adde Gail. *lib. 1. obſ. 1. num. 29.* Mynſing. *centur. 1. obſ. 88.* Blum. *tit. 27. num. 49.* ubi Deckher. *Ordinaria* an *delegata* ſit *Jurisdictio Auſtrægarum?* vid. Textor. *diſput. 3. theſ. 13. ſeqq.* Ubi ordinariam eſſe quidem ſtatuit quia à Lege defertur, ſed tamen mediante facto requirentis. Mihi rationes pro delegata Jurisdictione videntur eſſe fortiores, quibus addo, quod

Origo Auſtrægarum.

Num. 3. Eſt Perſonale Jus.

Num. 4. Cui tamen renunciari poteſt.

Num. 5. Jurisdictio an ordinaria.

Auſtrægæ dicantur Commiſſarii Imperatoris, Commiſſarii autem Jurisdictio eſt delegata. Porrò Lex publica non defert cuiquam Jurisdictionem Auſtrægalem, ſed perſonam eligendam in arbitrio partis conſtituit. Tandem electus ſeſe excuſare & Judicium declinare poteſt, quod non licet ordinario.

Num. 6. Non debet præteriri Forum Auſtrægarum.

Locum autem habet Auſtrægarum Inſtantia in omnibus cauſis lege non exceptis, [an etiam in Cauſis Criminalibus? negat Ludewig. *Conſil. Halenſ. 22. num. 6. ſeqq.* Strauch. *Diſſert. de Auſtræg. §. 17.* ſed vid. Deckher. *ad Proceſſ. Informat. pag. 25.*] Neque præteriri debet à Judiciis Imperii ſupremis, *Inſtrum. Pac. Weſtphal. artic. 5. §. 56. Receſſ. Imper. 1654. §. 99. 162. & 177. Capitulat. Noviſſ. artic. 18.* (*a*)

(*a*) *Ut adeo inepte dicatur quæſtio multis modis controverſa* apud Beſold. Theſaur. Pract. voce Auſträge. *reclamantibus Legibus publicis.*

Num. 7. Qualitas Perſonarum unicè fundat Auſtrægas.

Fundatur Judicium *Auſtrægarum* unicè ratione qualitatis ſubjecti, in caſibus lege expreſſis: (*b*) Cauſarum qualitas Auſtrægas non fundat, neque cauſa ſimplicis Spolii, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 8.* Blum. *tit. 27. num. 151.* Roding. *lib. 1. poſt tit. 4. cap. 6.* nam & hic Perſonarum ratio habetur.

(*b*) *Nulla eſt contradictio cum eo quod paulò ante diximus. Auſtrægas locum habere in omnibus cauſis lege non exceptis. Diverſa enim ſunt fundari Auſtrægas in caſibus lege expreſſis, i. e. reſpectu concurſus perſonarum Actoris & Rei, vide infrà* [num. 19. ſeqq.] *caſus, ubi ceſſant Auſtrægæ; & fundari Auſtrægas in omnibus cauſis lege non exceptis. Ibi quæſtio eſt de ſubjecto, hic de objecto. Ibi Forum Cameræ primæ Inſtantiæ facit regulam, Auſtrægæ exceptionem. Datis autem Auſtrægis regula de objecto eſt univerſalis, ubi exceptio lege fundata non reperitur.*

Num. 8. Primus Caſus Auſtrægarum.

Itaque *Primò:* Si Actor eſt Elector, Princeps, vel par dignitate, Fürſt-mäſſig/ (*c*) Reus verò æqualis ordinis, Auſtrægarum Inſtantia obſervanda eſt, & formalia præſcripta, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 2. princ.* Blum. *tit. 27. num. 58. ſeqq.* Coccej. *Jurisprud. Publ. cap. 32. num. 32. 33.*

Differentia inter Fürſten & Fürſt-mäßige.

(*c*) *Differentia inter* Fürſten *&* Fürſt-mäßige *hodie an ſuperſit, non adeo eſt expeditum, cum nulli ſint, qui* Gefürſtete Grafen *ſe dicunt, Titulis & Dignitatibus majoribus non conſpicui,* vid. Beſold. Theſaur. Pract. voce

Gefür-

Gefürſtete Grafen/ *ſed hoc non obſtat quo minus differentiam hodie adhuc admittamus. Non eo ſenſu, quo dixit non nemo, Principes regentes eſſe verè tales, Apanagiatos eſſe* Fürſt-mäßige/ *h. e. poteſtate tantum, non Dignitate Perſonali inferiores, vereor enim, ut cum antiquitate vocis* Fürſt-mäßig *conveniat hæc interpretatio: Sed dicti fuêre* Fürſt-mäßige *olim qui dignitate principali erant præditi, Territorio verò in Principatum non erecto,* vid. Coccej. Jurisprud. Publ. cap. 15. ſect. 2. num. 27. 28. *quæ ſignificatio adhuc hodie locum habere poteſt,* conf. Lyncker. de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 12. & de Commiſſar. Imperial. ad cauſ. Juſtit. §. 4. Textor. Diſputat. 3. ad Receſſ. Imper. Noviſſ. theſ. 46.

Secundò: Si Reus non eſt Elector vel Princeps, duæ præſcribuntur viæ Judicii Auſtrægalis, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 3.* vide Blum. *dict. tit. 27. num. 92. ſeqq.* Num. 9. Secundus Caſus.

Tertiò: Si Reus eſt Princeps, Actor inferioris Ordinis octo viæ proponuntur, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 4.* vid. Blum. *dict. loc. num. 99. ſeqq.* ex quibus [unam eligere ſtat penes Actorem, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 4. §. 20.*] prima & ſecunda variis ambiguitatibus eſt obnoxia: tertia & quarta vid. *dict. tit. 4. §. 7. ſeq. & §. 9.* Blum. *num. 114. & 120.* expeditiores atque uſitatiores, vid. Blum. *num. 142.* Schwanman. *Proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 13. num. fin.* Num. 10. Tertius Caſus.

Quartò: Si neque Actor neque Reus ſunt Principes, uterque tamen immediatus & Auſtrægarum Privilegio gaudens, duæ ſunt viæ Auſtrægarum, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 5.* quarum utraque eſt celebris, Blum. *num. 149.* cui adde Roding. *lib. 1. poſt tit. 4. cap. 5.* [& Schwanman. *Proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 4. num. 1. ſeqq.* & *cap. 20. pag. 127.*] (d) Num. 11. Quartus Caſus.

(d) *Agimus hic de Auſtrægis tantum* Legalibus *in quibus etiam differentiam eſſe monet Auſtrægarum ſimplicium & Spoliorum,* Deckher. Vindic. tit. 27. num. 198. *de* Conventionalibus *ſermo non eſt, & alia plane ratio, quia merè Pactis reguntur,* [conf. Heidenreich Diſſertat. de Auſtræg. Conventional. Domus Saxonicæ cap. 1. §. 28. Senckenberg. Diſſertat. de Jure Auſtrægarum tam Legalium quàm Conventionalium. §. 14. ſeqq.] *Interim ſit etiam* [gewillführter] *Conventionalium mentio* Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 2. princ. *ſpecialiter in caſu litigioſæ Poſſeſſionis,* part. 2. tit. 22. §. 3. [add. infrà §. 7. num. 10.] *Quæritur quid* Num. 12. De Auſtrægis Conventionalibus, & Uſu.

utilitatis ſit à Conventione tali? Reſp. Eſſe poteſt illa, ut controverſiæ finiantur brevius & expeditius. Sed ſi exempla ſpectamus, vix unum alterumve dabitur, ubi ad iſtam viam controverſia fuerit deducta, ubi finita, nullum. Ita dantur Negotiis Leges, & fiunt Conventiones, ſed difficultatibus orituris non occurritur, neque ut ſunt humana ingenia, occurri poteſt ſatis.

Num. 13. Comparatio quatuor Caſuum.

Rectiſſimè quatuor Auſtrægarum Caſus trimembri diſtinctione comprehendit Deckher. ad Blum. ut ſcil. conſideretur perſona Rei, an ſit Princeps vel Principe inferior. Uterque convenitur vel à ſui ordinis perſonis, qui *caſus* eſt *primus*, & *quartus*; vel à diverſi Ordinis; & vel ſuperioribus, qui *caſus* eſt *ſecundus*, vel inferioribus, qui *caſus* eſt *tertius*. [De extraneis Actoribus conf. Blum. *tit. 27. num. 53. 54.* ibique Deckher. *in Vindic.* Struv. *Corp. Jur. Publ. cap. 25. §. 60.*] Exſcribere ſingulas vias, omnemque modum procedendi ex Lege publica ſatis clara, vel tradita Blumii repetere, conſilii non eſt noſtri, ſufficit indicaſſe fontes. Satisfecit tamen rerum peritis hac in materia præ Blumio, Rodingius [*lib. 1. poſt tit. 4. cap. 1. ad 7.*] & qui hunc locupletarunt. Brevibus multa complexus eſt Coccejus *Jurisprud. Publ. cap. 32. num. 26. atque 39.* rectius omnia petuntur ex ipſo textu Legis, qui circa modum procedendi interprete opus non habet.

Num. 14. Remiſſio ad Auctores, qui vias Auſtrægarum tradunt.

Num. 15. Infrequentia Judicii Auſtrægalis.

In univerſum de Judicio Auſtrægarum notandum eſt, exempla iſtius Judicii cœpti & finiti eſſe hodie pauca, ferè dixiſſem nulla. Leges ſunt celeberrimæ, eventus minùs ſolennis. Cauſa non eſt obſcura, [neque tamen illa, quam ſuggerit de Ludewig *tom. 2. lib. 2. Conſil. Halenſ. 95. num. 18.*] Principes controverſias, quarum gratia Auſtrægarum Judicium fundari poteſt, aut amicè componunt, aut aliis mediis, quæ Potentibus contra imbecilliores in promtu ſunt, Jus ſuum obtinere ſatagunt. Non loquimur de modis prohibitis, armis & violentia. Dantur aliæ occaſiones, ubi alter contra alterum in cauſis non controverſis, Jus ſuum rigidius exercendo, vel officia, quibus imbecillior opus habet, protrahendo, finem obtinere poteſt, debiliori autem contra potentiorem viâ Juris non ſemper eſt conſultum. Ubi

Ubi gravioribus animorum motibus res agitur, facile ad actus devenitur, in quibus Mandatis Sine Clauſula locus datur, quo caſu ad Auſtrægale Judicium provocatio non admittitur, Blum. *tit. 27. num. 170. & 176.* & *tit. 34. num. 32.* vid. *infrà §. 7. hic.* Textor. *diſput. 3. theſ. 77.*

Neque caret ſuis incommodis & gravioribus ſumtibus Auſtrægarum Judicium, quæ cum Actores ſæpius fuerint experti, malunt à tempore quam via Actionis remedium expectare, vid. notabilem locum in Aſſeſſoris Kochii *Commentar. ad Ord. Cam. part. 2. tit. 4. num. 2. ſeqq.* quem inter alia *Monumenta Lectionis Cameralis antiquæ* edidit Deckherrus, ubi rationem addit Kochius, quare Principes præſertim Seculares, Auſtrægarum Privilegio conſtanter inhærendum ſibi putaverint, quam ſuo auctori relinquo, adde Textor. *diſput. 3. theſ. 27.* Privatus contra Principem ſumtus ejusmodi actionis, ſpe finis obtinendi ancipiti, metuit, precibus & Patronorum officiis ſæpius plura obtinet quam Juris remediis. Si cum Perſonis ſecundi Ordinis negotium habent mediati, tunc Auſtrægæ ceſſant, vid. Mynſing. *centur. 1. obſ. 89.* Gail. *lib. 1. obſ. 1.* Blum. *tit. 27. num. 167.* Roding. *lib. 1. poſt tit. 4. cap. 7. §. 7.* [qui exceptionem proponit *loc. citat. cap. 5. §. 7.* vid. *infrà num. 19. pag. 30. circ. fin.*] Num. 16. Incommoda Auſtrægalis Judicii & difficultas.

Accedit dubium de *Executione Sententiæ*, an Auſtrægis competat? vid. Textor. *diſput. 3. theſ. 84. ſeqq.* qui quidem cum Schubarto eam poteſtatem Auſtrægis tribuit, eventu forte difficili, & exemplo nondum dato. Negativam ſolidè, ut alia omnia, demonſtravit Coccejus *tom. 2. diſput. 12. de Auſtrægarum notione & Executione, ſect. 2.* & *Jurisprud. Publ. cap. 32. num. 35.* adde Deckher. *in Vindic. tit. 27. num. 203.* Schweder. *Jur. Publ. part. ſpecial. ſect. 2. cap. 17. num. 16.* & Lyncker. *in Analect.* ubi notatur Blumius *num. 207.* [conf. idem *de Gravam. Extrajud. cap. 8. §. ult. num. 2. ad fin.* & *ad Capitulat. Joſeph. artic. 37.*] Num. 17. Executio Sententiæ Auſtrægarum.

Eſt & via Reſcriptorum & Commiſſionum Conſilio Imperiali Aulico ſolennis, etiam in cauſis ad Auſtrægas regulariter pertinentibus, vide Uffenbach. *de Conſil. Imperial. Aul. cap. 15.* Num. 18. Commiſſiones Aulicæ faciunt ceſſare Auſtrægas.

ſect. 2. *ſubſect.* 2. *& ſect.* 3. *ſubſect.* 1. quæ Auſtrægarum Judicia minus frequentia hodie reddunt.

Num. 19. Caſus qui Auſtrægas non admittunt.

Inprimis verò ipſa Auſtrægarum Jurisdictionis anguſtia, cum dentur caſus plurimi ubi Auſtrægis non eſt locus, vid. omninò Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap.* 5. *ſect.* 1. *§.* 13. *ſeqq.* [Gail. *lib.* 1. *obſ.* 30. *num.* 13. Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit.* 26. *num.* 45. *&* 46.] Sunt autem ſequentes:

Si Reus Privilegio iſto non gaudeat, ut Collegia Canonicorum ſede vacante: [Frider. Mindan. *de Proceſſ. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 11. *ſeqq.* & *cap.* 20. *num.* 1. conf. *ſuprà §.* 2. *num.* 8. *pag.* 17. *ſeq.*] Eſt enim Auſtrægarum Privilegium Perſonale non Patrimonio vel Territorio inhærens, ſuosque habet fines & terminos in Lege expreſſos.

Civitates Imperiales, niſi habeant Auſtrægas ex Privilegio ſpeciali, Blum. *tit.* 26. *num.* 53. Deckher. *Vindic. tit.* 27. *num.* 165. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 1. *num.* 20. quod etiam ultra caſus non extenditur, prout ſunt ſtrictæ interpretationis Privilegia omnia.

Correi diverſi Fori, *Receſſ. Deputat.* 1600. *§.* 23. [add. B. Auctor. *part.* 1. *Obſervat. Forenſ.* 25.]

Si Reus gaudet Privilegio Auſtrægarum, nihilominùs ceſſant Auſtrægæ, *ſi conveniatur cum Principe alius inferior*, *Receſſ. Deputat.* 1600. *§.* 24. Roding. *lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 31. *ſeqq.*

Si perſona ſecundi Ordinis à mediato conveniatur, Blum. *tit.* 27. *num.* 167. ubi Deckher. [B. Auctor *tom.* 1. *Symphorem. Conſultat. Forenſ.* 4. *pag.* 93.] Aliud eſt ſi convenitur perſona primi Ordinis, Gail. *lib.* 1. *obſ.* 1. *num.* 17. atque tum electio viæ Auſtrægarum eſt penes Actorem, niſi Princeps certum modum ex conſuetudine reliquos excludere, probaverit, Mynſing. *centur.* 5. *obſ.* 1. vid. Horn. *Jur. Publ. cap.* 56. *§.* 3. Ratio cur ſecundi Ordinis perſonæ, ſi à mediato conveniantur, Auſtrægarum beneficio non gaudeant, non eſt ea tantum, quod in Legibus Imperii id expreſsè non contineatur, ut exiſtimat Auctor *celebris Diſſertationis eruditæ de Auſtrægis Comitum in Acad. Marpurg. nuper habitæ* Profeſſ. Waldſchmid *§.* 15. 16. Poteſt etiam dari ratio aliqua diffe-

Quare Perſonæ ſecundi Ordinis Auſtrægis non gaudeant.

ren-

rentiæ, quare id in Legibus ſit omiſſum. Scilicet ſi omnes perſonæ immediatæ ſecundi Ordinis, quorum infinitus eſt numerus, Privilegio Auſtrægarum omni caſu gauderent, Judiciorum Imperii munus in prima Inſtantia ceſſaturum eſſet ferme, & querelæ eorum qui actiones haberent de procraſtinationibus Auſtrægalis Judicii mirum in modum augerentur. Si dicas, promte finiri debere Proceſſum coram Auſtrægis, *Reſpondeo*, inter decem vix unum alterumve repertum iri, qui eam promtitudinem, de qua agit des Graven-Tags *Receſſus Anno 1511. dict. diſput. lit. C.* ſit optaturus. Non hic conſiderandum quid fieri debeat, ſed quid plerumque ſoleat. Quæſitum fuiſſe memini, an Apanagiatus Comes Comitem Regentem in prima Inſtantia convenire poſſit in Camera, ideo quod Apanagiatus immediata Bona in Imperio non poſſideret, *Reſpondebatur*, Auſtrægas eſſe Perſonarum Privilegium, non Patrimonii. Neque Actoris ſolius perſonam conſiderari, in quo ordine collocaret ſeipſum, ſed etiam Rei, qui à Privilegio contra verba Legis excludi non poſſit. Num. 20. De Apanagiatis.

[*Si Corpus aliquod Nobilitatis, ſive Nobilitatis Equeſtris Ordo à Comite Imperii conveniatur, Foro Auſtrægarum non eſſe locum*, in deliberatione pleni Senatus concluſum fuiſſe 1. Julii 1732. teſtatur B. Auctor *part. 3. Obſervat. Forenſ. 262.*] Num. 21. Continuatio Caſuum qui excludunt Auſtrægas.

Si Princeps [*Comes, vel alius Privilegio Auſtrægarum gaudens*] *ſit bannitus*, Mynſing. *centur. 1. obſ. 90.* [*In Perſonis Eccleſiaſticis loco banni eſt privatio Regalium*, Mynſing. *citat. loc.*]

Si Jurisdictio ſit litigioſa inter Dominos immediatos, Receſſ. Deputat. 1600. §. 26. Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 1. §. 2. vid. omninò Deckher. *in Proceſſ. Informativ. cap. 1. pag. 33.* ubi de Decreto Cameræ Proviſionali.

Si Continentia Cauſæ prohibeat, quod multis modis fieri poteſt, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 9. Receſſ. Deputat. 1600. §. 24.* Roding. *lib. 1. poſt tit. 4. cap. 7. §. 19.* [vid. omninò B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 330. & 331.* ubi docet, quando Camera juſte decidere litem poſſit, quamvis Continentia Cauſæ in progreſſu non probata fuerit.] Abuſus hic eſt varius; quem notat Gai-

lius

lius *lib. 1. obſ. 32. num. 2.* conf. Frider. Mindan. *de Continent. Cauſ. cap. 4. §. 12.* & *cap. 5. §. 21.* ubi cautelam habet Actoribus utilem. [Deckher. *in Proceſſ. Informativ. cap. 1. pag. 34. in princ.* B. Auctor *part. 1. Obſervat. Forenſ. 25.*]

Num. 22. Quando ceſſet Auſtrægarum Judicium per Appellationem.

Ceſſat autem Auſtrægarum Judicium, ſi ab Auſtrægis cauſa ad Cameram devolvatur, vel per Appellationem, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 2. §. 2.* & *tit. 4. §. 1.* item *tit. 6.* qui ſupplendus ex *Ord. Cam. 1495. §. 27. ibi:* und ſoll jedem zugelaſſen ſeyn rc. (*e*) Quacunque via Auſtrægarum Judicium fuerit cœptum, etiam per Commiſſionem ab Imperatore petitam, [conf. B. Auctor *tom. 1. Symphorem. Conſultat. Forenſ. 8. pag. 196.* & *part. 4. Obſervat. Forenſ. 304.*] nam hæc præventionem Judicii Aulici non infert, vid. Textor. *Diſput. 3. theſ. 56. ſeqq.* ubi de Commiſſionibus diſtincte agit.

Num. 23. Auctoritas Ordinat. Camer. antiquarum.

(*e*) *Notandum antiquiores Ordinationes Camerales per ſequentes & noviſſimam non eſſe ſublatas niſi in Articulis expreſſis & contrariis*, vid. Præfat. Ord. Cam. 1555. §. 1. ibi: Alle andere hiebevor aufgerichtete Ordnung- und Satzungen / ſo dieſer Ordnung zuwider verſtanden werden möchten / hiermit caſſirt und abgethan ſeyn / rc. *Ubi etiam ex mutato Reipublicæ ſtatu ſublatam eſſe Legem colligitur, non opus erit ut ad veterem Legiſlationem recurramus.*

Num. 24. Ob neglectum Fatalium.

Vel citra Appellationem ipſo jure, quod fieri facile poteſt ſi Fatalia nominationum & denunciationum non exacte fuerint obſervata, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 2. §. 1. & 4. tit. 28. §. 1. 2.* Gail. *lib. 1. obſ. 1. num. 36.* Roding. *lib. 1. poſt tit. 4. cap. 7. §. 27. ſeqq.* Quod in ſpecie in cauſis ſimplicis Spolii obſervandum, ubi Fatalia anguſtioribus terminis comprehenduntur Lege publica, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 8.* adde Blum. *tit. 27. num. 151.* Roding. *lib. 1. poſt tit. 4. cap. 6.* Deckher. *Vindic.* ad Blum. *dict. tit. 27. num. 85. & 158.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 21. num. 5. & 7.* [inprimis Eſtor. *Schediaſma* von der Nothwendigkeit die Reichs-Gerichts-*Praxin* auf *Univerſitäten* zu lehren / *pag. 34.*] Quod ſi Actor ad factam nominationem Rei, intra Fatale 4. Septimanarum negligeret electionem, quæ-

quæritur, an tum cauſa devolvatur ad Cameram? vel an Actor ſolum amittat Jus eligendi; Affirmatur prius, poſterius Lege non eſt conſtitutum. Poſſet enim Reus eligere Judicem ſibi faventem. Non verò devolvetur cauſa ad Cameram in commodum Actoris negligentis, ſed Rei, ſi id petat. Si non petat, periculum eſt Actoris, cujus quidem actio non perimitur ſed inſtantia. [conf. *Auctar. XIX.*] (*f*)

(*f*) *Memini, cum aliquando de difficultate Judicii Auſtrægarum ſermones privati haberentur, interfuiſſe qui putaret, non eſſe cauſam defugiendi ſummoperè viam requiſitionis* auf die Auſträge/ *nam ſæpenumero accidere ut Fatalia negligantur à Reo, unde confeſtim invigilandum ut ad Cameram cauſa deducatur. Verum eſt & experientia docet, per imperitiam Legum ſæpius neglecta Formalia & Fatalia fuiſſe. Sed hoc caſu fortuito contingit. Sunt qui ſedulo Legum ſtudio incumbunt, ſunt multo plures etiam Juris Studioſi, qui Leges Imperii publicas vix extremis digitis attingunt. Hinc qui de Auſtrægarum Privilegio audierunt, ſi rejici exceptionem Fori juſtis de cauſis, de quibus hucuſque egimus, contingat, confeſtim Judicia de infractione Legum, quas ipſos melius didiciſſe oportebat, incuſant. Dici non poteſt quantum peccetur paſſim ex Juris imperitia.*

Si ob cauſæ qualitatem Jurisdictio Cameræ immediatè, ſcil. in prima Inſtantia, fundetur, Textor. *diſput. 2. theſ. 60. ſeqq.* de quibus cauſis mox dicemus. Num. 25. Ob cauſæ qualitatem.

In his omnibus exceptio Auſtrægarum etſi frequenter opponatur, ſemper, & jure rejicitur. Neque enim ultra Legem extendi debet Forum Auſtrægale, atque Jurisdictio ſumma Imperii reſtringi. Num. 26. Exceptio Auſtrægarum, ubi non habent locum, fruſtrà opponitur.

§. IV.

Cauſæ itaque ex quibus Jurisdictio Cameræ in prima Inſtantia cum excluſione Auſtrægarum ex Lege publica fundatur, ſunt ſequentes: Pax Religioſa, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 10. §. ult.* de Religionis Exercitio ab omni vi & impedimento libero, lata *Receſſ. Imper. Anno 1555. §. 18.* inter Romano-Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis Status mutuo obſervanda, *ibid. §. 16.* Excluſis aliis, *§. 17.* Poſtea *per Inſtrum. Pac. Weſtphal. artic. 5. §. 33.* & *artic. 7. §. 1.* item *Rec. Imp. 1654. §. 23.* comprehenſi Num. 1. Cauſæ Jurisdictionem Cameræ fundantes & Auſtrægas excludentes. Pax Religioſa. Num. 2. Qui fruantur iſta Pace.

E ſunt

ſunt *Reformati*, ad Auguſtan. Confeſſionis addictos rectè relati. Summam totius Conſtitutionis vide ſis apud Blum. *tit. 28. num. 12. uſque 63.* [Andler. *Juriſprud. Publ. lib. 1. tit. 1. part. 2. num. 17.*]

Num. 3. Actio ex Lege publica. Datur contra transgreſſores hujus Legis, quicunque Articulus violetur *Actio ſuper fracta Pace Religioſa mediante Citatione.*

Num. 4. An contra Mediatos? Quæritur an etiam contra Subditum Imperii mediatum? pro affirmativa facit *Rubr. Ord. Cam. 1555. part. 2. tit. 9.* Sed vid. Roding. *lib. 1. tit. 6. ʃ. 11.* Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit. 28. num. 66.* & *tit. 29. num. 62.* ubi argum. Conſtitutionis de Pace Religioſa, *Rec. Imp. 1555. ʃ.* Und damit ſolcher Fried ꝛc. *15. & ʃʃ. ſeqq.* contrarium infert. Si mentem Legis conſideremus, haud dubiè dabitur Actio contra mediatum, vid. Blum. *tit. 28. num. 73.* ubi Deckher. Textor. *diſput. 2. theſ. 45.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. ʃ. 49. num. 7.* Si ad Praxin modernam & ſtatum Reipublicæ hodiernum reſpiciamus, vix eſt ut caſus dari poſſit, ubi Subditus cujusdam Status Imperii, crimen violatæ Pacis Religioſæ contra alium Statum Imperii vel immediatum Civem committere poſſit, ſine Domini ſui immediati conniventia, & tum contra ipſum etiam Dominum actio dabitur. Domino verò factum improbante, non eſt dubium eundem id contra Subditum eſſe vindicaturum, Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit. 28. num. 73.*

Num. 5. Requiſita Actionis. Requiſita hujus Actionis ſunt, ut turbatio ſit facta intuitu Religionis, Gail. *lib. 1. obſ. 1. num. 3.* & *obſ. 2. num. 1.* Blum. *tit. 28. num. 64.* Eaque non levis ſed gravior & violenta, Roding. *dict. tit. 6. ʃ. 28.*

Num. 6. De Clauſula Artic 4. Pacis Ryswicenſis. Quæſitum fuit ſæpius poſt *Pacem Ryswicenſem*, an violatæ Pacis Religioſæ reus eſſet qui occaſione Clauſulæ *Articuli 4.* dictæ Conventionis: *Religione Catholica in locis ſic reſtitutis in ſtatu quo nunc eſt remanente*, Exercitium Religionis Auguſtan. Confeſſionis liberum *in locis ſic reſtitutis* impediret, aut Exercitium Religionis Catholicæ latius quàm olim, & tempore Pacis concluſæ fuerat, extenderet, vel circa reditus Auguſtan. Confeſſionis addictorum in eorum præjudicium aliquid decerneret? Viciſſim an Reus eſſet Pacis violatæ, qui extenſioni Clau-

ſulæ prædictæ ultra verba expreſſa, non ambigua, ſeſe opponeret? Priori caſu affirmativa ſententia fuit propugnata, poſteriori negativa, vid. Staats-Cantzley *part. 4. pag. 507. ſeqq.* Statum controverſiæ diſtinctè propoſitum videas *in Elect. Jur. Publ. tom. 2. ſect. 22. pag. 477. ſeqq.* Noviſſime Anno 1719. & 1720. hæc materia in Comitiis fuit tractata, ad quæ Acta Publica typis evulgata evolvenda & conſulenda Lectorem remittimus. Adhibenda etiam ſunt & conferenda Acta Publica Comitialia præcedentia, ubi Gravamina Statuum Evangelicorum adverſus hanc clauſulam *Artic. 4.* fuêre expoſita & ad Cæſarem delata, quæ leguntur in der Staats-Cantzley *tom. 4. 5. 9. 10.* & porrò *tom. 23. 24.* quorum Capita huc pertinentia Index cuique Tomo præfixus monſtrat. Eadem leguntur *in Collect. Actor. Publicor Seculi XVIII.* Leuchtii ſive Caſſandri Thucelii *tom. 2. cap. 1.* & *tom. 3. cap. 1.* Noviſſima Comitialia Acta ea de re Anno 1720. Ratisponæ typis impreſſa, præprimis ſunt notanda, & conſulenda quæ jam in multorum ſunt manibus, & partem magnam facient Collectionum ſequentium. [conf. Moſers vollſtändigen Bericht von der ſo berühmt- als *fatalen Clauſula Artic. IV. Pacis Ryswicenſis, Francofurt. 1732.*]

De Paritate Numeri Votantium in Cauſis Religionis notabilis eſt diſpoſitio *Inſtrum. Pac. Weſtphal. artic. 5. §. 54.* ad quem locum conſulendus eſt Henniges *in Meditationibus.* [conf. *infrà in Append. III.* C. V. Happelii *Diſſertat. de Recurſu &c. theſ. 10. pag. 77. ſeq. & Animadverſ. ad hanc theſ. pag. 89.*] Quid ſi omnes viæ fuerint obſervatæ præſcriptæ *§. 56. dict. artic. 5.* & nihilominùs Paritas Votorum ſibi contradicentium emerſerit, cauſa erit ad Comitia remittenda, difficili exitu, cum ibi permultæ cauſæ moram injiciant negotio & ſola amicabili compoſitione res ſit terminanda, vid. *§. 50. & 52. dict. artic. 5.* Eo tamen forte effectu, ut de mediis cogitent quibus turbationum continuatio impediri poſſit, ii, qui oppreſſos protegere & volunt & poſſunt. Quamdiu enim in via Juris verſantur partes, nemo facile ſe controverſiæ ingeret, neque ut fiat id, permitteretur; ſed ubi finis in Judicio ordinario obtineri nequit, & alter turbando

Num. 7. Paritas Votantium.

Num. 8. Quando cauſa ad Comitia remittatur, & quo exitu vel effectu.

velit pergere, miſerrimus ſane foret Status Imperii, ſi ab omni protectione excluſus eſſe deberet is, qui de injuria conquerendi cauſam habet. Interim ne iſtis remediis eſſet opus, ſed per Judicem ordinarium potius res terminaretur, Leges noſtræ cavent, prohibendo zelum Religionis inordinatum, *Rec. Imp. 1654. §. 157.* & *Rec. Viſit. 1713. §. 73.* Quibus Legibus optimis obtineretur haud dubie finis deſideratus, ſi etiam hominum affectus & ingenia ita corrigi poſſent, ut in Cauſis Religionem concernentibus ſtudia partium ex animis quoque evellerentur. Hoc verò in Votis eſſe magis quam in ſpe experiuntur ii qui negotiorum tractationi interſunt. Hinc talem plerumque exitum nanciſcuntur ejusmodi cauſæ, quali affectu, moribus, ſtudiis imbuti ſunt qui eas tractant. Inordinati zeli vitium neutra partium ſibi patitur objici. Interim rariora deprehenduntur exempla ubi ex Catholicis aliquis ob talia Gravamina Judicis auxilium implorare neceſſum habeat, plura verò, ubi gravatos ſe querantur Auguſtanæ Confeſſionis addicti. Pari Jure utrosque uti atque frui Leges Imperii volunt, ergo & pari & affectu Judicis & voluntate. Æquidem in Lege Imperii Pragmatica exprimi potuiſſe caſus nonnullos diſtinctius, negari non poteſt. Quodſi tamen ex quacunque in Imperio exorta diſputatione aut privata Inſtrumentum Pacis interpretatione ipſius Legis incertitudinem & obſcuritatem pro ratione allegare foret licitum, & ſententiam hujus illiusve, cauſæ ſuæ inſervientem ſequi, contra expreſſam ſanctionem *artic. 5. Inſtr. Pac. §. 50.* vid. *Tractat. de Jur. Reformand. editum Anno 1710. pag. 76.* facile eſt intellectu, nihil plane in Legibus certum extiturum, ſed omnia regulæ cereæ ſimile, quod abſit ut in mentem veniat, nedum in ſermones profitentium Jurisprudentiam veram non ſimulatam, vid. *Declarat. Imperator. in Comitiis Auguſtan. Anno 1559.* apud Lehman. *in Act. Pac. Relig. lib. 2. cap. 3. in fin. §.* Solte aber ꝛc. conf. Henniges *in Meditat. ad Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. ſpecim. 3. pag. 346. ſeqq.* & *ſpecim. 5. pag. 658. ſeqq.* ibique *Mantiſſ. 1.*

Cæterum, ad modum remittendi eas cauſas ad Comitia quod attinet, exorta Votorum Paritate, Formulæ Decretorum legun-

guntur apud Deckher. *in Vindic. tit. 28. num. 81. pag. 447. ſeqq.* Quas etiam in caſibus recentioribus ſecuti ſunt Aſſeſſores Cameræ, exſpectantes deinde quid in Comitiis ad partis inſtantiam pro informatione pleniore de rationum conflictu, ulterius ſtatuatur, junge ad hunc locum Deckherri *Concord. Suprem. Tribun. cap. 4. num. 15. ſeqq.*

§. V.

Pax Profana, der Land-Fried / *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 10.* Roding. *lib. 1. tit. 7. princ.* Blum. *tot. tit. 29. num. 9. ſeqq.* [ibique Deckher. *in Vindic.*] ubi capita præcipua Conſtitutionis Imperii Anno 1555. recenſentur. Quæ de Reo mediato paulo antea de Pace Religioſa diximus, hic etiam locum inveniunt. De Domo Auſtriaca quod in hoc caſu à Jurisdictione Camerali exempta non ſit, otioſa forte eſt quæſtio apud Mynſing. *centur. 5. obſervat. 58.* Roding. *lib. 1. tit. 6. §. 23.*

Num. 1. Pax Profana.

Num. 2. An Domus Auſtriaca ſit exemta.

Violatur hæc Conſtitutio *committendo*, ſi quis vi publica atroci, Gail. *de Pac. Publ. lib. 1. cap. 7.* Blum. *tit. 29. num. 41.* armis, & coadunatis hominibus, (numerus arbitrio Judicis relinquitur, *Rec. Imp. 1594. §. 69.* [*Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 10. §. 5.*] locus etiam nihil refert, ſive ſit in urbe, ſive ruri, Schwanman. *obſervat. 36.* Roding. *lib. 1. tit. 7. §. 27.* & Blum. *tit. 29. num. 40.*) doloque malo, ex propoſito, Gail. *lib. 1. obſ. 3. num. 2.* Mynſing. *centur. 3. obſ. 98.* alium quacunque de cauſa oppugnaverit, ſpoliaverit, aut quovis modo damno affecerit, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 10. §. 7. & 12.* vel violatoribus auxilium tulerit, *dict. Rec. Imp. 1555. §. 14.* [*Conc. Ord. Cam. citat. loc. §. 2.*] Gail. *de Pac. Publ. lib. 1. cap. 10.* Datur etiam actio ob *conatum*, ſi impeditus fuerit actus proximus, quo tamen caſu mitigatur pœna, Gail. *dict. loc. cap. 14. num. 28.* Porrò ſi quis in fraudem Legis bona ſua alienaverit, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 12.* aut Violatores vel Subditos alterius Rebelles receperit, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 15.* Gail. *de Arreſtis cap. 8. num. 15.* Roding. *dict. tit. 7. §. 31. 32.* Violatur etiam hæc conſtitutio *omittendo*, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 10. §. 2.* opem non ferendo vicinis inclaman-

Num. 3. Quomodo violetur Pax Profana.

mantibus, ſe vim pati, *Rec. Imp. 1594. §. 75. Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 16.* adde *tit. 10. §. 2.*

Num. 4. Pœna Conſtitutionis de fracta Pace.

Pœna [Conſtitutionis hujus] eſt vel capitalis, Banni Imperii, [in cujus locum in Clericis & Fœminis ſuccedit privatio Regalium & Bonorum, Gail. *de Pac. Publ. lib. 1. cap. 8. num. 7.* Struv. *Corp. Jur. Publ. cap. 25. §. 13.*] vel civilis & pecuniaria 2000. Marcarum Auri, vid. Blum. *tit. 29. num. 77. 103. ſeq.* & ibi Deekher. alterutram eligere in Actoris eſt arbitrio.

Num. 5. Uſus Actionis antiquior.

Adeò ſeveræ ſunt pro conſervanda Pace Publica Leges, quibus temporum ratio, violentiæ & latrocinia impunè exercita, occaſionem dedere. Ita ut in genere permiſſorum haberetur Jus ſibi dicendi & exequendi poteſtas, vid. Ludewig. *Commentar. ad Aur. Bull. tit. 15. lit. b. c.* & *tit. 17. lit. d. & lit. s. y.* ubi admodum notabilia invenies. Et cum ab inveterato more, vi aperta ſibi conſulendi, tardius recederent Germaniæ Cives, frequentiſſimæ poſt Legem latam, & Judicium Camerale nova Ordinatione Anno 1555. inſtructum, ob eam cauſam extitêre Actiones, rariores tamen condemnationes.

Num. 6. Uſus modernus.

Hodie etiam Actionis uſus minus eſt frequens, nulla jam dudum condemnationum exempla, adeò ut hodie ſuperfluus ferè ſit labor de hac materia ſcribere Commentationes. Veterum JCtorum monumenta ejus rei ſunt plena, ſummo quidem labore, ſed nobis maximam partem inutili, concinnata. Cauſam ſi quæras, Auctor *Obſervationis in Academia Fridericiana Hallenſi editæ tomo 6. obſervat. 31. §. 6.* reſponſurus erit, *Imperii Statum hodiernum eſſe talem, ut regulariter armis locus detur etiam inter Imperii Cives, quia inter Potentes non ſit Judicis Juſtitiæque obtinendæ copia.* Sed abſit à nobis ut Jus Manuarium reductum eſſe, dicamus. Sententiam iſtam Auctori ſuo meritò relinquimus, vid. Gundling. *tractat. de Efficientia Metus cap. 2. §. 39.* Ratio infrequentiæ, ſi non eſt, quam eſſe exiſtimo, ea, quod animi Civium Imperii ad vim & arma inter ſe exercenda tanta proclivitate ut olim, non amplius confugiant, & ubi motus inter Potentes metuantur, Imperator aliique vicini ad

ignem

ignem in cineribus extinguendum concurrere ſoleant; certè ex ipſius Legiſlationis forma erit petenda, conſideranti enim Vota Aſſeſſorum Cameræ apud Gylman. *tom. 1. Symphorem. part. 1. pag. 28. ſeqq.* & doctrinas Gailii *de Pac. Publ. lib. 1. cap. 7.* Mynſingeri *centur. 1. obſ. 40.* Deckherri etiam *in Vindic.* ad Blum. *tit. 29. num. 47. 48. 49. & 156.* non poteſt non cogitatio naſci, requiſita Actionis hujus eſſe probationis adeò difficilis, ut caſus Legis exiſtere vix poſſit. Frequentiſſimas etiam apud Gylmannum, Roſacorbium, & alios legas Actiones, plerumque tamen inſecutas abſolutorias Sententias vel Pœnæ mitigatorias. [add. Barth. *Collect. Sentent. Camer. tom. 4. 18. Maji 1573. lit. F.* & *22. Decembris 1573. lit. F.* conf. Thomaſ. *Diſput. de Morum cum Jure ſcripto contentione §. 70.*] Num. 7. Difficultas Actionis.

Requiſita Actionis ſequentia traduntur: Num. 8. Requiſita Actionis.

1. Vis publica, Blum. *tit. 29. num. 40.* & quidem atrox, Gail. *de Pac. Publ. lib. 1. cap. 7. num. 19.*

2. Armata manu & coadunatis hominibus.

3. Propoſitum & dolus malus, ita ut non quælibet violentia ſufficiat, ſed præcisè dolus malus ſit probandus, vid. Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit. 29. num. 47. & 49. ſeqq.* [Koch. *ad Ordinat. Cam. part. 2. tit. 22. num. 77.* vid. tamen Thomaſ. *Diſput. de fatuitate Brocardici vulgaris, cauſam fatuam liberare à dolo.*] Quanta ſit difficultas concurſum horum Requiſitorum, præcipuè dolum, probandi, nemo eſt, qui non agnoſcat. Admittuntur quidem in vim probationis etiam præſumtiones graves, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 10. §. 6.* Verùm quis eſt adeò inconſultus, qui facti ſui rationem à dolo excuſantem adferre neſciat? ecce cauſam ſatis planam infrequentiæ hujus Actionis. [Hinc rectius ſibi conſulunt, qui ad Mandatum ſuper quatuor caſibus, *Ord. Cam. 1555. part. 2. tit. 23.* petitum ſuum dirigunt, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. §. 13.* vel ad pœnas Juris communis agunt, de quibus conf. Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit. 28. num. 63.* juncto *tit. 29. num. 108.*] Non loquor de Libellis Advocatorum, de decretis Proceſſibus, ſed de Sententia, quæ ſola Num. 9. Infrequentia Actionis.

cele-

celebritatem facit Actioni. Si caſus ad Conſtitutionem qualificatus exiſteret, condemnationem fieri poſſe, utique concedo, & quis hoc negaret Lege publica non ſublata? de frequentia tantum dixi & difficultate: Ad pœnam pecuniariam tamen hodie regulariter dirigitur petitum, ad quam etiam facilior eſt in condemnatione via. Conſultius judicavêre moderni JCti, ut exiſtente caſu violentiæ publicæ, Proceſſus Mandati potius eligeretur quam Citationis ſuper fracte Pace, vide Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit. 29. num. 108. 109. & 199. ſeqq.* Extant quidem Citationis ejusmodi decretæ recentiora nonnulla, etiam noſtri temporis, exempla, ſed quis futurus ſit Proceſſus exitus, eſt adhuc ignotum.

§. VI.

Num. 1. Cauſæ Fiſcales. Sequitur tertium genus Cauſarum, quæ Jurisdictionem Cameralem fundant immediatè, ſcil. Cauſæ Fiſcales, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 21.* Species recenſentur multæ apud Blum. *tit. 30.* ex textu Conſtitutionis. Sed non omnes frequentantur hodie.

Num. 2. Earum ſpecies pleræque infrequentes.

Num. 3. Factum contra Auream Bullam. *Factum contra Aureæ Bullæ diſpoſitionem*, Blum. *dict. tit. 30. num. 8.* [quatenus per Sanctiones recentiores non eſt correcta, Textor. *ad Receſſ. Imper. Noviſſ. diſput. 10. theſ. 17.*] Dubito an unquam hac Actione fuerit vindicatum, vel inpoſterum caſus ſit exstiturus: In *Supplication. Camer.* à Doctore J. F. Hofmanno editis, legitur quidem exemplum decretæ Citationis *tit. 14. Num. 11. 30. Jul. 1680.* ſed de eventu non conſtat.

Num. 4. Violatio Pacis Publicæ. *Ob violationem Pacis Publicæ*, Blum. *num. 9.* [incluſa etiam *Religioſa*, & *Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ*, Textor. *citat. loc. theſ. 18. & 19.*] æque infrequens eſt Actio Fiſcalis, quam ipſius delicti qualitas, Legibus & interpretatione JCtorum requiſita.

Num. 5. Inobedientia erga Mandata Cameræ. *Si quis Mandatis Cameralibus non paruerit*, Blum. *num. 10.* Rectè monet Deckherrus *in Vindic. ad h. num. 10.* nullum eſſe Fiſcali Actionem ante Sententiam condemnatoriam in pœnam, quarum uſus eſt quidem rarus, non tamen nullus, vid. Roding. *lib. 1. tit. 8. §. 9.* & *lib. 3. tit. 41. §. 23.* Sufficit interdum

con-

conſulere Victori per Mandatum de Exequendo, quod hodie promptius, quàm ante hac, decernitur, juxta *Receſſ. Imper. 1654. §. 76. & 159. Receſſ. Viſitat. 1713. §. 83.* [add. *infrà Sect. II. §. 5. num. 9.* & *Animadverſ. ad Magenhorſt. Obſervat. 55.*] Abuſus Paritoriarum multiplicium, quarum aliquando decades numerabantur, erat corrigendus.

Num. 6. Quare declarationes in pœnam non ſint frequentes.

Utinam & ipſa Executio debita fieret promtitudine. Si Victor Sumtus non anticipet, qui fuêre hactenus graves, ſanè Executio non fuit ſuſcepta. Sed ita Victori, cui anguſtiores ſunt facultates, poſt omnes Impenſas Proceſſus, Juſtitiæ Cauſæ & Sententiæ ſolum, ſed triſte remanet ſolatium. Cui malo ut Lege Imperii publica remedium adferatur, atque Executionis Expenſæ ad juſtum modum reducantur, dudum exoptavimus. Redeo ad declarationes in pœnam. Si de animo non parendi obfirmato conſtiterit, poteſtatem habet Judex Reum in pœnam declarandi.

Num. 7. Defectus in modo Executionis Sententiarum.

Sed ſæpius quæſtio eſt conſilii, quam in Re Judiciaria ſemper poſthabendam eſſe, nemo prudens affirmaverit. Duæ ſunt virtutes Judicis: Peritia Juris, & Prudentia. Sine hac, illa friget & contemnitur. Haud raro in Sententiis admonetur Fiſcalis Officii ſui, quod ille mox interponere conſuevit.

Num. 8. Judex conſilii quæſtiones non debet negligere.

Ob moram in ſolvendis Collectis Imperii, Blum. *tit. 30. n. 12.* Si de Collectis Bellicis eſt quæſtio, Actio Fiſcalis hodie non frequentatur, paratioribus contra debiliores Cives mediis exequendi, potentiores moram excuſare vel purgare norunt.

Num. 9. Mora in ſolvendis Collectis.

Si de Contributionibus ad *Suſtentationem Cameræ* agitur, Blum. *dict. tit. num. 25.* Fiſcalis Officium adhuc viget, fruſtranea tamen ſæpius imploratione, & dolendo Reipublicæ ſtatu.

Num. 10. Mora in ſolvendis Contributionibus ad Suſtentationem Cameræ.

Priſtinæ Cameralis Collegii querelæ publicæ leguntur apud Multzium *Repræſentat. Majeſtat. Imperator. part. 2. cap. 18. §. 1. num. 82. ſeqq.* adde *cap. 20. §. 1. num. 127.* & *cap. 26. §. 3. num. 29.* Staats-Cantzley *tom. 19. pag. 335. Elect. Jur. Publ. tom. 9. ſect. 60.* [& quid recentioribus temporibus hac in re in Comitiis actum & obtentum fuerit, vid. in Fabri Staats-Cantzley *tom. 51. cap. 21. tom. 52. cap. 14. tom. 53. cap. 20. tom 54. pag. 722. ſeqq.* & *tom. 59.*

Num. 11. Querelæ Collegii Cameralis.

pag.697. add. Reichs-*Fama tom.2.pag.198. & 609. tom.4.cap.12.* & *tom.5. cap.13.*] Optavit Collegium augmentum non *Nummi* ſolum, ſed & Aſſeſſorum *Numeri*. Laborarunt ea in re præſentes non tam pro ſe, quàm pro publica utilitate. Membrorum Collegii præſentium commodum vitæ unius cujusque terminis finitur. Agnoſcunt rerum periti ad tantum cauſarum numerum, qui augetur quotidie, minime ſufficere Aſſeſſores duodecim. Adeo increſcit quantitas Rerum Extrajudicialium h. e. Supplicationum pro Proceſſibus obtinendis, ſæpius arduarum & difficilium, ut in iis ſolis numerus Aſſeſſorum decem, vel duodecim ſatis videatur habere laboris. Adeoque impediri deciſionem Cauſarum Judicialium per Extrajudiciales, harumque expeditiones per illas, quotidie videmus. Status Rei Cameralis deſcriptus eſt vere atque pro neceſſitate rei, *in Literis Collegii ad Auguſtiſſimum Cæſarem 3. Mart. 1719.* quæ adjunctæ ſunt *Decreto Commiſſionis Cæſareo ad Comitia typis impreſſo* & *per Dictaturam publicato 26. Maji 1719. & in Elect. Jur. Publ. tom. 15. ſect. 26. & 45.* Permoti fuêre tandem Sacratiſſimus Imperator & Ordines Imperii, ut peritis Collegii annuerent, augmentum & numeri Aſſeſſorum ad XXV. ſtabiliendo, & Salarium condignum duplo auctum, fundumque conſtituendo. Det Deus animis Procerum Imperii voluntatem conſtantem & perpetuam ad effectum dandum rei plane neceſſariæ in Imperio ſine opera Fiſcalis Cæſarei. Finem enim ſalutarem, Juſtitiæ in Imperio conſervandæ, ſine mediis obtineri non poſſe, ratio dictitat. Si talia diſpiciuntur media, quæ nulli ſint oneri, fruſtra finis exoptatur. Non dari medium ſatis adæquatum & abuſui minus pervium quam Contributionis Matricularis, dudum fuit agnitum. Vix *Centum Mille Imperialibus* per Annum opus eſt pro ſuſtentando Judicio Imperiali, juxta auctam & Salarii quantitatem & ſimul Aſſeſſorum numerum ad XXV. Summâ, tanto Imperii Corpori levi cum incommodo ferenda. Quodſi verò ſinguli de Moderatione Matriculæ certant, & ſimul ſolvere detrectant, donec hæc quæſtio fuerit deciſa, & id quod Matriculæ fortè decedit alio medio non

fuerit

fuerit ſuppletum, finem Concluſi Imperii in votis manſurum, Judicium verò Camerale ſine Suſtentatione debita conſiſtere non poſſe, cum inſigni Reipublicæ damno, ſatis eſt in propatulo.

Ob violationem Ordinationis Politicæ, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 21. §. 3.* Blum. *tit. 30. num. 33.* Actio Fiſcalis non frequentatur, quia coërcitio violatorum ad ordinarium Magiſtratum ſpectat regulariter. Fundata tamen erit perſecutio Fiſcalis, ubi Magiſtratus loci in officio ſuo foret negligens, eaque negligentia in publicum vergeret detrimentum. Cumprimis in loco, ubi Camerale Judicium ſedem habet, accurata deberet eſſe rerum, ad Politiam ſpectantium, cura. Num. 12. Ob violationem Ordinationis Politicæ.

Ob conſilia cum hoſtibus Imperii agitata, Blum. *num. 34.* alia hodie ſuppetunt remedia, delinquentem compeſcendi, ut Fiſcalis officio opus non ſit. [Literas Patentes Imperatoris, wegen fremder Werbung / Verkauffung und Außführung der Mannſchafft / vid. in der Reichs-*Fama tom. 1. pag. 388.*] Num. 13. Ob Conſilia cum hoſtibus inita.

Ob receptionem Anabaptiſtarum, Blum. *num. 35.* Exempla Fiſcalis actionis complura præterita tempora dedere, quibus de extirpatione ſectæ peſtilentiſſimæ erat laborandum. Hodie in Germaniâ publicè eam profiteri, nemo audet. Si qui latitant, negabunt, ſe ipſi doctrinæ adhærere, & probatio erit difficilis, vid. Deckher. ad Blum. *dict. loc.* Roding *lib. 1. tit. 8. §. 17. & 18.* Num. 14. Ob receptionem Anabaptiſtarum.

Tentata fuit applicatio, vel potius extenſio Conſtitutionis, contra Anabaptiſtas latæ, etiam contra eos, qui à pietatis ſtudio [vid. Thomaſii gemiſchte Händel *tom. 3. caſ. 5. §. 4.*] nomen accepere. Sed denegati fuêre Fiſcali Proceſſus. Num. 15. Extenſio Conſtitutionis tentata.

Nomen Pietiſmi, qui profiteretur adhuc fuit nemo. Rei ipſius definitio nondum fuit data, in quam omnes conſenſiſſent, *Facultat. Theolog. Lipſ. Informatio* vom *Pietiſmo Anno 1711.* Et onerare homines innocentes, vel Theologos publicè approbatos, ſectæ hæreticæ titulo, Juſtitia charitasque non patitur, neque paſſuri ſunt Electores, Principes, qui iis docendi munus contulerunt (*a*) Controverſiæ autem Theologorum Fiſcali Cæſareo cauſam non præbent agendi contra alteram partem ex diſſentientibus. Fuêre dudum & hodie Num. 16. Nomen Pietiſmi.

die ſunt, qui ſub pietatis ſpecie, Fanaticiſmum tegunt, aliosque errores peſtilentiores. Sed probatio ſæpius deficit, inani tandem actione, vid. *infrà Decretum latum Anno 1702. inter Formulas Decretorum Append. VI. num. 81. pag. 237. ſeq.*

(*a*) *Auctor* Libri Pariſiis impreſſi 1715. le Janſeniſme demasqué premier diſcours pag. 30. *ita ratiocinatur: On vous dira toujours avec un ſouris malin: Qu'eſt ce que c'eſt qu'un Janſeniſte? en avez vous vu? en connoiſſez vous? Je leur repondrai: Un Janſeniſte eſt un homme qui dit à tout propos: Qu'eſt ce que c'eſt qu'un Janſeniſte? en avez vous vu? en connoiſſez vous? Voila leur langage ordinaire, c'eſt juſtement une des marques auxquelles je les reconnois. Non aliter ratiocinantur, qui quidquid ipſis diſplicet in aliorum dictis, aut moribus innocentibus, ſtatim Pietiſmum ſapere dicunt, & ſufficere putant accuſaſſe, auctoritatem neſcio quam ſibi arrogantes, ut talis præcisè eſſe unusquisque & haberi ab omnibus debeat, qualem ipſi judicavere.*

Libelli pernicioſi.

Ob doctrinas pernicioſas in publicis Scriptis publicatas, juxta *Edictum Imperatorium 18. Julii 1715.* quod etiam in Camera, per *Decretum Generale eſt publicatum 18. Septembr. 1715.* & reperitur *Editioni novæ Decretorum Generalium*, adjunctum. Meritò itaque officio ſuo uſus eſt Fiſcalis contra Auctorem des Schlüſſels zur heutigen Hiſtorie/ und neu-eröffneten Staats-Spiegels/ J. E. Z. Is enim immodeſtiæ & arrogantiæ nullos habere videbatur terminos. [conf. *Collectio* merckwürdiger Reichs-Hof-Raths-*Concluſorum tom. 1. num. 260.*]

Num. 17. Denegatio Auxilii contra Milites vagantes.

Ob denegatum auxilium contra Milites vagantes, Blum. *tit. 30. num. 36.* infrequens eſt actio Fiſcalis hodie, ſtatu rei militaris in Germania mutato.

Num. 18. Ob Judicium Weſtphalicum.

Ob violatas Leges Imperii de Judicio Weſtphalico latas, Blum. *num. 37. ſeqq.* [Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 48. tit. 1. §. 9.*] quievit dudum officium Fiſcalis, cum vix umbra quædam iſtius Judicii ſuperſit. [Recentius tamen exemplum, Privilegii Exemtionis contra Judicia Weſtphalica impetrati, invenies in dem Monathlichen Staats-Spiegel *Menſ. Januar. 1709. pag. 34.*] Pertinet huc *Diſputat. Lipſ.* Joh. Burchard. Menckenii *de Feimeris veteris Weſtphal. Judicii Scabinis.* Hert. *Diſſertat. de Conſultat.*

tat. Legibus & Judic. in ſpecial. Rom. German. Imper. Rebuspubl. §. 20. [conf. *ſuprà Auctar. XV.*]

Ob violatam Jurisdictionem Imperii, pertrahendo Civem Imperii, etiam mediatum, ad Forum exterum, Blum. *num. 43.* conf. *ſuprà Auctar. III.* [& *infrà hac Sect. I. §. 10. caſ. XX.* ubi *de adæquato remedio* agitur.] frequentes adhuc ſunt Fiſcalis actiones, præcipuè ſi ad Nuncios Pontificios, vel Curiam Romanam cauſæ civiles fuerint deductæ. Exempla plerumque exiſtunt, ubi Officialibus Archi- & Epiſcoporum laxior poteſtas eſt tributa, Jurisdictionem in Civilibus & Eccleſiaſticis exercendi, & in illis concurrentem habent cum Judiciis ſuperioribus Provinciæ, Jurisdictionem: vid. Roding. *lib. 1. tit. 8. §. 28. ſeqq.* & *Mantiſſam VI.* [conf. B. Auctoris *Diſſertatio de Jurisdictione Officialium in Cauſis Civilibus, ſpeciatim de Recurſu ad Officialem Metropolitanum Colonienſem, ab Officiali Leodienſi & Monaſterienſi*, jam annexa *part. 1. ejusd. Obſervat. Forenſ. 110.*] Abuſui iſti provocationis compeſcendo, Leges publicæ Imperii nondum fuêre ſufficientes; vid. *Receſſ. Imper. 1654. §. 164. Capitulat. Caroli VI. artic. 14.* adde *Edicta Imperat. Joſephi ad Judicia Leodienſia*, quæ adjuncta ſunt *Editioni novæ Receſſuum Viſitationis*, [& *infrà Append. II. pag. 57. ſeqq.*] eaque obſervare juſſi Aſſeſſores, *in Decreto Viſitationis confirmatorio Decretorum Generalium Collegii, 27. Novembr. 1713. ad SCtum de Anno 1603.* Memorabile eſt exemplum Declarationis in Bannum Imperii contra *Waltherum Counotte* in Camera publicatæ, ob ejus contumaciam non factæ renunciationis recurſus ad Curiam Romanam in Actione Civili, quæ per Mandata injuncta ei fuerat, Anno 1698. *Defenſionem Jurisdictionis circa* Appellationes *ab Officiali Leodienſi in Cauſis Profanis inter Laicos ad Superiores Eccleſiaſticos*, ſcripſit Joſephus Sacripante, Romæ Anno 1688. quam tamen refutat Auctor Præfationis, quæ conſpicitur *in Editione iſtius Libelli in Germania excuſa Anno 1712.* adde Staats-Cantzley *tom. 4. pag. 679.* Poſt Edicta Imperatoria nulla amplius admittitur ad Colonienſem Officialem Appellatio à Leodienſi, vel Monaſterienſi

Num. 19. Ob violatam Jurisdictionem Imperii.

Num. 20. Abuſus Officialium & de eorum ſubordinatione.

rienſi in Cauſis Civilibus. Quæ verò ante iſta Edicta fuêre factæ, tolerantur. [vid. omninò B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 351.* ubi cum diſtinctione deciſam fuiſſe hanc controverſiam refert.] Quod ſi quis nihilominùs contra Edictum appellaverit ad Colonienſem, & deinde ad Cameram deferre cauſam voluerit, Appellatio illa ad Colonienſem habebitur pro nulla, & Sententia Leod. pro re judicata.

Num. 21. Mora Viſitatorum.

Porrò Actionem Fiſcalis contra Viſitatores emanentes, Blum. *tit. 30. num. 44.* [conf. *Receſſ. Imper. 1654. ſ. 128.* ubi de pœna Statuum Principum dignitate fulgentium; quoad Status Principibus inferioribus vid. *Rec. Imp. 1570. ſ. 102.* add. Textor. *ad Receſſ. Imper. Noviſſ. diſputat. 10. theſ. 37. 38.*] non frequentari, vel potius Legem contrario uſu, eſſe abolitam, noviſſimæ Viſitationis exemplum ſatis docuit.

Num. 22. Cauſæ Exemtionum.

Exemtionum Cauſæ, de quibus Blum. *num. 45.* [Textor. *Diſſertat. 10. theſ. 39.* & B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 301. & 336.*] Fiſcalis Cæſarei ſtudia ſæpius exercuere, & hodie exercent, quo effectu? res ipſa loquitur: hinc plerorumque Proceſſuum de Exemtionibus initia fervida, progreſſus frigidior, exitus anceps. [conf. Eſtor. *Meditat. de Judice competente cauſarum, quæ de Exemtionibus Imperii per tot Annos etiam nunc agunt*; qui principia nonnulla Zachariæ Vietoris *de Exemtionibus* curatiori lima polivit.]

Num. 23. Cauſæ Monetales.

Cauſæ Monetales à Blumio *num. 57.* inter Fiſcales relatæ hodie ad Circulos Imperii remiſſæ. [vid. *Rec. Imp. 1512. part. 1. tit. 4. ſ. 19.* & *Rec. Imp. 1654. ſ. 195.* Deckher. *in Vindic.* ad Blum. *h. tit. num. 57.* & ad Uffenbach. *de Conſil. Imperial. Aul. cap. 10. num. 26.* junct. *cap. 7. num. 5.*]

Num. 24. Contemtus Mandatorum Cameralium, Citationum, & Decretorum. Frequentia Actionis.

Si quis Camerali Judicio ejusque Citationibus, Mandatis, Decretis, debitam non exhibeat reverentiam, Blum. *num. 58.* differt hic caſus ab illo, quem tertio loco *ſuprà num. 5. pag. 40.* recenſuimus? ibi agebatur de pœnâ, ob non factam paritionem, hic de contemtu Citationum, vel Mandatorum. Satis frequentatur hæc actio, nec ſine effectu contra privatos, vel debiliores

Impe-

Imperii Cives, cujus rei Sententiæ innumeræ apud Collectores Sententiarum Cameralium leguntur, vid. Deckher. ad Blum. *dict. num. 58.* ubi Decretum notabile Collegii Cameralis habet Anno 1668. [vid. Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 47. tit. 10. §. 28. & 33.*] Contra Potentiores, cautius agendum eſſe Fiſcali, exempla ſpretæ actionis docent: Cavent tamen merito quicunque etiam potentia validi, ne in perſonis Nunciorum, [& Notariorum publicorum, vid. *infrà Sect. 2. §. 4. num. 12.* junct. Mev. *part. 1. deciſ. 156. num. 1. & 2.*] officio legitime fungentium, injuriam inferant Collegio Camerali. Ipſi certe non paſſuri, ut vel infimus famulus ab eis miſſus, à quocunque lædatur impune. Imperatorium nomen præferunt omnes Proceſſus, Nunciis ad inſinuandum traditi. Si quis gravatum ſeſe putet, niſi contemtu ducatur Judicii Imperialis, exceptionibus uti poteſt, neque metuendum ut Camerale Judicium eas, ſi ſunt legitimæ, penſi non ſit habiturum. Decreti Proceſſus Sententiæ vim non habent. Novum non eſt, in Camera, Proceſſus, ad narrata partis veriſimiliter probata, decerni, poſt productas verò exceptiones, caſſari per Sententiam. Appellationes receptas, ſæpius pronunciari non devolutas, non miratur, niſi qui neſcit differentiam permagnam Conſilii Extrajudicialis à Judiciali. Quandoque irreverentia Nunciorum occaſio fuit, ut malè acciperentur. Levi ſolatio, vel gloria vindicatæ, hac ratione, contra Nuncium, exiſtimationis: cum Camerale Judicium peccatis Nunciorum connivere non ſoleat, ſi denuncientur. Ubi de Injuriis Cameræ in perſonis Nunciorum illatis.

Si cauſæ in Camera pendentes ad aliud Forum trahantur, Blum. *num. 59.* adde *tit. 25. num. 16. ſeqq.* Num. 25. Ob cauſam ad aliud Forum pertractam.

Si Judex à quo appellatur, poſt inſinuatas Compulſoriales Literas, Acta vel Rationes Decidendi edere detrectet, Blum. *tit. 30. num. 60. 61.* [& *Sentent. Camer. Num. 445.*] præcedere hic debet Sententia condemnatoria: add. quæ *infrà hac Sect. I. §. 13. n. 16.* & *Sect. II. §. 3. num. 10. de Compulſorialibus Literis* dicuntur. [Et circa pœnam bene notanda differentia inter denegationem Actorum priorum & Rationum Decidendi, vid. Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit. 30. num. 61.*] Num. 26. Ob moram in edendis Actis.

Si

Num. 27. Ob temeritatem litigandi.

Si temeritas litigandi ſit coërcenda, Blum. *num. 62. 63.* Etiam opus eſt hic condemnatione Judicis, vid. *Receſſ. Viſitat. 1713. §. 81.* Exempla non ſunt infrequentia; [ſalvis tamen remediis legitimis, ex. gr. Reſtitutionis, id quod præjudicio Camerali confirmat Textor *Diſputat. de Reſtitut. in integr. ex clauſ. gener. theſ. 49.*]

Num. 28. Ob recuſatum Juramentum Appellationis. Uſus Juramenti Appellationis & abuſus.

Si Advocatus Juramentum Appellationis præſtare recuſet, Blum. *num. 64.* [& *tit. ult. num. 17.*] Errant, ait Deckherrus *in Vindic. tit. 30. num. 64.* qui credunt Juramentis coërceri perfidiam poſſe. De abuſu Juramentorum iſtorum ſæpe deliberatum accepimus. Niſi Privilegia obſtarent vel Statuta, (de quorum vi, Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 7. num. 3.*) [vid. *infrà hac Sect. I. §. 13. num. 6.* & *Sect. II. §. 2. num. 11.*] quibus inter Solennia Appellationis relatum eſt Juramentum, videbatur poſſe abrogari. Retinetur itaque ſub gravi comminatione in *Receſſ. Viſitat. 1713. §. 59.*

Num. 29. Negligentia Judicis inferioris.

Si Judicis inferioris negligentia vel malitia ex Actis appareat, *Receſſ. Imper. 1654. §. 109.* Blum. *num. 65.* ubi Deckher. *in Vindic.* Londorp. *Act. Publ. tom. 5. pag. 674. ſeqq.* [conf. B. Auctor. *Collect. nov. Sentent. Camer. Num. 71.*]

Num. 30. Ob injuriam Aſſeſſoribus illatam.

Si Aſſeſſoribus injuria gravior, officium eorum lædens, inferatur, Blum. *num. 66.* [add. Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 47. tit. 10. §. 28.* & *Decret. General. Judic. Aul. de 23. Novembr. 1676.*] adde Deckher. *in Vindic. ad tit. 8. num. 14.* ubi notabilis ſententia vindicatæ auctoritatis. [Similis ſententia eſt in Deckher. *Sentent. Camer. Append. Num. 23.*]

Num. 31. Ob moram Sumtuum Executionis à Circulis commiſſam.

Si Circulus moram committat in ſolvendo Sumtus Executionis, ab alio Circulo factæ, Blum. *num. 68.* exempla nulla extare, teſtatur Deckherrus.

Num. 32. Aliæ Cauſæ Fiſcales nondum receptæ.

Addendas eſſe putat Deckherrus Cauſis Fiſcalibus cauſas Immediatorum *Matrimoniales*, *Criminales*, & ſimiles, hucuſque à nullo Judicio vindicatas. De Criminalibus, Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 6. §. 25.* & *de Libertat. Statuum ſect. 2. §. 5. pag. 43.* & *Diſſertat. de Commiſſar. Imperial. ad cauſ. Juſtit. §. 9.*

Nobi-

Nobilium tamen immediatorum diverſam rationem eſſe, quam Principum & Comitum, docent Lyncker. *Reſponſ. 47. num. 26. ſeqq.* Graſſus JCtus Tubingenſ. *in elaboratiſſima Diſputat. de Exceptione Nobilitatis §. 21.* adde Schweder. *Jur. Publ. part. ſpecial. cap. 17. §. 17. ſeqq.* Mauritii *Diſſertat. de Judic. Imper. Aul. §. 16.* cui conſentit Horn. *Jur. Publ. cap. 53. §. 5.* adde *Elect. Jur. Publ. tom. 9. pag. 651.* De Matrimonialibus agit Ludovici *Diſſertat. de Judice in cauſis Principum Proteſtant. Eccleſ.* (*b*) Sed hoc à præſente Reipublicæ formâ non expectandum, Deckher. *Proceſſ. Informat. cap. 1. pag. 25. ſeq.* Satyram criminum illuſtrium qui compoſuerit, (Deckherrus in animo habuiſſe videtur *dict. loc.*) parum gratiæ erit initurus. [Deckherri *Satyram Connubiorum Illuſtrium, ſive Diſſertationem de periculis Thori Conjugalis*, vid. in ejus *Vindic.* ad Blum. *tit. 27. num. 182. pag. 286.*]

(*b*) *Et noviſſime* Böhmer in Diſſertat. de Jure Principis Evangelici circa divortia: *Cujus tamen tradita non peræque ab omnibus fuere recepta. Studium Viri Celeberrimi non vulgare in Jurisprudentia Eccleſiaſtica, ſcripta reliqua ſatis teſtantur. Contra Diſſertationem prædictam vernacula lingua ſcripſit confutationem* J. M. Langius, *Apologiam verò* J. F. Kayſer, *Kiloni. Sed hæc ἐν παρόδῳ.* [Huic denuo Langius 1717. oppoſuit Scriptum ſub tit. Göttlich-Triumphirende Wahrheit.]

Tandem Cauſas Fiſcales eſſe partim ſummarias, partim ordinarias, concludit Blum. *tit. 30. num. 69. ſeq.* in illis de plano, extra ordinem, levato velo, ſola veritate facti inſpecta, ſine ſtrepitu Judiciali procedi, ſunt locutiones non ſoli Blumio, ſed multis aliis frequentes, ubi de differentia Proceſſus ſummarii & ordinarii agitur, Mev. *part. 1. deciſ. 170. ſeq.* [*part. 3. deciſ. 102. num. 8. part. 9. deciſ. 153.* & Martini *Proceſſ. Saxon. ad rubr. num. 49.*] Sunt aliquæ etiam ex Juris Juſtinianei, Codicis præſertim, textibus deſumtæ, vid. Pfankuch. *tractat. de Summariiſſimo Poſſeſſorio lib. 1. cap. 3.* Si rem conſideres, ſunt ideæ confuſæ & vix intelligibiles. [vid. *infrà Sect. II. §. 6. num. 23.*] Putaret quis, ordinarium Proceſſum eſſe inordinatum, ubi in tenebris & magno cum ſtrepitu hominumque concurſu, ut olim apud Ro-

Num. 33. Proceſſus Forma in Cauſis Fiſcalibus.

Proceſſus ſummarius an differat ab ordinario.

G ma-

manos, vid. Cicer. *de Clar. Orat. cap. 92.* cauſæ tractentur, omnia velo obtegerentur & neſcio quid aliud quam veritas facti inſpiceretur, imo omnibus litigantium ſubterfugiis & procraſtinationibus & rabularum forenſium ineptiis atque malitiis campus eſſet latiſſimus. Sed hac de re *inferius* plura *§. 8. num. 19.* Pergo cauſas in quibus Jurisdictio Cameræ immediatè fundetur recenſere.

§. VII.

Num. 1. Cauſæ litigioſæ Poſſeſſionis.

Cauſæ litigioſæ Poſſeſſionis, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 22.* vide Gail. *lib. 1. obſ. 5.* Blum. *tit. 31.* Roding. *lib. 1. tit. 9.* Pfankuch. *in Commentatione*, quam inſcripſit *de Summariiſſimo Poſſeſſorio.* [definitionem habet Eyben *de Auctoritat. Juris Juſtin. in German. Judic. cap. 7. §. 16.* & originem docet Schilter. *ad Pandect. Exercitat. 13. §. 11.* conf. Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 43. tit. 1. §. 11. ſeqq.*] Nulla eſt totius Juris Cameralis pars

Num. 2. Actionis difficultas, Auctorum obſcuritas.

gravioribus difficultatibus implicita, cumprimis in applicatione ad factum, quam hæc de litigioſa Poſſeſſione. Lector attentus à Blumio & Rodingio hac in materia non diſcedet ſatiatus. Omnia confusè & perquam dubiè proponuntur. Neque à Blumii experientia præſtantius quid poterat expectari. Diverſitas Legislationis difficultati non nihil dedit occaſionis. Multiplex enim mutatio huic Conſtitutioni accidit: *Prima* erat Legislatio Maximiliani I. *Rec. Imp. Anno 1512. part. 1. tit. 4. §. 12.* *Altera* Caroli V. *Ord. Cam. Anno 1521. tit. 32. §. 1.* [add. *Rec. Imp. 1532. tit. 3. §. 15.*] *Tertia* ejusdem Imperatoris *Ord. Cam. Anno 1555. part. 2. tit. 21.* *Quarta & ultima*, poſt Gravamina Statuum quorundam (qui fuère Palatinus Elector & Würtenbergiæ Dux) Anno 1557. in Comitiis exhibita, propoſita fuit à Collegio Camerali in Reſolutionibus Gravaminum, & poſtea *in Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 22.* Priores duæ conveniunt per omnia. Tertiæ integer acceſſit §. Ob auch ꝛc. 4. Quarta diverſas addit declarationes. *Principio*, de metu armorum, & §. 4. de procinctu violentiæ vel ſeditionis. Acceſſit etiam integer §. 5. ubi ſi quis dubitaverit, an hæ declarationes vim Legis habeant? Reſpondebitur,

Num. 3. Diverſitas Legislationis.

bitur, Camerale Collegium Conſultis & Decretis Generalibus [de horum differentia vid. *infrà Sect. II. §. 6. num. 51.*] tamdiu inſiſtere donec Imperii nomine aliud ſtatuatur, juxta *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 38.* [conf. *Rec. Imp. 1654. §. 136.* & *Decret. Viſitat. 1713. de 27. Novembr.* & B. Auctor. *infrà ſect. II. §. 8. num. 14.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 12. num. 2.*] Eſt enim iſte locus *Concepti tit. 22. §. 5.* is, & forte unicus, qui totidem verbis in alia Imperii Conſtitutione comprehenſus non invenitur. Deſumtæ fuère declarationes iſtæ ex prædicta Reſponſione Collegii Cameralis ad Gravamina Electoris Palatini & Würtembergiæ Ducis, quam Blumius *h. tit.* ſæpè allegat *num. 3. 8. & 14.* datam fuiſſe à Collegio Camerali Anno 1557. *in notâ marginali textus Conc. Ord. Cam.* deficere dicit, omniaque ex *Denaiſio* hauſiſſe ſe profitetur. Verum eſt, typis nondum eſſe vulgatas, ſed non deerant, niſi Blumio. Quæ ad titulum hunc de litigioſa Poſſeſſione faciunt, *infrà in Appendice I.* Scripti hujus Lector inveniet. Annus exhibitarum Reſolutionum eſt dubius, *Receſſ. Imper. Spir. 1557. §. 58. Auguſtan. 1559. §. 52. ſeq.* faciunt mentionem des Cammer-Gerichtlichen Berichts auf die Gravamina. Forte iterato fuit exhibita iſta Reſolutio Anno 1576. Interim demandabatur Judicio Camerali *dict. Rec. Imp. Spir. 1557. §. 58. in fine*, daß ſie ihrem gegebenen Bericht/ und darin gethanen Erbieten/ ſich in allen fürfallenden Sachen jederzeit gemäß erzeigen und verhalten ſollen. Multa deinde ex iſtis Reſolutionibus Gravaminum ſequentibus Conſtitutionibus, *Rec. Imp. 1594. §. 72. ſeqq.* & *Rec. Deputat. 1600. §. 36. ſeqq.* vim Legis accepere, relata in textum *Conc. Ord. Camer.* ſed hic articulus de litigioſa Poſſeſſione hucuſque permanſit intactus, & applicatio Judicis prudentiæ relicta. Quæ itaque ex Conſtitutione de litigioſa Poſſeſſione ſint certa, quæ dubia & deciſione opus habeant, ex ſequentibus intelliges.

Num. 4. Reſolutiones Collegii Cameralis ad Gravamina quorundam Statuum An. 1557.

Certum eſt *in textu Ord. Cam.* Carolinæ *part. 2. tit. 21.* [conf. Roding. *lib. 3. tit. 9. §. 5.*] tres proponi caſus: *Primus*, *§. 1. dict. Ord. Cam.* ſi inter Immediatos de Poſſeſſione rei vel Ju-

Num. 5. Quæ in hac materia ſint certa. Tres caſus Ordinationis.

Juris alicujus controverſia exiſteret, ita ut quilibet ſibi Poſſeſſionem tribueret, eamque veriſimiliter probare poſſet. [conf. Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 21. num. 8.* ibique Deckher. ubi de requiſitis Supplicationis agitur. add. Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 2. cap. 1. num. 2.*] Neque hic requiritur periculum præſens armorum, vid. *infrà num. 12.* Tennagel. *claſſ. 2. cap. 1. num. 4.* & ibi notam Deckherri. conf. Pfankuch. *lib. 1. cap. 7. num. 27.* *Alter*, *§. 2. dict. Ord. Cam.* ſi inter Mediatos controverſia de Poſſeſſione exoriretur, & res eſſet ſub plurium Dominorum Jurisdictione ſita. *Tertius*, *§. 3. dict. Ord. Cam.* ſi inter Immediatos Poſſeſſio eſſet dubia, vide Pfankuch. *lib. 1. cap. 4. num. 15.* & *cap. 7. num. 10.* [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 4. pag. 26*] & metus eſſet præſens ſeditionis aut tumultus, [de cujus probatione vid. Denaiſ. *Jus Camer. tit. 221. §. 7.* Lyncker. *Deciſ. Jenenſ. 471.* & *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 22. §. ult.*] quo caſu Camera etiam ex officio (vid. Pfankuch. *dict. cap. 7. num. 11. uſque 15.* ubi de admonitione Fiſcalis) jubetur ad ſequeſtrationem rei, vel ad inhibitionem, ſi de Poſſeſſione Juris ageretur, procedere, & de Poſſeſſione, momentanea ſcil. (quæ vox acceſſit *in Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 22. §. 4.*) inter partes decernere. [Sed quis hac deciſa, in Poſſeſſorio ordinario erit Judex? Cameram agnoſcit, Deckher. ad Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 2. cap. 2. num. 4.* ad Judicem ordinarium id remittit, Tennagel. *citat. loc.* Denaiſ. *de Jur. Cam. tit. 221. num. 5.* Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 21. num. 12.*] Quemadmodum autem officium Judicis pro ratione circumſtantiarum terminis adeò anguſtis conſtringi non poteſt, ut non aliis modis etiam proviſionaliter uti queat, quam qui hoc loco præſcribuntur; ita præter poteſtatem ſequeſtrandi, & inhibendi utrique parti, de quibus in textu, poterit etiam Judex pro re nata providere, ut utraque pars æqualiter fruantur poſſeſſione ſine alterutrius turbatione, vid. *Sentent. Camer. in Collect. nova Num. 375.* Similis *Sententia proviſionalis publicata 13. Octobr. Anno 1713.* in caſu glandis legendæ. [vid. B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ.*

Ap-

Append. I. Num. 5. pag. 8. ſeq.] Num verò uni ex partibus inhibere poſſit Judex, magis eſt dubium, quia ſic ipſam poſſeſſionis momentaneæ cauſam decideret, parte altera inaudita, per Decretum extrajudiciale, quod per Sententiam demum fieri deberet. Priores enim modi proviſionales etiam extrajudicialiter adhiberi poſſunt. Certum eſt etiam, primum caſum & ſecundum de ordinario loqui Poſſeſſorio, ex verbis: Endlich mit Recht entſcheiden laſſen. [Poſſe tamen intelligi pro re nata de Summario, docet B. Auctor *part. 4. Obſervat. Forenſ. 397. §. 6.*] Tertium de extraordinario ſive momentaneo, Pfankuch. *lib. 1. cap. 1. num. 10.* vid. diverſas Aſſeſſorum ſententias apud Meichſner. *tom. 3. deciſ. 10.* Utrumque verò tam ordinarium quàm momentaneum, ad Judicium retinendæ Poſſeſſionis pertinere, Mev. *part. 2. deciſ. 236. num. 1. & ult.* ad quod univerſa hæc Conſtitutio ſpectat, non item ad adipiſcendam Poſſeſſionem, vel recuperandam, vid. Pfankuch. *lib. 1. cap. 7. num. 3. ſeq.* ubi diſſentientes, Gailium & alios refellit. Agitur enim de Poſſeſſione litigioſa, Poſſeſſio eſt facti, ergò uterque ſe poſſidere contendit, vid. Clud. *Rer. quotidian. cap. 4. num. 73. & 82.* ubi agitur de adipiſcenda Poſſeſſione, Actor alterum poſſidere fatetur, atque ſic non eſt litigioſa Poſſeſſio quatenus ad factum ſpectat. Si de recuperanda, dejectum ſe eſſe dicit Actor, & eſt caſus Spolii, neque ad hunc pertinet titulum. Neque foret caſus ad hanc Conſtitutionem qualificatus, ſi decedente v. gr. aliquo immediato, duo Agnati ad ſucceſſionem terrarum relictarum adſpirantes, apprehenſionem ſibi invicem interdicerent, atque ad Judicem provocarent; Imò caſum talem fingere licet facilius quam extiturum unquam, ut ſunt hominum mores, conſilia & rei neceſſitas comparata, præſupponere. Si unquam diſtinctio Proceſſus in ordinarium & extraordinarium locum invenit, erit id in materia poſſeſſionis. Extraordinarium enim eſt, ut ſine forma Proceſſus procedatur, ut poſſeſſio ſequeſtretur, ut ei qui tempore motæ litis in noviſſima detentione fuerit inventus, [conf. Böhmer. *Diſſertat. de vero uſu Remedii poſſeſſor. ordinar.*

Num. 6. Poſſeſſorii momentanei differentia ab ordinario.

& ſummarii cap. 3. §. 6. ubi de efficacia probationis tituli agit] poſſeſſio per modum fiduciæ & proviſionis attribuatur, [tale præjudicium vide in B. Auctor. *Collect. nova Sentent. Camer. Num. 262.*] reſtituenda, ſi alter antiquiorem poſſeſſionem in Proceſſu ordinario probaverit: [conf. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 397. §. 7.* Mev. *part. 3. deciſ. 39.*] nam hæc omnia à regula ordinaria abſcedunt, pacis & quietis publicæ gratia recepta, vid. Clud. *Rer. quotidian. cap. 4. num. 126. ſeqq.* & *cap. 5. num. 63.* Salgado *de Protect. Regia part. 3. cap. 12. num. 1. 2. ſeqq.* [B. Auctor. *citat. Obſervat. 397. §. 1. 2. & 3.*] In primo caſu huic Proceſſui, momentanei ſcil. Poſſeſſorii, non erat locus, quia ubi periculum ſeditionis, tumultus & armorum [præſens] non adeſt, præſtat & æquum eſt de poſſeſſione plenius cognoſcere, quam per modum proviſionis & fiduciæ de ea decernere, vid. Pfankuch. *lib. 1. cap. 6. num. 27.* Ecce verum diſcrimen Judicii Poſſeſſorii retinendæ Poſſeſſionis in ordinarium & extraordinarium ſive momentaneum aut fiduciarium, quod aliqui vocant Summariiſſimum. (*a*)

Num. 7. An momentaneum recte dicatur ſummarium vel ſummariiſſimum.

(*a*) *Alii ſummarium vocant reſpectu ordinarii non ſine confuſione. Nam ordinarium etiam eſt ſummarium,* [l. unic. Cod. ſi de momentan. Poſſeſſion. conf. Stryk. Introduct. ad Prax. Forenſ. cap. 1. §. 18. B. Auctor. citat. Obſervat. 397. §. 2. not. (2.)] *Omnis cauſa Poſſeſſionis eſt ſummaria reſpectu Petitorii. Ex voce ſummariiſſimi triplex oritur idea Poſſeſſorii Judicii cum tantum ſit duplex. Dicitur autem ſummariiſſimum reſpectu aliarum cauſarum ſummariarum petitorii Judicii, quia celerius illo quam in his proceditur ſine forma Judicii,* vid. Schilter. Prax. Jur. Roman. tit. de Judic. §. 10. Mev. part. 2. deciſ. 236. num. 5. *obſcure* apud Blum. h. tit. num. 10. *uſurpatur phraſis:* Sola veritate inſpecta. *In omni Proceſſu ſola facti inſpicitur veritas. Ad hanc inquirendam Proceſſus Judiciarius omnis eſt comparatus*, conf. Clud. Rer. quotidian. cap. 4. num. 30. ſeqq.

Num. 8. Abuſus Proceſſus momentanei Poſſeſſorii.

Abuſus enim inſignis eſt in quacunque Poſſeſſionis quæſtione Proceſſum admittere momentaneum, qui admitti non debet, niſi ubi publicæ rei intereſt vim & arma privatamque vindictam prohiberi, quietem publicam & viam Juris legitimam con-

conſervari, vid. Pfankuch. *lib. 1. cap. 6. num. 41.* & *cap. 7. num. 24. Edict. Potentiſſ. Regis Boruſſiæ* von Verbeſſerung des *Juſtiz*-Weſens *§. 39.* [Proceſſum hujus Conſtitutionis conſulendus Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 21. per tot.* & Deckher. ad Tennagel. *claſſ. 2. cap. 1. num. 4.* & *cap. 2. num. 3.* B. Auctor. *dict. Obſervat. 397. §. 6. 7. & 8.*]

Porrò legitur in textu: finitâ lite poſſeſſionis, quæſtionem proprietatis ad Judicem ordinarium eſſe remittendam, *Ord. Cam.* Carolina *part. 2. tit. 21. §. 2.* quæ diſpoſitio totidem verbis *in Conc. Ord. Cam.* fuit retenta. Tandem exprimitur ibidem *§. 3.* Auſtrægarum Judicio nullum fieri debere præjudicium, vide Pfankuch. *lib. 1. cap. 5. num. 2.* Quæritur hic, (1.) quales intelligantur Auſtrægæ *Legales* an *Conventionales?* de legalibus intelligi textus nequit, quia proponitur in textu exceptio à regula, quæ erat, ut Jurisdictio Cameræ eſſet fundata in prima Inſtantia, *Rubr. Ordinat. part. 2. tit. 9. Concept. tit. 10.* von Perſonen und Sachen ꝛc. Pfankuch. *lib. 1. cap. 5. num. 2.* Gail. *lib. 1. obſ. 1. num. 14.* & *obſ. 6.* Ergo de conventionalibus eſt accipiendus. [conf. Datt. *de Pac. Publ. lib. 2. cap. 21. §. 18.* & *cap. 27. §. 42.* B. Auctor. *citat. Obſervat. 397. §. 6.*] Qui tamen caſus valde erit rarus & anceps. Quantæ enim exoriri poſſunt colliſiones & turbæ, donec quæſtio fori terminetur? cum de conventionibus Familiarum Illuſtrium Camera informata eſſe nequeat in decernendis Proceſſibus. Unde & Tennagelius *claſſ. 2. cap. 1. num. 4. §.* Wo aber ꝛc. *3.* etiam ad caſum primum referre non dubitavit, ut cauſa proprietatis ad Auſtrægas ſolum pertineret. Quanquam verò explicatio prædicta textui videatur convenire. Caſus tamen exiſtentes in facto, eorumque circumſtantiæ, Judici quid decernendum quid judicandum ſit, monſtrabunt. Quæritur (2.) quis ſit Judex ordinarius in caſu primo & ſecundo. Reſp. In caſu primo Auſtrægæ legales, & quidem quoad cauſam proprietatis. In caſu ſecundo, non alius quam Camera. Textus enim non loquitur de Jurisdictione dubia inter Dominos, ſed de rebus ſub plurium Dominorum Jurisdictione ſitis & dubitatione

Num. 9. Remiſſio Petitorii ad Judicem ordinarium.

Num. 10. De Judicio Auſtrægarum in hac cauſa.

Num. 11. Quis Judex ordinarius in caſu primo & ſecundo.

tione partium litigantium. Ita ut ex cauſæ continentia Forum Cameræ fundetur. Sed ita; inquies, non opus fuiſſet ſequenti diſpoſitione de remittendâ causâ proprietatis ad Judicem ordinarium, cum & in Petitorio ex continentia cauſæ Judicis ſuperioris Jurisdictio ſit fundata: Reſpondeo Conſtitutionem Imperii de continentia cauſæ non dividenda, *in Receſſ. Deputat. 1600. §. 23.* latam *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 9.* ad *Conſultum Cameralis Collegii Anno 1594.* de quo Denaiſius *tit. 97. §. 1. 2.* eſſe recentiorem *Ordinatione* Carolina *1555.* ex qua retentus fuit *§.* ille *2. Conc. Ord. Cam. tit. de Poſſeſſione litigioſa*, qui forte potuiſſet omitti. Confer de continentia cauſæ in hoc Judicio Poſſeſſorio etiam quoad caſum primum & tertium, Pfankuch. *lib. 1. cap. 5. num. 14. ſeqq.*

Num. 12. De Metu Armorum, & differentia caſus primi à tertio.

Quæritur porrò: An in primo caſu hujus Conſtitutionis Metus Armorum præcisè requiratur? [hunc requirit B. Auctor. *dict. Obſervat. 397. §. 6.* & quidem ſummarie probatum, vid. *ſuprà num. 5.*] Et ſi affirmes, quæ ſit differentia à caſu tertio? *§.* Ob auch ꝛc. *4.* Ego differentiam non puto eſſe ſenſibilem, neque caſum differentem dabilem. Metum non ſufficere vanum omnes concedent. Minari arma ſine animo vel viribus exequendi minas, non eſt prudentis; qui minatur jam in procinctu eſſe ſolet. Et ſic periculum eſt ne uterque caſus confundatur, & vel graviora contra Camerale Judicium oriantur Gravamina, vel Officium Judicis, cui juxta *§. final.* de armorum metu ſufficienter conſtare debet, tardius quam res patitur interponatur, & ſic effectu careat, vel alio remedio ſit opus. Supereſt igitur ut verbis textus Ordinationis Carolinæ ſine novâ additione inhæreamus cum Tennagelio, olim Aſſeſſore Cameræ celeberrimo *claſſ. 2. cap. 1. num. 4.* qui ſcripſit poſt redditum Conſultum Cameræ ſupradictum. Nam alioqui Conſtitutionis hujus uſum aliquem fore vix eſt credibile. Cum & in tertio caſu, cumprimis ſi inter potentiores eſſet controverſia, ſequeſtrem invenire, qui contra arma ſe tueatur, ſit difficile. Exempla Supplicationum quæ in Blumiana Collectione, & alia, recentioris Auctoris [Doctoris Hofmanni] cura & calamo, ut præfert Titulus Libri, [vid.

Num. 13. Actionis difficultas, in eventu infrequentia.

Deck-

Deckher. *Concord. Supremor. Tribunal. cap. 10. ſect. 2. ſubſect. 2. num. 30.* & *Conſultat. Forenſ. lib. 1. cap. 32. num. 24.*] ſub titulo de *litigioſa Poſſeſſione*, praxin ejus frequentem non probant. Supplicationes Advocatorum nihil faciunt ad Praxin. [conf. Deckher. *Diſſertat. Subſidiariam de Supplicantibus ad Proœmium Tennagel. de decernendis Proceſſibus.*] Decreta Collegii ſunt plerumque ibi denegatoria, vel ad aliud Juris remedium reſpiciunt. Nullum omninò directe ad hunc titulum refertur. Accedit rei ipſius difficultas, ut requiſita Conſtitutionis ad factum applicentur. *Litigioſam* Poſſeſſionem à *turbata* diſtinctam eſſe docet Lynckerus *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 13. num. 6.* hanc ad Judices Ordinationis pertinere. Nemo non videt caſum litigioſæ Poſſeſſionis probatu eſſe difficilem. Unde & ad *turbatam* petita & rubricas plerumque dirigere ſolent Advocati. Requiſitis verò exiſtentibus uſum Conſtitutionis qui negaverit, contra Legem eſſet peccaturus. Sententiæ Camerales quæ in iſtiusmodi caſibus fuêre latæ, docent uſum Conſtitutionis non eſſe nullum, vid. *Collect. Nov. Sentent. Camer. Num. 198. 199. 242. 262. & 534.* Ego loquor de frequenti & quotidiano. *Proceſſus Forma* in hac actione prolixè à Pfankuch. *toto Libro 2.* deſcribitur, [conf. *ſuprà Auctar. XVI.*] & à Cludio *Rer. quotidian. cap. 5.* quos non exſcribo, exemplis hujus actionis extituris forte rarius. Blumii tradita hoc titulo & in ſequentibus emendare, meum laborem non facio. Relinquendus eſt Viro, qui pari eruditione & induſtria non modo, ſed & otio & voluntate, qua Deckherrus fuit, eſt inſtructus. Is Notas ſuas finiit Titulo de Cauſis Fiſcalibus. Num. 14. Proceſſus Forma.

§. VIII.

Sequuntur Cauſæ fundantes Jurisdictionem Cameræ in prima Inſtantia in praxi magis frequentes, quæ juxta Appellationum cauſas potiſſimam dant occupationem huic Judicio, *Pignorationum, Arreſtorum,* & *Mandatorum.* In cauſis Pignorationum & Arreſtorum requiritur ut uterque Actor & Reus ſint immediati, neque adeo abſolutè & unicè cauſarum reſpicitur qualitas, Num. 1. Tranſitus ad reliquas Cauſas. Num. 2. Ubique agitur inter immediatos,

 per-

adeòque non ſolius cauſæ qualitas fundat Jurisdictionem Cameralem.

perinde ut in præcedenti cauſa Litigioſæ Poſſeſſionis. Exceptio eſt, ſi cauſarum continentia fundet Jurisdictionem Cameræ etiam contra mediatos. Blumius noſter, ubi Legibus publicis res ſatis eſt explicata, operam pro more & ingenii modulo impendit non contemnendam; ubi obſcurius quid intervenit, ipſe eſt frigidus, inconſtans, inexpertus.

Blumii ingenium.

Num. 3. Cauſæ Pignorationum Conſtitutio Imperii.

Dicemus hoc §pho de Cauſis Pignorationum. Textus Legum eſt *in Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 23.* expreſſus, quibus acceſſit *Rec. Imp. 1654. §. 79. & 138. 139.* Cui occaſionem dedere in præcedente §pho allegata Gravamina Palatini & Würtenbergici, reſoluta in Conſulto Collegii, cujus ibidem meminimus, & *infrà in Appendice I. pag. 23. ſeqq.* ipſa Gravamina cum Reſolutionibus ad hanc Conſtitutionis partem addidimus.

Num. 4. Ratio Conſtitutionis.

Ratio hujus & ſequentium Conſtitutionum pariter ac præcedentium eſt, ut tolleretur inter Cives Imperii omnis violentia factique & propriæ vindictæ via, ſed unusquisque Jure experiretur. Planiora hic ſunt pleraque, paucisque dubiis obnoxia. *Gailii* Commentationes ad hunc & ſeq. Titulum de Arreſtis inter eas quæ extant ſunt optimæ, ſed tamen relicta ſunt nonnulla illuſtranda.

Num. 5. Requiſita Actionis.

Requiſita Actionis ex Conſtitutione de Pignorationibus ſunt: (1.) Ut uterque Actor & Reus ſint immediati, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 23. princ.* Sufficit autem Pignorationem juſſu Domini eſſe factam, vel, non reſtituendo pignus ratihabitam, *§. 22.* (2.) Ut Pignoratio ſit ſuſcepta novi Juris quærendi gratiâ, quod in Libello in ſpecie eſt exprimendum, *§. 4.* (3.) Ut facta ſit in re tertia innocenti, *§. 3.* qui articulus per exempla ſatis declaratur in textu; adde ſi placet [Gail. *de Pignoration. obſervat. 3. num. 8.*] Blum. *tit. 32. num. 20. cum ſeqq.* & Roding. *lib. 1. tit. 10. §. 36. ſeqq.* De *Fructibus* notandum, alios eſſe ex re tertia, alios ex ipſo fundo, propter quem Pignoratio ſuſcepta. Illi veniunt in reſtitutionem, pertinentes ad Cauſam Mandati. Hi verò, non niſi deciſo, pro Pignorato, Proceſſu Cauſalium ſive Citationis, vide *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 23. §. 8.* [Hinc in cauſa

cauſa von Schlitz contra Fulda poſt Reſtitutionem lapidum terminalium, qui erat caſus Pignorationis Reſtitutio fructuum ex Sylva uſque ad deciſionem Cauſalium ſuſpenſa fuit per Sententiam 20. Decembr. 1719. publicatam, conf. B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. in Faſcic. I. Sentent. Camer. Num. 32. 33. & 34.*] (4.) Ut cauſa Pignorationis ſuſceptæ non ſit criminalis, ſed civilis, [vid. Gail. *de Pignoration. obſervat. 3. num. 11.*] Ita ſi ob mulctas ex. gr. foreſtales, à Domino Jurisdictionis imperatas, pignorati fuerint Subditi, cauſa non erit ad hanc Conſtitutionem pertinens. Si Jurisdictio communis fuerit, & unus Dominorum, invito altero, indixerit mulctas atque ob eas Pignora extorſerit, fundata erit Actio reliquorum Dominorum ex hâc Conſtitutione, quia Pignorator Jus novum, ſcil. Jurisdictionem privativam affectavit. Tandem requiritur (5.) juxta Gail. *de Pignoration. obſervat. 3. num. 6.* ut Actor ſit in poſſeſſione rei vel juris cujus gratia Pignoratio eſt ſuſcepta, cujus tamen probatio plenior ad effectum Mandati non eſt neceſſaria, ſed ad Judicium ordinarii Poſſeſſorii [ſive Citationis & Cauſalium] pertinet, Gail. *dict. loc.* vid. Textor. *ad Receſſ. Imper. Noviſſ. diſſertat. 8. theſ. 25. 26.* Blum. *tit. 32. num. 13. ſeqq.* quem exſcripſit hic & alibi Auctor Notarum ad Receſſum Imperii 1654. quæ ſub nomine *Gambſii* quondam Procuratoris Cameræ ſunt editæ, præter præjudicia quædam recenſita ea quæ momenti non magni, nihil quod lectu magnopere ſit dignum, continentes. Mirum iſtas Notas antequam eſſent typis excuſæ, à rerum Cameralium ſtudioſis tanti æſtimatas fuiſſe, ut etiam pretio redimerentur deſcribendæ. Num. 6. Gambſii Notæ in Receſſum Imperii.

Notandum eſt, duplicem eſſe Proceſſum ex hâc Conſtitutione, *Mandati*, ſive Paritionis & *Citationis* ſive Cauſalium, *Conc. Ord. Cam. dict. tit. 23. princ. Receſſ. Imper. 1654. dict. §. 138. ſeq.* Gail. *de Pignoration. obſervat. 1. num. 10.* [B. Auctor. *part. 1. Obſ. Forenſ. 4. not. 9.*] Similitudinem actionis ex Lege Diffamari [cum Proceſſu Cauſalium] exponit Gailius: nam Sententiæ concipiuntur eodem fermè modo, vid. Gail. *de Pignoration. obſervat. 21. num. 3.* [Blum. *Sentent. Camer. Num. 59. 122. & 789.* Ro- Num. 7. Duplex Proceſſus Mandati & Citationis utriusque differentia. Num. 8. Similitudo cum Actione ex Lege Diffamari.

ding. *lib. 1. tit. 10. §. ult.*] Deinde in Proceſſu Mandati Pignoratum eſſe Actorem, Pignorantem verò Reum. Quod in Proceſſu Citationis inverſo ordine ſeſe habet, Gail. *dict. obſervat. 21. num. 4. ſeq.* Proceſſus *Mandati* eſt Judicium Poſſeſſorium, extraordinarium, momentaneum, fiduciarium, Sententia eſt interlocutoria levioris præjudicii, in ordinario reparanda. Proceſſus *Citationis* eſt Judicium Poſſeſſorium ordinarium, ubi Pignorans plena defungi debet probatione. Utrumque Poſſeſſionis non adipiſcendæ, non recuperandæ, ſed retinendæ, Gail. *lib. 1. obſervat. 7. num. 1. obſervat. 8. num. 1.* & *de Pignoration. obſervat. 1. num. 7. ſeqq. obſervat. 3. num. 6.* & *obſervat. 13. num. 1.* Adeo ut non niſi imperiti exiſtiment, agi in Petitorio quando tractatur

Num. 9. Tractatur ſimultaneè.

Proceſſus Cauſalium. Uterque Proceſſus ſimultaneè tractandus, ſed ita ut inſtructa ſatis cauſa Mandati, Sententia non debeat differri in hoc articulo, *Rec. Imp. 1654. §. 139.* [& quamvis caſſatum fuerit Mandatum, tamen punctus Cauſalium in Camera ulterius diſcutiendus eſt, Roding. *lib. 3. tit. 42. §. 4.* Deckher. *Sentent. Camer. Num. 243.*] Utile tamen eſt Pignorato, ut maturationi Proceſſus Cauſalium invigilet, ne poſt longum temporis tractum novæ litis exordio implicetur. Quid enim ſi cauſa Mandati variis ex cauſis per complures Annos duraverit, ea tandem deciſâ, & ad Executionem perductâ, Cauſales producantur? Sanè præcluſam eſſe viam Cauſalium nullibi in Legibus eſt diſpoſitum. [vid. tamen Roding. *lib. 3. tit. 47. §. 3.*] Poterit itaque Pignoratus, ſi moras nectat Pignorans, contra *Receſſ. Imper. 1654. §. 139.*

Num. 10. Eventus Actionis.

petere terminum præjudicialem ad producendas Cauſales. Proinde qui Dominis ſuis benè conſulunt, ut caveant à Pignorationibus ſuadent. Requiſitis Conſtitutionum probatis, certa eſt in puncto Mandati condemnatio, difficilior in puncto Citationis probatio poſſeſſionis antiquioris & juſtioris; Actore verò non pro-

Num. 11. Petitorium ſpectat ad Judicem Ordinarium.

bante abſolvi Reum Jura communia volunt. Neque hic Conſtitutionibus Imperii quidquam mutatum invenitur. Tandem, Lege definitum eſt cauſam proprietatis ad Judicem ordinarium eſſe remittendam. Unde firmiter colligitur in hoc Proceſſu ex

Con-

Conſtitutione de Pignorationibus Auſtrægis locum non eſſe, *Conc. Ord. Cam. dict. tit. 23. §. 2.* adde *Rubricam tit. 10.* Von Perſonen und Sachen ꝛc.

Dubiæ quæſtiones.

Dubiæ quæſtiones ſunt ſequentes: An pro immediato habendus ſit qui bona poſſidet immediata, ſed domicilii reſpectu eſt mediatus? Multi enim ſunt Nobiles immediati Imperii, qui domicilium habent in loco alii Statui Imperii ſubjecto, conf. Roding. *lib. 1. tit. 10. §. 19. ſeq.* Affirmativa Sententia placuit Collegio Camerali teſte Meichſnero *tom. 1. lib. 1. deciſ. 32.* [Schwanman. *Obſervat. Cam. 20.*] publica deciſione nondum definita, Blum. *tit. 32. num. 6. 7.*

Num. 12. Explicatio §. 6. Concept. Ordinat. Camer. h. tit.

In explicatione *§. 6. Conc. Ord. Cam. dict. tit. 23.* valde torquet ſe Blumius *num. 23.* cum res ſit planiſſima *ex Receſſu Imperii 1594.* ubi multæ quæſtiones ad hanc materiam pertinentes ſunt deciſæ, poſtea *in Conceptum* relatæ. Ordinis paragraphorum mutatio obſcuritatem intulit. In *Receſſ. Imper. 1594.* præcedit *§. 73.* Da aber in Pfandungs-Sachen ꝛc. *partim res tertia, partim res ipſa* gepfändet/ ꝛc. qui *in Concepto* eſt *§. 7.* In priori exponitur differentia Pignorationis rei tertiæ & rei ipſius, ita ut Mandatum de reſtituendo tantum ad rem quatenus eſt tertia ſit dirigendum. In poſteriori §pho ſi Pignoratio ſubditi delinquentis in territorio litigioſo ſit ſuſcepta Conſtitutioni locum futurum dicitur, ceſſante diſtinctione præcedente inter rem quatenus eſt tertia, & eam quæ nocuit. Adeoque delictum aliquod leve, Muthwille / effectum Conſtitutionis non impedit, conf. Blum. *dict. num. 23.* qui omnia turbat & perverſam planè ſubſtituit explicationem.

Num. 13. De Mandatis de non turbando, an ſimul decerni poſſint.

An una cum Mandato auf die Pfandungs-Conſtitution peti & decerni poſſit *Mandatum de non amplius turbando Cum Clauſula*, quærit Blum. *num. 66.* præjudicia allegat antiqua denegati iſtius Mandati, recentiora verò decreti, & quidem Sine Clauſula. Mandata verò de non offendendo cum Proceſſibus Pignorationis rectè decerni tradit ibidem. Rationes qui deſideret, conſulat Blumium, ſpondeo, non diſceſſurum doctiorem. Diffe-

 ren-

rentia Mandati de *non* amplius *turbando* & de *non offendendo* eſt, quod illud præſupponat turbationem jam factam in poſſeſſione rei vel Juris, hoc verò offenſionem perſonarum, quæ nondum eſt facta ſed metuitur. [conf. Schwanman. *Obſervat. Camer. 141. uſque 144.*] Offenduntur enim perſonæ principaliter injuria eos afficiendo, turbatur poſſeſſio, quod factum res principaliter afficit, non perſonas. Ergò ſi in Pignorationibus periculum ſit ab offenſione perſonarum, petitur Mandatum de non offendendo, ſi rebus vel Juribus metuitur, de non turbando. Facilius autem eſt, ut prohibeatur offenſio perſonarum quam ut inhibeatur turbatio. Accipe rationem: præceptum de non turbando Proceſſui Pignorationis junctum, huic faciet præjudicium. Nam præſupponit poſſeſſionem Actoris juſtam & legitimam, de quâ in Proceſſu Pignorationis ordinario, nimirum Citationis cauſa, demum eſt cognoſcendum, Mandatum enim de reſtituendo momentaneam tantum & fiduciariam reſpicit poſſeſſionem. Ne itaque ad Narrata Actoris is pro vero Poſſeſſore declaretur in ingreſſu Proceſſus, receptum eſt Jure Camerali, ut *Mandata de non turbando* regulariter decernantur *Cum Clauſula*, de non offendendo Sine Clauſula; facile enim eſt, ut ex narratione facti Exceptiones Juris aliquas opponi poſſe Judex prævideat, quo caſu Sine Clauſula mandare non ſolet regulariter. Ubi verò poſſeſſio Actoris in Supplicatione ſatis fuerit probata, non obſtare puto, quo minus pro circumſtantiarum ratione etiam Sine Clauſulâ inhibeatur turbatio. Verum iſtiusmodi Mandata de non turbando cum Proceſſibus Pignorationis incongruè petuntur, ex ratione prædicta, quod alterum alteri faciat præjudicium. Exempla à Blumio allegata, perinde ut omnia Præjudicia ſine Actorum inſpectione ſunt fidei dubiæ, non temere ſequenda. Si cui hæ rationes non ſufficiant, reddat quæſo meliores, & gratiam ei ſum habiturus. Confer interim Blum. *tit. 29. num. 215.* & ibi Deckher. præcipuè Gylmannum, ex quo ſua depromſit Blumius *tom. 3. in Quæſt. Jur. Controverſ. Rubrica: Mandata Juriſdictionalia. pag. 185.* verſu: *An Mandata in Camera futuros caſus reſpicientia, &c.* item

Num. 14. Quare Mandata de non turbando Cum Clauſula decernantur.

Num. 15. Præjudiciorum Auctoritas.

Num. 16. Gylmanni utilitas.

item *Rubrica: Mandata de non offendendo. pag. 211.* item *Rubrica: Mandata de non turbando. pag. 227.* Cujus Auctoris locos communes de Mandatis Pignorationum non fruſtra evolvet Juris Cameralis Studioſus. Quæ ad Proceſſus ordinem ſpectant ex ipſo *Ordinationis Cameralis* textu *part. 2. dict. tit. 23.* & *part. 3. tit. 42.* junct. *Receſſ. Imper. 1654. §. 138. ſeq.* facile percipiuntur. Cætera magis ex praxi, quam libris addiſci crediderim. Num. 17. Proceſſus in cauſis Pignorationum.

Illud præterire non poſſum, inconſultum eſſe dubium Blum. *num. 97.* an Litis conteſtatio requiratur in hoc Citationis Proceſſu, inſipidam etiam rationem, quod cauſæ Pignorationum celeritatem deſiderent, quaſi verò Litis conteſtationis vocabulum adhibitum celeritatem Proceſſus impediret. Num. 18. De Litis conteſtatione in hoc Proceſſu.

Habet iſta ratiocinatio originem ex diſtinctione Proceſſus in *Ordinarium* & *Summarium*, [B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 4.*] in qua diſtinctione explicanda, ſi non ludunt Auctores, ego quid idem ſit, quid diverſum, me non intelligere fateor, vid. *ſuprà §. 6. num. 33.* [& *infrà Sect. II. §. 6. num. 27. ſeqq.*] Negant de Proceſſu ſummario, quæ de omni Proceſſu ſunt neganda. Inordinatiſſimum crederes Proceſſum Juris ordinarium, ſi ideæ oppoſitæ iis, quas ſummario ſive extraordinario proprias eſſe dicunt, aſſumantur. Fac quæſo periculum ex Cocceji *Jure Controverſo tit. de Judiciis, quæſt. 1. not. 3.* vel Böhmeri *Emendationibus* ad Schilteri *Inſtitut. Jur. Canon. lib. 1. tit. 5. membr. 26.* vel ex Marantæ *Speculo aureo de Ordine Judicior.* qui ex omnibus pleniſſime ea de re egit, & ex eo recentiores ſua hauſerunt *part. 4. diſtinct. 9.* deprehendes verborum & terminorum tantum eſſe differentiam, rei ipſius nullam, vel exiguam, & arbitrariam. Dicis, ideas oppoſitas in Proceſſu ordinario aſſumendas non eſſe? hoc ipſo mecum conſenties. (*a*) confer. *Edict. Regis Boruſſ.* von Verbeſſerung des *Juſtiz*-Weſens *§. 28.* Brunneman. *Proceſſ. Civil. cap. 1. num. 16. ſeqq.* Num. 19. Diſtinctio Proceſſus in ordinarium & ſummarium.

(*a*) *Titulus Ordinationis Cameralis* de Cauſis Extraordinariis *qui eſt etiam in* Concept. part. 3. tit. 3. *occaſionem præbuit hunc locum plenius illuſtrandi. Differentiam quam JCti faciunt inter* Cauſas Summarias *&* Extraordinarias, *rurſusque inter eas quæ de plano cognoſcuntur, ſuo loco relinquo,* vid. Num. 20. Illuſtratio plenior de uſu diſtinctionis Proceſſus

in ordinarium & ſummarium.

vid. Durand. in Speculo part. 1. Rubr. de ſummaria cognitione. num. 13. Marantam part. 4. de ordine Judicior. diſtinct. 10. *Summariæ cauſæ, Extraordinariæ, & quæ de plano tractantur, mihi hic cenſentur numero uno eodemque,* Fromman. Diſputat. Tubing. de Different. Judic. ordinar. & ſummar. §. 5. *Et fuiſſe hanc mentem Legislatorum* in Ordinat. Camer. dict. tit. 3. *exiſtimo*, adde Lauterbach. Colleg. Pract. lib. 5. tit. 1. de Judic. §. 10. [conf. B. Auctor. part. 4. Obſervat. Forenſ. 397. §. 4. *& intelliges, hunc textum ad ordinem Audientiarum veterem reſpicere qui dudum abrogatus eſt,* add. Ord. Cam. 1508. tit. ult. in rubr.] *Deinde non eſt mihi ſermo de Judiciorum aliorum quæ ſunt in Imperio Superiorum, multo minùs inferiorum obſervantia, receptisque nonnullis in locis protelationibus, quas ordinario Proceſſui eſſentiales eſſe, exiſtimabunt forte qui exinde utilitatem aucupantur. Ad Cameræ Imperialis Praxin reſpicit Commentatio noſtra. Num ad alia quoque Judicia applicari queant, quæ hoc loco dicentur, cognoſcent ii qui ibidem verſantur. Saxones JCti ſummarium Proceſſum eodem modo quo alii deſcribere ſolent,* vid. Carpzov. Proceſſ. Jur. tit. 1. artic. 1. Suendendörfer. in Proceſſ. Fibig. part. 2. & ſpecial. cap. 1. membr. 1. ſect. 1. *ubi etiam tradit quod invito Reo ordinarius Proceſſus in ſummarium mutari nequeat, quemadmodum & Actori invito obtrudi non poſſit Proceſſus ordinarius loco ſummarii, ſi cauſa ſit ad ſummarium qualificata quarum Catalogum ibi videas* dicta ſect. 1. *Qui Celeberrimus Author tamen in differentiis & utilitate Proceſſus ordinarii à ſummario explicandis non ſatis rem explicat,* vid. membr. 1. ſect. 3. & cap. 2. membr. 1. ſect. 2. *ubi ad* Carpzovium *aliosque Lectorem remittit, à quibus mihi ſatisfactum non eſſe, profiteor. Sed neque* Strykius in Introduct. ad Prax. Forenſ. cap. 1. §. 12. ſeqq. *neque* Menckenius in Proceſſ. Jur. Commun. & Saxon. diſputat. 1. procem. §. 38. ſeqq. *differentias aliter quam per vocabulorum & formularum diverſitatem explicavere.* Executivi *Proceſſus differentiæ ab omnibus ſatis traduntur, de quibus mihi nulla eſt dubitatio. Illud ex Saxonico Proceſſu memini, quod tamen prælaudati Auctores non commemoravere: In cauſis quæ ad ſummarium Proceſſum referri volunt, permitti ut Actor petita ſua proponat* von Mund aus in die Feder/ *de quo ſtylo* vid. infrà Sect. II §. 4. num. 24. *non verò hoc licitum eſſe in ordinario. Sane in cauſis majoris momenti Reo concedenda erit communicatio petiti Actoris, cum ſpatio deliberandi ſive id ore ſive ſcripto propoſuerit Actor. Tandem ad Proceſſum ſummarium Judicii* Poſſeſſorii momentanei, *& ejus quem vocant* Executivum, *non pertinent ea quæ ſum dicturus. In quo differentiam aliquam admitto, ex natura rei & ipſius actionis reſultantem,* vid. ſuprà §. 7. num. 6. [& hoc §. 8. infrà verſ. Mirum

rum

rum igitur. pag. 71.] *Jam conferamus eas partes Proceſſus, quas in ſummario neceſſarias eſſe volunt, cum iis, quas ordinario proprias eſſe dicunt, formando ideas, prout à JCtis, qui eam partem Jurisprudentiæ Commentariis illuſtrarunt, datæ fuerunt. Et evidenter patebit diſtinctionis vel logomachia, vel Proceſſus ordinarii, quem vulgò dicunt, perverſitas ſumma & ineptiæ. Illæ enim quæ obſervabuntur differentiæ veræ & utiles, ex natura rei & actionis reſultant. Ex multis Auctoribus, qui ea de re ſcripſerunt, ne cum turba eſſet negotium, eligendus erat unus ex præcipuis. Sed quis alius potior, quam is ex quo recentiores pleroſque ſua depromſiſſe animadverti;* Robertus Maranta? *Hujus enim Liber* de Ordine Judiciorum, Speculum Aureum, & Lumen Advocatorum *dudum eſt nuncupatus, & eum præfert titulum. Is verò* diſtinctione 9. *hanc materiam tractat uberrimè. Conveniunt cum eo quæ habet* Joh. Bapt. Aſinius in Praxi Judiciaria §. 3. cap. 3. uſque ad finem. Scaccia de Judic. lib. 1. cap. 53. & Cardinal. Tuſch. concluſ. 358. 359. 366. lit. C. & concluſ. 890. ſeq. lit. S.

Primò, *dicit* Maranta num. 10. *verba illa, quibus deſcribitur Proceſſus ſummarius,* ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, ſine figura Judicii, ſola veritate facti inſpecta, *declarata eſſe per Gloſſam & alios Scribentes* in Clementina Sæpe. de verbor. ſignificat. [conf. B. Auctor. part. 4. Obſervat. Forenſ. 397. §. 5. not. 6.] *Ipſe verò* Maranta *duarum ſaltem enunciationum ſuſcipit expoſitionem, reliqua vocabula, quorum tamen eſt vis eadem, exponuntur* apud Scacciam & Tuſcum dictis locis. adde Fromman. dict. diſputat. § 53. *quærendo quid importent verba* ſine figura Judicii, & ſola veritate facti inſpecta. *Illa*, tantæ eſt importantiæ ut procedi poſſit omiſſis omnibus ſubſtantialibus Judiciorum, omni ordine Judicii omiſſo, ſola Juris Gentium ſolemnitate obſervata, ut ſic expediatur cauſa manu regia. *Exiſtimo hanc explicationem ſibimet contradicere, & dare vel ideam Proceſſus ſummarii, qui ſit tumultuarius, vel ideam ſubſtantialium Proceſſus ordinarii, quæ tamen ſubſtantialia eſſe nullo modo poſſunt, ſed ſunt vel arbitraria vel ineptiæ meræ. Verbi gratia, ſi in Judiciis Italiæ & Galliæ cauſæ per Advocatos publice voce viva per Orationes ſolennes controvertuntur, nonne hoc eſt arbitrarium? Si cauſarum Patroni, prout Romæ & alibi in Italia fieri ſolet, ſarcaſmis ſeſe invicem proſcindunt, clamoribus & ridiculis geſticulationibus alter in alterum incurrit, (quem ſtrepitum clamoſum indicare videtur* Joh. Baptiſt. Aſinius Prax. Judicior. §. 3. cap. 32. *imo ipſe Juſtinianus Imperator* in l. 33. Cod. de inoffic. Teſtam.) *ut qui morem iſtum neſciat, inſanire eos & jamjam ad verbera deventuros eſſe crederet. Si inquam ſtrepitum hunc, cui hominum curioſa multitudo intereſſe ſolet, de ſubſtantia ordinarii Judicii eſſe velint Itali-*

lici Practici, per nos licebit. Germana Judicia, Suprema cumprimis, ſtultitias tales aſpernantur. Importat ergò primo dicta clauſula, *pergit Maranta,* ut non requiratur Libellus, & ſic ſublata eſt Solennitas Libellorum, requiritur tamen facti narratio clara & petitio talis, ut ex ea poſſit diſcerni quid Actor velit, & Reus poſſit deliberare. *Differentiam ſi petam inter Libellum ſolennem & ſuccinctam facti narrationem cum petito: vocum ſonos audire mihi videor & inutilia verba, in rei ſubſtantia nihil,* conf. Fromman. dict. diſputat. §. 58. *Quodſi dixeris inter ruſticos etiam qualemcunque querelam viva voce prolatam & ab Actuario Judicii in Protocollum relatam ſufficere, in ordinario verò Proceſſu ſcripto Libello eſſe opus: Reſponderem, hoc nonnullis in Judiciis inferioribus ita obſervari, ſed eſſe mere arbitrarium. In Superioribus Judiciis Statuum Imperii, cumprimis verò in Camera, nihil non in ſcriptis proponitur,* [*ideoque Literæ, quibus Merita Cauſæ continentur, per Receſſus exhibere prohibetur,* Decret. General. 4. April. 1721. num. 10.] *Receſſus verò qui in Audientia ex ſcripto leguntur, in omnibus cauſis fieri ſolent. Porrò* Receſſ. Imper. 1654. *abrogato Libello articulato omnibus in cauſis jubet* die Klag oder Libell alleine ſummariſcher Weiſe/ darinnen das Factum kurtz und nervosè mit angehängter Concluſion und Bitte zu übergeben ꝛc. §. 34. *ubi de Cauſis Simplicis Querelæ ſeu primæ Inſtantiæ Cameralis agitur,* & §. 64. *ubi de Cauſis Appellationis: Ergo juxta hanc Legem non datur amplius Libellus ſolennis, ſed ſaltem ſummarius,* conf. Carpzov. ad Conſtitut. Elect. Saxon. per conſtitut. 9. definit. 1. & ipſam Ordinat. Elect. Saxon. Joh. Georg. I. Artic. 5. *Conformes ſunt prædictæ Conſtitutioni Imperii etiam aliarum Provinciarum & Judiciorum Ordinationes, quibus omnes inutiles figuræ, pigmenta, tortuoſitates, & ſtrepitationes Libelli, quem in ordinario Proceſſu ſolennem vocant, exploſæ ſunt & damnatæ.* [*quomodo verò uſus Libelli articulati adhuc toleretur, exponit* B. Auctor. part. 4. Obſervat. Forenſ. 377.]

Secundò operatur, *ait* Speculum Aureum num. 18. quod poteſt procedi ſine Libello & cauſam incipere ab Articulis. *Hæc operatio eundem cum præcedenti habet fumum.*

Tertiò operatur, quod non neceſſe eſt ferias ſervari inductas in honorem hominum. *Totum Calendarium noſtrum eſt plenum ejusmodi Feriis, quæ ſi omnes in ordinario Proceſſu eſſent obſervandæ, finis cauſarum ordinariarum expectandus foret ad Calendas Græcas. Imo non committi nullitatem, ſi ordinariæ cauſæ tractentur in Feriis humanis, tradunt Interpretes communi calculo. In Camera Feriarum, quæ lege ſunt conſtitutæ, tempore, Senatus non frequentantur, ceſſat itaque hic differentia omnis.*

Quartò

Quartò operatur, *pergit* Lumen Advocatorum num. 20. quod per illam clauſulam cenſetur ſublata Litis conteſtatio, *vel, ut* Coccejus Jur. Controverſ. dict. loc. *explicat*, requiritur tantum contradictio quædam Rei, non verò ſolennis & intricata, *h. e. clamoſa, rixoſa*, [*vel verboſa*] Litis conteſtatio.

Præſupponendum eſt haud dubie, contradictionem Rei fieri debere eadem claritate, qua proponi jubetur Libellus, ut ſciatur quid Reus vel neget, vel fateatur circa Actoris petita, atque Exceptionis fundamentum. [vid. infrà B. Auctor. Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 7.] *Quis verò Judex admiſſurus eſt reſponſionem Rei intricatam aut contortam, etiamſi* Litis conteſtationis *vox ſolennis in rubro & nigro elegantiſſime ſcripta & coloribus picta appareret? Imo verò eſt officium Judicis ut tricas omnes amputet, neque aliam quam claram & ſummariam reſponſionem deſiderat Lex Imperii*, Receſſ. Imper. 1654. §. 37. [*quamvis vocabulo Litis conteſtationis partes plane non utantur*, B. Auctor. infrà Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 13.] adde Blum. tit. 71. num. 10. & 14. Lauterbach. Colleg. Pract. tit. de Judic. § 16. Fromman. dict. diſputat. §. 62. *Digna eſt admonitio ad Judices ſupremos Cancellarii Galliæ* Hoſpitalii apud Thuanum Hiſtor. lib. 35. ad Annum 1563. pag. 701. edit. Francofurt. *quæ huc transſcribatur, & quæ omnibus Judicibus ſit præ oculis.* Ut in munere ſuo recte riteque verſentur, Edicta ad Regias Conſtitutiones, uti jurisjurandi formula fert, ſervent, nec quod inveterato more ſupremi Judices ſibi licere putant, dum interpretationem mollire conantur, cavillatoriè detorqueant, & enervent: omni affectu vacent, nec quidquam gratia, odio, aut præjudicio agant: denique caſtas & puras à ſordibus manus ad Juſtitiæ ſacra adferant, nec litigatoribus ea in re indulgeant, ſed nec litem ex lite ſerant, ambages, tricas, & longa litium ſufflamina recidant ac contrahant, & ita agant, ut quid egerint, ab omnibus (*ſcil quibus id Jus eſt*) conſpici & cognoſci velint, neque tam de iis quæ Curiæ Secreta ad Regem deferunt, conquerantur, quam diligenter caveatur, ne quid hujusmodi fiat quod ad Regem deferri debeat &c. &c. *Sed redeo ad noſtram* Juris Lucernam.

Quintò, *ait* num. 21. operatur circa Dilationes, quia in ſummario debet Judex breviare cauſam in quantum poteſt. Et dare breviores Dilationes. Item non debet admittere Exceptiones fruſtratorias, conf. Coccej. Jur. Controverſ. dict. loc. not. 3. num. 4. 5. *Ergone quod hic Judici agendum & cavendum præſcribitur in ſummario, non etiam facere tenetur in Proceſſu quem dicunt ordinarium? In Camera Termini*

mini omnes ſunt peremptorii, Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 10. §. 2. 4. & 10. *Prorogationes niſi cauſa cognita concedi non debent*, Receſſ. Viſitat. 1713. §. 51. 52. vid. Fromman. dict. diſputat. §. 60.

Sextò operatur, ut non requiratur in ſummario Proceſſu publicatio Sententiæ. *Subjungitur ibidem*, quod juxta Bartolum & alios etiam in ordinario non ſit de ſubſtantia. *Si de ſolenni publicatione proTribunali eſt quæſtio, res eſt arbitrii meri, vel à forma cujuscunque Judicii dependet. Nam ut Sententia vim habeat, neceſſaria eſt utique ſemper & ſine diſtinctione publicatio ad notitiam partis. Multa ſunt Judicia Imperii, ubi ſolennes non fiunt publicationes, ſicuti moris eſt ex lege ſpeciali in Camera Imperiali, & in Judiciis Statuum Imperii Provincialibus,* denen Hof- oder Land-Gerichten. *Et ubi tales fiunt publicationes, Citatione ad audiendum opus non eſt. In Aulico Imperiali Judicio publicatio fit per conſuetum Extractum Protocolli, quem partes à Secretario redimunt, quamprimum Relationem abſolutam eſſe & concluſamSententiam exSchedulapublicè affixa conſtiterit. Alius modus publicandi obſervatur in pluribus Judiciis Imperii per Inſinuationem factam parti, quam Inſinuationem curare debet fieri is, cui ex Sententia aliquid naſcitur commodi. Hinc ſæpè fit, ut à die notitiæ demum Decendium interponendæ Appellationis currere incipiat, & tunc dies Inſinuationis & Appellationis Inſtrumento eſt exprimendus.*

Septimò operatur, *juxta verba oris aurei* ut non requiratur concluſio. *Qualem verò concluſionem requirit ordinarius Proceſſus? In omni cauſa partes ſubmittere debent ad Sententiam, hoc eſt, concludere, quod in Camera olim fiebat in Audientia, cum Receſſus adhuc dictarentur Notariis ad calamum, per unicam voculam* Setzt / *vel* Stehet / *quæ in antiquis Protocollis frequenter conſpiciuntur. Hodie verbis brevibus & arbitrariis, etiam ſola contradictione per generalia. Ergo in ſono verborum conſiſtit hæc operatio, in re eſt nihil*, vide Fromman. dict. diſputat. §. 68.

Octavò operatur, *pergit* Maranta, ut ſi aliquis litigavit per Procuratorem, poteſt Judex in Sententia condemnare Dominum, *hoc eſt, Principalem. Inſignis operatio! In Camera omnia fiunt perProcuratorem & tamen Sententia fertur contra Principales, niſi quid injungaturProcuratori faciendum interlocutoriè, aut definitivè in Cauſis Mandatorum, ut doceat de paritione facta vel facienda. Imo ſi Procurator caſu aliquo deficiat, etiam contra Principalem fertur Sententia Paritoria ſine præcedente Citatione nova ad reaſſumendum.* [conf. Mauritii diſputat. de Citat. ad reaſſumend. §. 19.] *Quo caſu pars altera curare debet Sententiam inſinuari adverſario, ut Terminus præfixus in Sententia ab eo die currere incipiat. Præſente verò Procuratore Inſinuatione ſolenni opus non eſt, ſed Procurator facta redemtione*

Sen-

Sententiæ in Cancellaria adverſario Procuratori Copiam tradit, [vel hic in Cancellaria copiam Sententiæ redemtæ deſcribit] & à die publicatæ [ac redemtæ] Sententiæ Terminus præfixus computatur. [vid. Collect. nov. Sentent. Camer. Num. 703.]

Nonò operatur, ut Judex non neceſſe habeat pronunciare ſuper incidenti, ſed poteſt incidens decidere ſimul cum principali. *Aut iſtud incidens habet aliquid momenti, ut deciſio præcedere debeat, vel non habet: ſi illud, fieri debet etiam in ſummario: ſi hoc, nihili eſt hæc differentia, ſed poſitum in arbitrio Judicis, pro ratione circumſtantiarum ea in re procedere.*

Decimò operatur, quod Sententia pro abſente non citato lata, valeat ſi ratificetur. *Non dicam de caſu vix dabili, quærerem ſaltem; ſi daretur caſus, cur non item valeret in ordinario Proceſſu?*

Undecimò operatur, ut Judex etiam ad inſtantiam partis poſſit interrogare principalem & teſtes poſt concluſionem cauſæ. *Paulò poſt etiam in ordinario id concedere videtur* Maranta. *Brevius diceret: Judici nunquam concludi, ſed eum ſemper, in omni cauſa ſine diſtinctione tollere poſſe ex juſta cauſa concluſionem ex officio. Ita in Camera obſervatur,* vide infrà Sect. II. §. 4. num. 26. *Et neſcio ſane ad quam religionem adſtringere voluerint Judicem Proceſſus ordinarii artifices.*

Atque ita undecim luculentiſſimas operationes deguſtavimus ex medicina Doctoris noſtri aurei reſultantes. Tranſit Maranta *ad alterum quæſitum* num. 32. Quid importet Clauſula: ſola facti veritate inſpecta. *Et Reſp. importare non ſolum omnia ea Privilegia ſummarii Proceſſus, quæ importavit clauſula præcedens:* ſine figura Judicii; *ſed inſuper adhuc aliarum largiorum operationum continuationem, Nimirum*

Duodecimò operatur, ut Sententia poſſit ferri Libello non conformis & ſuper aliis quam ſuper petitis. *Hoc volebat ſupra innuere per verba:* Manu Regia. *Parum abeſt quin etiam dixerit* contra Jura. *Dicere autem voluit forte: Clauſulas Libelli ſalutares [de quarum effectu* vid. B. Auctor. part. 1. Obſervat. Forenſ. 12. & 60. *item* part. 3. Obſervat. Forenſ. 297. *add.* Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 12.] *eum habere effectum, ut Judex omni meliori modo pronunciare queat intentioni Actoris, vel naturæ negotii & Actis probatisque conformem Sententiam. Sed hoc in omni ordinario, quem vocant, Proceſſu pariter obtinet,* Gail. lib. 1. obſ. 61. *junct.* Græveo lib. 1. concluſ. 61. conſiderat. 3. num. 2. Umm. diſputat. 6. theſ. 12. num. 59. verſ. 3. Mev. part. 3. deciſ. 207. *adde* Tuſchum Concluſ. Pract. lit. C. concluſ. 358. ſeq.

Decimo Tertiò operatur: Ut Judex poſſit adhibere Teſtibus fidem veriſimilem, etiam non concludentem. *Benignius interpretabimur*

noſtrum os aureum: admitti etiam probationes veriſimiles, hoc eſt, præſumtiones: Sed easdem quis denegaverit Proceſſui ordinario? Præſuppoſitis ubique terminis habilibus, ſcil. defectu probationis plenioris, & quod Judici nunquam permiſſum ſit ſupplere in facto. Nam ſi ſummarii Proceſſus id eſſet Privilegium, ut ultra probata concludere poſſet Judex, hoc foret Juri adverſum & iniquiſſimum. Circa probationis plenitudinem nulla eſt differentia inter ſummarium & ordinarium Proceſſum, Brunneman. Proceſſ. Civil. cap. 1. num. 23. cum allegatis. Fromman. dict. §. 66. ſeq. *cujus tradita* h. l. *de Proceſſu Poſſeſſorii momentanei & executivi ad noſtram diſtinctionem non pertinent, in ceteris nobiscum ſentit.*

Decimo Quartò operatur, quod Judex poteſt Sententiam ferre ſtando, absque quod ſedeat pro Tribunali, *ſcil. veritas ſola inſpicitur felicius ſtando quam ſedendo! Nemo non videt differentiæ hujus vanitatem: In Camera & aliis Judiciis Sententiæ omnes ſedente Judice pronunciantur.*

Decimo Quintò operatur, quod in ſummario procedere queat Judex ad definitivam contra contumacem, etiam lite non conteſtata. *Quare verò in ordinario etiam non liceret procedere in contumaciam? Sententiæ Litis conteſtatoriæ & paritoriæ in contumaciam in Camera innumeræ audiuntur, ſine Proceſſus diſcrimine.*

Sequuntur in noſtro Speculo aureo num. 37. uſque 40. *Monita perpulchra:* Quod in ſummario non poſſit Sententia ſine ſcriptura, neque ſine legitimatione partium pronunciari. Talem etiam debere intelligi veritatem, cui Jus patrocinatur. *Scilicet hæc ſine aureis iſtis Monitis erant intellectu difficilia. Tum verò* num. 42. *Cauſarum ſummariarum, quæ hactenus recenſitas operationes bellas habeant, enarrationem quandam facit cum immixtis digreſſionibus, & tandem in fine* Secundam Quæſtionem, in quibus differat Proceſſus ordinarius? *ubi Lector differentias ſpecificas expectaſſet, ita reſolvit,* quod ex præcedentibus iſtæ omnes cognoſci queant, *hoc eſt, ex ideis oppoſitis. Egregium ergo inventum ordinarii iſtius Proceſſus! Reperi adhuc plura capita differentiarum in ſæpe laudato* Jure Controverſo Cocceji loco ſuprà dicto: *Circa Juramentum Calumniæ, Reconventionem, Poſitionales, & Interrogatoria, dictaque Teſtium non juratorum, quæ capita ibi recenſentur, ſed non velut differentiæ, ſed potius quod in iis differentia ſit nulla. Quod additur* ibidem num. 8. *Probationes ſuperfluas & Teſtium multitudinem rejici in ſummario: ſane non credo admiſſurum eſſe Judicem prudentem talia in ordinario. Solennis eſt Formula Advocatorum in Libellis Actionum qua proteſtantur,* mit überflüſſigem Beweiß nicht beladen zu werden. *Quod dicitur* num. 12. *Judicem omiſſa diſceptatione Atteſtationum eas examinare & Sen-*

& Sententiam ferre poſſe *in ſummario : Quærerem*, an deberet? *Imo verò conſultum eſt & ſit plerumque, ut præmittatur Sententia Actoria ad Rotulum, ubi Terminus non eſt legalis ut in Saxonia. In Camera ſemper Actoria Sententia præcedit cum Termino præfixo. Quod refertur* ibidem num. 14. *inter differentias Rationes decidendi in ſummario Proceſſu non exigi : Praxis Cameralis eſt contraria, nam in omni Proceſſu Appellationis Compulſoriales etiam ad edendas Rationes decidendi exiguntur. Tranſmiſſio verò Actorum, de qua* ibidem num. 15. *uſitata eſt ſine diſcrimine Proceſſus in omnibus Judiciis ubi eſt moris definitionem cauſarum relinquere Conſilio Juris peritorum aliorum potius, quam eum laborem ſubire. Conſilio aliorum Juris peritorum non utitur certè Camera Imperialis. Sunt etiam quædam Statuum Imperii Judicia, ubi Tranſmiſſioni Actorum locus non eſt.* [*De origine & abuſu Tranſmiſſionis Actorum*, conf. B. Auctor. part. 2. Obſervat. Forenſ. 160.]

Pertractatis itaque & exploſis differentiis, quas prælucente Advocatorum Lucerna, Roberto Marantâ, *ad unum omnes fere, qui de Proceſſu Forenſi ſcripſere, conſtituere ſolent inter ordinarium & ſummarium Proceſſum, ordinarii illius non poterit dari deſcriptio convenientior ideis hucuſque traditis, quam ſequens :* Eſt modus cauſas tractandi in Judicio, plenus ſuperfluorum atque inutilium Verborum, Formularum, Tricarum, Protelationum, Fruſtrationum, quibus Adminiſtratio Juſtitiæ impeditur magis, quam promovetur, in bene conſtituta Republica non tolerandus. *Equidem has ideas aſſumi non debere tradit* Fromman. dict. Diſputat. §. 3. *ſed tamen in explicandis differentiis eas non removet, diſtinctius alioqui, quam omnes reliqui, hac de materia ſcribens.*

Mirum igitur quod adhuc quærat Brunnemannus, *JCtus ſui temporis piiſſimus,* Proceſſ. Civil. cap. 1. *An Statuto vel juſſu Principis fieri poſſit, ut Cauſæ omnes, vel hæc illave, ſummario Proceſſu tractari debeant? Puto inveteratæ opinionis veneratione retineri à JCtis ſupervacuam iſtam quam hactenus concuſſimus diſtinctionem. Retentam video etiam* in Ordinatione Proceſſus Elect. Saxon. recognita, tit. 5. *quæ tamen vim Legis non accepit* apud Bergerum in Elect. Diſceptat. Forenſ. *ubi non offendi differentias alias, quam quæ circa modum probandi in Proceſſu* Executivo & Cambiali *occurrunt. Verum hæ differentiæ, quæ circa exceptiones præcipue animadvertuntur, à negotii natura deſcendunt, non ex diſtinctione ſummarii ab ordinario,* conf. Barth. Hodoget. Forenſ. cap. 2. 3. 4. *Circa* Reconventionem *non eadem eſt JCtorum Sententia, an in ſummario admittatur?* vid. Fromman. §. 63. Coccej. dict. loc. *neque exiſtimo quenquam futurum, qui Reconventionem in omnibus cauſis ſummariis (quas diſtinctè recenſet* Fromman. §. 33. uſque 50.) *excluſerit. Sunt inter eas aliquæ, ubi ex natura*

Actio-

Actionis v.gr.Poſſeſſorii momentanei, excluditur. Si quis differentiam & rationem diſtinctionis vulgatæ veram & dignam Juriſprudentiâ non ſimulatâ, ſubeſſe exiſtimaverit, ei affirmationis ſuæ incumbet demonſtratio. Mihi ſedet Sententia firmiter, omnes differentias hucuſque recenſitas non eſſe niſi imaginarias, inutiles, Judiciis bene conſtitutis indignas. De ea diſtinctione Proceſſus, qui eſt inter Perſonas Camerales, dicere non eſt opus, quia nihil differt à reliquis cauſis, niſi quod Termini ſint arbitrarii, omniaque extrajudicialiter, *hoc eſt, extra Audientiam, publicam tractentur. Hinc Formula initialis Sententiarum in ejusmodi cauſis:* In Extrajudicial-Sachen. *Alias terminus* Extrajudicialiter, *denotat ea negotia quæ ad Supplicationes & Proceſſus decernendos pertinent. Alibi extra Cameram, vocis ſenſus eſt is, ut denotet omnes cauſas quæ in ſcriptis tractantur, hinc rubrica Actorum prioris Inſtantiæ quam in Camera ſæpe vidimus* Extrajudicial-Acta. *Et ſic opponitur iis, quæ tractantur viva voce. Ita ſtylus eſt in Judiciis Juliacenſibus [& Norimbergenſibus.] Quodſi differentia Cauſarum ordinariarum & extraordinariarum* Ord. Cam. part. 3. tit. 3. *ſtatueretur talis, ut hæ eſſent privilegiatæ,* vid. Receſſ. Viſitat. 1713. §. 60. *præ omnibus aliis, ad diſtribuendum non ſolum ſed etiam ad referendum, hæc ſane foret diſtinctio valde notabilis & utilis; Praxis tamen multas ob cauſas admodum difficilis.*

§. IX.

Num. 1. Cauſæ Arreſti Differentia à Cauſis Pignorationum.

Sequuntur *Cauſæ Arreſti* [illiciti relaxandi] de quibus *Conſtitutio Imperii lata Anno 1570. §. 84. Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 24.* Differunt à Cauſis Pignorationum, quod in Proceſſu Arreſti non requiratur res tertia: Quod Pignorationes ſuſcipiantur, Juris novi quærendi gratia, Arreſtum vindictam privatam tantum reſpicit: In Proceſſu Pignorationis præcipitur reſtitutio Pignorum ſine Cautione, [ſcil. ſi non exigatur, Blum. *tit. 32. num. 77.*] in Proceſſu Arreſti cum Cautione: Ibi perſonarum quidem mandatur liberatio auf die alte gewöhnliche Urphed/ hoc eſt, de non ulciſcendo, auf Wiederſtellung/ wann es mit Recht erkennet würde.

Num. 2. Differentia Cautionis.

Cautio autem hæc [ſcil. in Proceſſu Cauſalium] non eſt de Judicio ſiſti & judicatum ſolvi, prout in Proceſſu Arreſti, ſed tantum pro conſervando Jure pignorandi, conf. Blum. *tit. 33. num. 18. ſeq.* Textor. *Diſputat. 9. §. 5. & §. 36. ſeqq.*

Num. 3. Conſtitutio non ambigua.

Cæterum textus hujus Conſtitutionis de Arreſtis poſt declarationes *in Receſſ. Imper. 1594. §. 81.* & *Receſſ. Deputat. 1600.*

§. 48.

§. 48. factas & *in Conc. Ord. Cam. dict. tit. 24.* relatas, obſcuritatem habere non videtur. Notus eſt in eam Commentarius Andreæ Gailii. Quæ poſt ejus tempora acceſſere Conſtitutioni, rem declarant ſatis. [conf. Klock. *tom. 3. conſil. 141. num. 13. & conſil. 168. num. 8. ſeqq.*] Quæ dubii ſpeciem præ ſe ferunt, hic exponemus. *Formulam* notatu dignam *Mandati Arreſti* vid. apud Roding. *Mantiſſa III.* Proceſſus non eſt bipartitus, ut in Pignorationibus, ſed ſimplex, ſcil. *Mandati de relaxando.* Num. 4. Proceſſus ſimplex.

Exceptiones contra Mandatum recenſet Blum. *n. 37. ſeqq.*

Remittitur cauſa principalis perinde ut in Proceſſu Pignorationum ad Judicem ordinarium, vid. Gail. *de Arreſtis cap. 2. num. 4.* & *cap. 11. num. 30.* Blum. *tit. 33. num. 30. ſeqq.* Num. 5. Remiſſio cauſæ ad Judicem ordinarium.

Ad Occupationes, Invaſiones, Spolia, Turbationes, hanc Conſtitutionem non pertinere tradit Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 13. num. 6.* [*Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 24. §. 1.*] Sed animum arreſtandi oſtendi debere, quod quidem difficulter fieri poſſit. [vid. Klock. *Relat. Cam. 68. num. 5. ſeq.*] Cæteri caſus negativi habentur in ipſo textu *§. 1. ſeqq.* quem repetiit Blum. *num. 7. ſeqq.* Num. 6. Ad quæ facta Conſtitutio de Arreſtis non pertineat.

Excipiuntur ſpeciatim ab hac Conſtitutione Arreſta, quæ non fiunt auctoritate propria, non, quod hæc ſemper Jure fiant, ſed quod aliis quam hoc, remediis [v. gr. Appellationis vel Mandati auf die vier Fälle / vid. *infrà §. 10. num. 37. & 39.*] utendum ſit, vid. Textor. *diſputat. 9. theſ. 9. & theſ. 33. 35.* Ut & illa quæ Jure Magiſtratus ſuſcipiuntur. Hinc fluit diſpoſitio *§. 3.* [*Conc. Ord. Cam. h. tit.*] quod ad Conſtitutionem de Arreſtis prohibitis non pertineat tale Arreſtum, quod à Magiſtratu loci, ad requiſitionem tertii, pro ſuo intereſſe imponitur rebus ſive bonis, ſub Magiſtratus illius Jurisdictione tunc exiſtentibus. Sed quare *in §. 5.* non eadem eſt ratio Arreſti Perſonarum? Rationem puto eſſe quod in viarum publicarum uſu majori ſecuritate quilibet frui debeat, neque metuere, ut in tranſitu, ob qualemcunque requiſitionem tertii à proſecutione ſui itineris & negotiorum, quæ quandoque moram non patiuntur, poſſit prohiberi. Num. 7. Expoſitio Textus §. 3. & 5.

Favori itaque Locorum aut Commerciorum & quod aliis remediis ſibi proſpicere debeat requirens, hæc diſpoſitio Legis facta eſt. Civilem cauſam non criminalem eſſe debere materiam ſubſtratam, facile intelligitur. Porrò dicitur in textu *§. 5. verſ.* Da ſonſten die andere *Requiſita* vorhanden ꝛc. ſcilicet Actor & Reus debent eſſe immediati. Actor erit vel ipſe arreſtatus, vel perſona ei ſubjecta, Reus non is qui Arreſtum à Magiſtratu petiit, ſed Magiſtratus immediatus qui Arreſtum ad requiſitionem impoſuit. Ergo ratione perſonæ requirentis an mediatus ſit an immediatus? nihil intereſt. Circa dubium Camerale apud Blum. *§. 14.* notandum, quod ex uſu Judicii Affirmativa obtineat donec aliud ſtatuatur Lege Imperii, vid. *Dub. Camer. 1595. Dub. 12. 32.* & *Reſolut. Stat. ſub Lit. A. §. 5. & §. 10.* [quæ *Conc. Ord. Cam. Edit. Wezlar. 1717. in Append. Num. II. pag. 11. 21. & 59.* acceſſere.]

§. X.

Num. 1. Cauſæ Mandatorum celebres.

Num. 2. Utilitas Proceſſus.

Venio ad *Cauſas Mandatorum*, quorum adeò celebris eſt praxis, ut Procuratores Cameræ in doctrinæ & induſtriæ gloria habeant, ſi cauſarum primæ Inſtantiæ merita ad Proceſſum Mandati dirigere ſciant. Nec immerito, cum executivus ſit Proceſſus Mandati, non irregularis quidem, ſed tamen extraordinarius & privilegiatus, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 42. princ.* [prohibentur verò Procuratores Supplicationes ad Mandata Sine Clauſula non qualificatas Judicio exhibere per *Decretum Generale de 4. Aprilis 1721. num. 11.*] Ordinariè enim à Citatione, non à præcepto incipit Judex & naturâ prius eſt noſcere quàm judicare, *princip. tit. 23. Ord. Cam. part. 2.* qui *in Concept.* eſt *tit. 25.* Friderus *de Interdictis cap. 14.* Coccej. *de abuſu Mandator. Sine Clauſula §. 3. ſeqq.*

Num. 3. Non ſemper requiritur ut Reus ſit immediatus.

Ad Mandata Sine Clauſula decernenda non ſemper requiritur ut Reus ſit immediatus. Duodecim recenſentur caſus apud Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 49.* ubi etiam contra Mediatos habeant locum.

Num. 4. Differentia Mandatorum

Ante omnia dicendum puto de *Differentia Mandatorum Cum & Sine Clauſula.* Non ſatisfecit JCtis neque Blum, *tit. 34.*

num. 11.

num. 11. 19. 20. junct. *num. 191. ſeq.* neque Roding. *lib. 1. tit. 12. lib. 3. tit. 5. tit. 40. & ſeq.* Et Blumii quidem caſtigatio à Deckherro, ſi vixiſſet, erat expectanda. Omnia in Rodingio pariter ac Blumio commixta ſunt, ut Studioſus Juris Cameralis vel *Tyro* (vid. Roding. *lib. 3. tit. 5. §. 5.*) evolutis titulis, qui de Mandatis agunt, quid ſibi tenendum ſit, neſciat. Obſcura eſt, quæ vulgò traditur differentia inter Exceptiones contra Mandatum, & contra declarationem pœnæ apud Blum. *num. 19.* [Eyben *Diſſertat. de Mandatis Sine Clauſula §. 7. & 9.* Moſer Reichs-Hof-Raths-*Proceſs part. 1. cap. 1. §. 5.*] & reliquos Auctores paſſim, vid. Schwanman. *obſervat. 134. num. 21. ſeq.* Perceptione difficilis eſt diſtinctio inter Exceptiones ſub- & obreptionis, vid. Blum. *num. 191. 192.* & alios. Igitur ſic habe. Differunt utrumque Mandatum ſubjecto, objecto, forma, effectu. Subjectum ſcil. paſſivum, Mandatorum *Sine Clauſula* latius eſt, quam Mandatorum *Cum Clauſula.* Contra omnes, quibus *Cum Clauſula* mandari poteſt, poterit etiam *Sine Clauſula*, ſed non contra. Ita qui Privilegio Auſtrægarum fruuntur in prima Inſtantia per viam ſimplicem Mandati Cum Clauſula in Jus vocari nequeunt, Blum. *num. 32.* Roding. *lib. 1. tit. 12. §. 7. & 33.* ratio infrà [*num. 23. 24.*] indicabitur. Aliud dicendum, ſi Mandatum ſit mixtum, partim Sine, partim Cum Clauſula; tunc enim vi continentiæ cauſæ Forum Cameræ fundabitur, Gail. *lib. 1. obſ. 32. num. 6. 11.* & *de Pignorat. obſ. 19. num. 4.* Gylman. *in Præjudic. Rubr. Mandata Cum Clauſula. verſ. 5. Fallit. pag. 158.* Roding. *lib. 1. tit. 4. cap. 7. §. 19.* & *cap. ſingular. poſt tit. 17. §. 20. 23. 66.* Frider. Mindan. *de Interdictis cap. 20. num. 56.* Idem *de Mandatis lib. 2. cap. 5.* & *de Continentia Cauſæ cap. 12. num. 8. 16.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 5. pag. 394. num. 11.* & *pag. 395. num. 14.* Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 1. cap. 28.* & *claſſ. 3. cap. 17.* Schwanman. *Proceſſ. lib. 2. cap. 15. num. 12.* [conf. Eyben *dict. Diſſertat. §. 4.* & Moſer in Reichs-Hof-Raths-*Proceſs part. 1. cap. 1. §. 4.*]

Cum, & Sine Clauſula.

Auctorum Cameralium obſcuritas in ea explicanda.

Num. 5. Differentia Subjecti.

Num. 6. In ſimplici Mandato Cum Clauſula primæ Inſtantiæ Forum non eſt Camera, ubi Reus Auſtrægis gaudet.

Num. 7. Aliud ſi Mandatum ſit partim Sine, partim Cum Clauſula.

Objectum verò Mandatorum *Cum Clauſula* latius patet, quam Mandatorum *Sine Clauſula, Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25.*

Num. 8. Differentia Objecti.

 princ.

princ. nam ad hoc fundandum tantum quatuor ſunt genera factorum, vulgò *quatuor Caſus*, *Ordinat. Carolin. 1555. part. 2. tit. 23. in Concept. tit. 25.* Eyben *Diſſertat. de Mandatis Sine Clauſula §. 6. ſeq. Cum Clauſula* etiam in aliis mandari poteſt. Ad uſum quotidianum ablegat *novitios Practicos*, (in quorum gratiam ſcripſiſſe ſe fatetur *tit. 1. num. 5.*) Blum. *tit. 34. num. 54.* Ipſe Advocatus quidem Cameræ, ſed Libris edendis magis, quam cauſarum patrociniis addictus. Ratio erat danda quare in Caſibus aliis *Sine*, in aliis nonniſi *Cum Clauſula* mandari oporteret. Quæ alia non eſt, quam quod negotia quædam ejus ſint naturæ, ut injuſtitia Rei, & injuria Actori illata vel inferenda, confeſtim eluceat, ſolaque opus ſit facti demonſtratione veroſimili, Roding. *lib. 1. tit. 12. §. 6.* Coccej. *dict. diſſertat. de abuſu Mandator. Sine Clauſula §. 21. 22. 35. ſeqq.* [Böhmer. *Conſil. tom. 1. part. 1. reſponſ. 7. num. 29. ſeqq.*] Alia ita ſe habent, ut etiamſi vera ſint Narrata, poſſit tamen Actio per exceptionem aliquam elidi. Hinc origo *Clauſulæ*, quam vocant, *Juſtificatoriæ*, quam legeſis apud Blum. *num. 17.* Roding. *lib. 3. tit. 5.* vid. Eyben *dict. diſſertat. de Mandatis Sine Clauſula §. 6. ſeq.*

Num. 9. Quare objectum Mandatorum Cum Clauſula ſit latius.

Num. 10. Origo Clauſulæ Juſtificatoriæ.

Num. 11. Differentia Formæ.

Forma Mandatorum Cum Clauſula diverſitas, ab illis quæ Sine Clauſula decernuntur, ex Formulis apud Blum. & Roding. *dict. loc.* ſatis elucet, vid. Roding. *ibid. §. 8.* In illis Citatio adjuncta eſt ad proponendas Cauſales, cur parere Reus non teneatur, cum Termino duorum Menſium. In his, ſcil. Sine Clauſula, additur clauſula enixæ voluntatis: daran geſchiehet unſere ernſtliche Meynung. [vid. Blum. *Supplicat. Camer. tit. 13. num. 6.*] Citationis Terminus eſt unius ſolum Menſis. Neque ad proferendas Cauſales, ſed ad docendum de Paritione cum eventuali declaratione in pœnam, vel ad cauſas, cur declaratio fieri non debeat, allegandas.

Num. 12. Differentia Exceptionum in utroque Mandato.

Differentia Cauſalium in Mandatis Cum Clauſula ab hiſce in Mandatis Sine Clauſula ex indole Exceptionum petitur. Exceptiones aliæ ſunt ad Factum pertinentes, aliæ ad Jura. Æquipollens eſt diſtinctio inter Litis conteſtationem Negativam & Affirma-

firmativam. Illa enim in facto contrario fundatur, hæc in Jure. Verba differunt, res eſt eadem, vid. Schilter. *ad Inſtitut. tit. quib. mod. tollitur obligat.* & *Prax. Jur. Roman. tit. ff. de Exception.* Facta ſi negantur, ſi aliter ac narravit Actor, ſe habere demonſtrantur, dicitur *Exceptio ſub- & obreptionis*, Coccej. *dict. diſſertat. §. 43.* Roding. *lib. 3. tit. 40. §. 14.* quæ Appellatio inde eſt, quod Judex Reo inaudito, niſi pareat, pœnam in Mandato comminetur, quod non facturus fuiſſe creditur, ſi de circumſtantiis facti veris informatus fuiſſet. Hoc enim propriè dicitur ſubreptio ſive obreptio, vid. Blum. *num. 192.* Contra Citationem ſimplicem, nulla poteſt objici ſubreptio, quia hæc ſine ullo præjudicio Rei decernitur. Mandato Cum Clauſula nulla etiam opponitur obreptio, quia Judex non purè ſed Cum Clauſula præcepit. Itaque contra Mandata Sine Clauſula admittitur tantum Exceptio ſub- & obreptionis, hoc eſt, *Facti contrarii, non Juris*, quia præceptum, ſi Narrata ſunt vera, Jure certo nititur, Hiltrop. *Proceſſ. Judiciar. part. 2. tit. 4. num. 24. 25. 26.* Frider. Mindan. *de Mandatis lib. 2. cap. 15. num. 4.* Eyben *dict. diſſertat. de Mandatis Sine Clauſula §. 25.* Textor. *diſputat. 7. theſ. 50. uſque 53.* [Roding. *lib. 3. tit. 40. §. 14.*] In Cauſis verò Mandatorum Cum Clauſula admittuntur Exceptiones non Facti tantum ſed etiam Juris, quia etiamſi Facta ſint vera & probata, tamen Jus Actoris ita comparatum eſſe videtur, ut Actio fortè poſſet elidi, vid. Textor. *dict. diſputat. 7. theſ. 53.* Non eſt novum Actionis fundamentum probari, & tamen per Exceptiones elidi. Actore non probante, non quæritur de Exceptionibus, ſed Reus abſolvitur; Probatâ verò Actione, Exceptiones Juris veniunt ſub examen. (*a*) Patet hinc ratio genuina, cur in Proceſſu Mandati Sine Clauſula Reo tantum Exceptiones uno ſcripto comprehendendæ permittantur regulariter, Actori verò etiam replicandi ſit facultas, vid. Blum. *tit. 34. num. 185.* & *tit. 63. num. 18.* *Decret. General. 13. Decembr. 1659. §. 4.* & *9. Januar. 1660. §. 4.* ſcil. quia quæ ad facti veritatem ſpectant, unico ſcripto ſatis poſſunt demonſtrari. Actori verò ad elidendum tales Exceptiones concedenda erat facultas. Quod ſi

Num. 13. Quid ſit ſub- & obreptio.

Num. 14. Quare in Mandato Sine Clauſula tantùm admittatur Exceptio ſub- & obreptionis. Illuſtratur hæc materia in Nota ſequente ſub (*a*)

Num. 15. Quid ſit elidere Actionem.

Num. 16. Cur in Mandato Sine Clauſula Reo tantùm unicum ſcriptum ſit permiſſum.

Num. 17. Quando Duplica permittatur. ulteriores novas probationes attulerit Actor in Replica, Reo, ſi petierit, facile datur venia duplicandi, *Rec. Imp. 1654. §. 78.*

Num. 18. Speciales quædam Meditationes de Mandatis Sine Clauſula eorumque recto tramite, ubi de Exceptionibus admittendis, & earum qualitate.

(*a*) *Meminimus hic Meditationum Viri cujusdam celebris Imper. Cam. Aſſeſſoris,* [*Beati quondam* Dn. de Dreſanus] *aliquando ea de materia publicè prolatarum, quarum ſumma erat: Mandatorum Sine Clauſula in Camera decretorum obſervari* Claſſes quatuor. *Quarum* Prima *contineret Mandata, in quibus ſeparatur cauſa principalis Petitorii, à quæſtione facti exorbitantis, contra quod præceptum Sine Clauſula eſt directum, quæ vocatur phraſi Camerali* punctus Paritionis, *v. gr. in caſu Poſſeſſionis turbatæ. Hujus Claſſis eſſe ſpecies duas Mandatorum.* Unam, *ubi punctus Paritionis non plene, ſed ad tempus ſolum evacuatur, uti fit* in Cauſis Pignorationum, *in quo Proceſſu punctus Paritionis tantum interlocutoriè, hoc eſt, in ſummario Poſſeſſorio, deciditur, donec examinatæ fuerint Cauſales, in ordinario.* [vid. ſuprà §. 8. num. 7. & 8.] *Salva tamen in utroque Proceſſu Mandati Sine Clauſula & Cauſalium, & Cauſæ principalis, id eſt, Petitorii deciſione, in Foro competente facienda,* vid. Receſſ. Deputat. 1600. §. 51. Alteram *ſpeciem, in quibus Paritionis punctus plene evacuatur, hoc eſt, quæſtio ordinarii Poſſeſſorii deciditur, ſalva iterum deciſione Petitorii in Foro competente,* Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. §. 1. *de utraque ſpecie agi* in Receſſ. Imper. 1594. §. 79.

Secunda Claſſis *comprehendit Mandata Sine Clauſula, quæ* ad Executionem Judicati *tendunt; ad quam Claſſem etiam referri debeant Mandata de* ſolvendo, *de* adimplendo Tranſactionem & ſimilia, *quotiescunque Obligatio contracta cum Pacto Executivo* mit oder ohne Recht / *alias enim non fore locum Mandato Sine Clauſula.*

Tertia Claſſis, *quæ* Poſſeſſionem *quidem ſed* controverſam *reſpiciunt atque inhibent Reo turbationem ſalva Juſtitia Cauſæ principalis ſive Petitorii.*

Quarta *denique* Claſſis *Mandatorum Sine Clauſula, quæ fundantur* in Conſtitutione aliqua Imperii univerſali, *v. gr.* Pacis Religioſæ & Weſtphalicæ, *prohibentque Contraventionem vel Turbationem absque reſpectu ad Poſſeſſionem, ſed quia in Petitorio etiam aliter judicari non poſſit.*

Ex hiſce Secundam & Quartam Claſſem Mandatorum præter Leges, Praxi Forenſi eſſe introductas, & ſub figura Mandati Sine Clauſula eſſe Proceſſum Petitorii, cum tamen juxta mentem Legum Mandata Sine Clauſula, Petitorium deberent relinquere intactum. Hinc in §. 13. tit. 25. part. 2. Concept. Ordinat. Camer. (*qui eſt deſumtus* ex reſolutis Dubiis Cameralibus de Anno 1583. adjunctis Edit. noviſſ. Concepti de Anno 1717. in Append. Dub. 12. pag. 4. ſeq.) *ad unum idemque factum mandari dicitur* Cum & Sine Clauſula, *ſcilicet diverſo reſpectu, neque ſimultaneè: Cum Clauſula mandabatur acceſſoriè in Petitorio, Sine Clauſula verò, relicto*

tamen

tamen priore Mandato, ſuper Conſtitutione de quatuor Caſibus, hoc eſt Petitorio ſalvo. Pariter in caſu converſæ Poſſeſſionis locum non eſſe debere Mandato Sine Clauſula, ſed Citationi, juxta tit. Ordinat. de Litig. poſſeſſ. *Fruſtra alias fore Conſtitutiones ſpeciales de Arreſtis, de Pignorationibus, de Poſſeſſione litigioſa. Neque committere Reum factum omni Jure prohibitum ſi in Poſſeſſione controverſa ſemetipſum tueatur.*

Hæc tametſi ita ad Legum mentem eſſent exigenda, tolerari tamen ex uſu Judicii Cameralis facilius poſſe Mandata tertiæ & quartæ Claſſis, ſi alias etiam ob qualitatem vel perſonæ Rei, vel Cauſæ, Juriſdictio Cameræ fundata eſſet in prima Inſtantia, ad evitandas plures litium ambages. Ea tamen cum cautela, ut Exceptiones Rei non coarctentur ad ſolas facti circumſtantias, ſed quæcunque Exceptiones, quibus intentio Actoris, probata licet, elidi queat, admittantur: Inter eas eſſe poſſe etiam quæſtionem de ſenſu Conſtitutionis Imperii, ſi forte ſit dubia: Prout è contra in Mandatis primæ & ſecundæ Claſſis *ſolæ Exceptiones Facti, & quæ non eſſent altioris indaginis, locum haberent,* Receſſ. Imper. 1594. §. 77. Receſſ. Deputat. 1600. §. 61. Hactenus prælaudatæ Meditationes.

Quibus nos, in ordine ad doctrinam de Exceptionibus admittendis adverſus Mandatum Sine Clauſula calculum non denegamus. Nam quod dictum fuit num. 14. *non admitti Exceptiones alias, quam quæ ex facto reſultant, habet pro re nata quandam amplitudinem, ut omninò comprehendantur etiam tales Exceptiones, quæ facti circumſtantiis & cauſæ principali ita ſunt permixtæ, ut ab ea ſeparari & divelli nequeant. Ex. gr. Præſcriptionis, falſi Inſtrumenti, Nullitatis Contractus, Pacti de non petendo, Jurisjurandi, Solutionis, & ſimiles,* vid. Fridcr. Mindan. de Mandatis lib. 2. cap. 15. §. 4. Schwanman. Obſervat. Camer. 134. num. 21. ſeqq. *Et in univerſum, omnes Exceptiones quæ contra Sententiam in ipſa Executione opponi poſſunt, etiam locum habituras adverſus Mandatum Sine Clauſula, docet* Eybenius diſputat. de Mandatis Sine Clauſula §. 25. *Quod ſuprà dicebatur de exceptione legis dubiæ, ita intelligi credo, ſi ſit dubium verum, non imaginarium & ex partium ſtudio confictum. Nam onere probandi gravabitur Reus, qui in tali dubio exceptionis poneret fundamentum, quod legis ſit is, quem ipſe vult, ſenſus.*

Porrò, quod pro diverſitate objecti Mandati Sine Clauſula Exceptiones ſint vel reſtringendæ vel ampliandæ, ratio ſuadet. Cum enim Proceſſus in Camera decernantur in Senatu Extrajudicialium, qui ex paucis Aſſeſſoribus eſt compoſitus, quandoque per majora, & parte adverſa non audita (excepto caſu Subditorum contra Magiſtratum) [ubi ſemper præmittendæ ſunt Literæ pro Informatione, vid. Receſſ. Imper. 1654. §. 105. & Receſſ. Viſitat. 1713. §. 10.] *Decretum hoc Senatus Extrajudicialis non poterit ex ſola qualitate ſive Rubrica,*

Proceſſus Mandati Sine Clauſula talem habere effectum, ut in deciſione cauſæ, Senatui Definitivarum præcluſa ſit poteſtas Exceptiones ampliores audiendi & deſuper judicandi. Illud obſervandum putavi, quod interpres Legum optima ſit Praxis Judiciaria ſupremorum Imperii Dicaſteriorum, non ſingularis forte unius alteriusve exempli aut perſonæ, ſed conſtans & univerſalior. Cum itaque in Conſtitutionibus Imperii, Receſſ. Imper. 1594. §. 79. (*qui eſt* in Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. §. 2.) & Receſſ. Viſitat. 1713. §. 9. *arbitrium Judicis in decernendis Mandatis Sine Clauſula non ſit reſtrictum ad caſus expreſſos, ſed Legum generalium imo & Juris Civilis communis applicatio ad factum diſcretioni Judicis relicta.* (conf. Obſervationes ad dict. tit. 25. Ordinat. Camer. adjunctas edit. noviſſ. Wetzlar. des Concepts.) *Exiſtimo non temere Aſſeſſores Cameræ Stylum & Praxin Anteceſſorum ſecuturos, in decernendis Mandatis Sine Clauſula*, vid. Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 4. ſeq. *neque id per abuſum fieri. Quotusquisque enim eſt, qui neſciat infinitum numerum Mandatorum Sine Clauſula in utroque ſupremo Imperii Judicio decretorum & deciſorum, in quibus Merita Cauſæ principalis fuerunt exactiſſime à partibus diſcuſſa, licet in via Citationis, forte aliud fuiſſet primæ Inſtantiæ Forum. Judici ſane tunc integrum erit, materiam Proceſſus, uti à partibus propoſita fuit, dijudicare. Valde enim durum foret, meâ ſententiâ, ſi poſt telam litis Cameralis longo temporis intervallo (quod evitari difficulter poteſt) peractam, cauſa principalis, à partibus in Proceſſu Mandati, ut plerumque fit, fuſiſſimè tractata, ad novum litis exordium in alio Foro, remittatur.*

Ad finiendas omni ſtudio lites, [*non adtrahendas*, conf. B. Auctor. Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 1. circ. fin.] *Judicia ſunt conſtituta, ergo ambages amputari oportet: Equidem is non ſum, qui omnia Mandata Sine Clauſula decreta, ſive antiquiora ſive recentiora, approbare velim. Homines utique fuimus, ſumus, & erimus. Hæc forte eſt ratio Conſtitutionis, ne idem Aſſeſſor, qui Supplicam pro Mandato extrajudicialiter retulit & Mandatum ſuo voto decrevit, poſtea in Judiciali Relatione eſſet Referens*, Receſſ. Imper. 1654. §. 139. in fine. *Ad quem textum varia notari poſſunt.*

(1.) *Quod ad Proceſſus Appellationis non pertineat, utpote qui ſine ſcrupuloſo examine materialium, ad narrata Gravamina, modo hæc aliqualem habeant ſpeciem, decerni debent*, Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 10. in fine. [conf. B. Auctor. part. 1. Obſervat. Forenſ. 1. not. 6. & infrà Sect. II. §. 1. num. 3. & ſeqq. Gail. lib. 1. obſervat. 150. num. 10. Mev. part. 1. deciſ. 7. deciſ. 12. not. 5. deciſ. 26. not. ult. & deciſ. 62. not. 1.]

(2.) *Quod uniuscujusque Aſſeſſoris religio non faciat erubeſcere proprium Decretum, ſi ſub- & obreptio deducatur, corrigere.*

(3.) *Quod*

(3.) *Quod Mandata Sine Clauſula non uti Appellationis Proceſſus, cum leviori examine Gravaminum, ſed pravia prælectione Supplicæ cum Adjunctis, in Senatu cum exactiſſima facti & probationum inquiſitione, decernantur, neque ab uno Aſſeſſore, ſed à pluribus. Quare ergo ſolus Referens extrajudicialis excluditur à Relatione judiciali, cum in reliquis ratio ſit plane eadem ? Et cum non excludatur Referens extrajudicialis, quo minus intereſſe poſſit in eadem cauſa Senatui Definitivarum, ſane onus Relationis eidem ſine periculo poterat relinqui. Veriſſimum eſt & experientia comprobatum, ſi in Camera Imperiali modus ille obſervaretur qui eſt in Judicio Aulico, ut poſt diſtributionem Supplicæ pro Proceſſu, idem ſemper maneat Referens (niſi ex cauſa juſta ſuperveniente impediatur) ſive extrajudicialiter ſive judicialiter cauſa tractetur, infinitis protelationibus litium, & defectibus hucuſque obſervatis, poſſe occurri. Cujus tamen rei deciſio à Legislatoribus eſt expectanda, neque poteſt omnium, quæ à majoribus conſtituta ſunt, reddi ratio. Neque etiam, (quod tamen abſque ambitione & detrimento dictum volo) omnes qui Legibus publicis componendis adhibentur, omnium circumſtantiarum Judicii, cui Lex fertur, ſunt gnari, qui, ſi in Judicio Camerali ipſi conſediſſent juſto tempore, quandoque in nonnullis circumſtantiis aliter fuiſſent conſulturi. Sed redeundum eſt à digreſſione. Legum verba generaliter expreſſa, per antecedentia interpretanda eſſe, ratio ſuadet, ita ut uſus rectus Styli Judiciarii non tollatur, ſed adjuvetur potius.*

Credo firmiter, fuiſſe quandoque decreta Mandata Sine Clauſula, quæ decerni non debuerant, ſed hoc ſtylum univerſaliorem non infringit. Et in judiciali diſcuſſione inſpicitur accuratius, ſubſiſtatne, vel non, Mandatum Sine Clauſula. Tandem quod attinet ad Forum primæ Inſtantiæ ſive Auſtrægarum, ad quod regulariter ſpectare dicitur cauſæ principalis deciſio. Injungitur in Legibus Imperii ſollicita iſtius beneficii obſervatio paſſim, & noviſſimè in Receſſ. Viſitat. 1713. §. 9. *Utinam & procraſtinationibus in iſto Foro remedium conſtitueretur ſufficiens ! Nam experientia teſte, plerumque inſervit Auſtrægarum exceptio non maturationi Juſtitiæ in Foro primæ Inſtantiæ, quam ei fini, ut Actor per infinitas moras cum ſua actione remitti poſſit ad Calendas Græcas. Hinc forte eſt, quod in Conſilio Aulico in caſibus ad Mandata Sine Clauſula non qualificatis per Proceſſum Reſcriptorum multæ controverſiæ finiantur via compendioſiori, quam in Camera, ubi omnes Proceſſus primæ Inſtantiæ ad modulum vel Citationis vel Mandatorum ſunt exigendi. Sed manum hac de tabula.*

De variis Mandatorum ſpeciebus vel claſſibus, infrà *occurrent plura notanda.*

Supereſt explicanda differentia utriusque Mandati Cum & Sine Clauſula ratione *Effectus*. Si Legislatorum mens & Mandatorum Sine Clauſula intentio ſpectatur, non poteſt eſſe alia, quàm Num. 19. Differentia Effectus.

In Mandato Sine Clauſula exceptio non admittitur, niſi contra veritatem Narratorum.

ut ſequatur Paritio ſine exceptione ulla, quàm ea, quæ contra Narratorum fidem adferri poteſt. [conf. Mev. *part. 2. deciſ. 183. & 197.* & Ludovici *Uſ. Pract. Diſtinct. Jurid. tit. de Conſtit. Princip. diſtinct. 1.*] Tunc verò ut inobediens in pœnam declaretur.

Num. 20. Formula Sententiæ Paritoriæ in Mandato Sine Clauſula.

Quo etiam pertinet Formula Sententiæ Paritoriæ: Glaubliche Anzeige zu thun / daß dem außgangen / verkünd / und reproducirten Kayſerlichen Mandat gehorſamlich gelebet ſeye / mit dem Anhang / wo er ſolchem alſo nicht nachkommen wird / daß ſein Principal jetzt als dann / und dann als jetzt / in die Pœn berührtem Mandat einverleibet / hiermit erkläret / ꝛc. vid. Blum. *tit. 34. num. 177. & 180.*

Num. 21. Aliter in Mandato Cum Clauſula.

In Mandato Cum Clauſula non præcipitur Paritio ſimpliciter, ſed Exceptiones contra Mandatum admittuntur: quibus examinatis, ſi non ſint in Jure fundatæ, fertur Sententia Paritoria, non eadem Formula, qua in Mandato Sine Clauſula, *ut doceat Procurator de facta Paritione*, ſed ita *per modum Sententiæ Definitivæ*, daß Beklagter dem Kayſerlichen Mandat zu gehorſamen ſchuldig / vid. Gylman. *in Præjudic. Rubr. Mandata Sine Clauſula. pag. 190.* addito termino docendæ Paritionis & omiſſa formula declarationis in pœnam: jetzt als dann / und dann als jetzt / vid. *Formulas in Sententiarum Collectione* Blumiana *Num. 348. & 351.* Deckherriana *Num. 5. 21. 294. 614. & 999.*

Num. 22. Cur hodie utriusque Mandati eadem debilior inſit virtus, neque declarationes fiant in pœnam.

Sed declarationes in pœnam hodie etiam in Proceſſu Mandati Sine Clauſula plerumque in verbis & formulis ſubſiſtunt, rariori effectu declarationis puræ in pœnam contra inobedientes, quæ an ad frequentiorem uſum ſint deducenda, quæſtio foret non Juris ſed Conſilii, vid. Roding. *lib. 3. tit. 41. §. 25. ſeq.* Sed hic etiam de mediis obtinendæ Executionis foret cogitandum, ne ſpernantur pœnæ, quarum non datur Executio.

Num. 23. Cavendus abuſus Mandatorum Sine Clauſ.

Cavendum etiam ne Mandata Sine Clauſula in abuſum trahantur, decernendo ea ubi decernenda non erant, vid. *Receſſ. Viſitat. 1713. §. 9. 10.*

Num. 24. Differentia Mandati Cum Clauſula à Citatione ſimplici.

Dicendum adhuc eſt de *differentia Mandati Cum Clauſula & Citationis ſimplicis.* Sunt, qui nullam agnoſcunt vel exiguam, vid. Roding. *lib. 1. tit. 12. §. 119. ſeq.* & *lib. 3. tit. 5. §. 11.* Blum. *tit. 34. num. 63.* Gail. *lib. 1. obſ. 19.* unde & factum, quod Mandatis

datis Cum Clauſula contra Status Imperii, qui Privilegio Auſtrægarum fruuntur, non datus ſit locus niſi acceſſoriè, ex continentia cauſæ Mandati Sine Clauſula, Roding. *lib. 3. tit. 5 §. 21.* vide *ſuprà num. 7. pag. 75.*

Alii vim retinere Mandatum ratione Judicis dicunt ſi Reus comparuerit, ita ut in arbitrio ſit Judicis ferre Sententiam Paritoriam, Gylman. *in Præjudic. Rubr. Mandata Cum Clauſula pag. 186.* vid. Frider. Mindan. *de Mandatis lib. 2. cap. 7. num. 2.* & ex eo Blum. *tit. 34. num. 38. & num. 63. ſeqq.* quæ eſt declaratio ob ſcuri per magis obſcurum. Clarius ita diceres: Mandatum Cum Clauſula non minus ac ea, quæ ſunt Sine Clauſula, ad facti viam compeſcendam eſſe comparata & in Legibus fundata, vid. omninò Schilterum *ad tit. ff. de Interdictis. §. 1. ſeq. præcipue §. 5. 6.* In *Citationibus* de Jure tantum experimur, neque à præcepto, hoc eſt, Executionis ſpecie, inchoatur Proceſſus, vid. *Rec. Imp. 1594. §. 80.* junct. *Rec. Imp. 1654. §. 81.* Mev. *part. 1. deciſ. 2. num. 6.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 3. pag. 135.* & *cap. 9. pag. 860.* Textor. *ad Receſſ. Imper. 1654. diſſertat. 7. theſ. 10. ſeq.* Frider. Mindan. *de Mandatis lib. 2. cap. 6. & cap. ſeq.* Deckher. *in Notis* ad Koch. *in Ordinat. Camer. part. 2. tit. 23.* & ad Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 2. cap. 9.* Hoc eſt, quod intellexere Juris Cameralis Interpretes, negantes reſolvi Mandatum Cum Clauſula in vim ſimplicis Citationis, ſed ſuſpendi tantum, donec de cauſis Exceptionum fuerit cognitum, ita ut contumace Reo, neque parente, fieri *poſſit* declaratio in pœnam, qui eſt effectus Mandati, non Citationis ſimplicis, vid. Gylman. *Symphorem. tom. 2. part. 3. tit. 2. num. 24. pag. 31.* Gail. *lib. 1. obſ. 19.* Hinc lata Paritoria ad Mandatum Cum Clauſula, rectè dicitur mutari in Mandatum Sine Clauſula.

Num. 25. An reſolvantur Mandata Cum Clauſula in Citationem ſimplicem.

Clarior explicatio.

Deinde Proceſſus Mandati Cum Clauſula non minus eſt privilegiatus [ſcil. in modo probandi] quàm Sine Clauſula. Neque *Reconventionem* admitti ut in Proceſſu Citationis, exiſtimo, ubi tamen pro re nata arbitrium Judicis excludi nolim. Actor pleniori probatione Juris ſui non habet opus, ſed ſufficit inju-

Num. 26. Uterque Proceſſus Mandati eſt ſummarius. Nulla Reconventio.

Num. 27. Convenientia utriusque Mandati in Probatione.

riam à Reo ſibi illatam vel inferendam probabiliter docuiſſe, cui à Judice habetur fides, donec à Reo doceatur contrarium, perinde ut in Mandatis Sine Clauſula, quatenus ſcil. præſumtionem Juris pro ſe habet Actor, vid. Schwanman. *Proceſſ. Camer. lib. 2. cap. 15. num. 15.* Frider. Mindan. *de Mandatis lib. 2. cap. 7. num. 5.* Barboſ. *Rubr. Reus. axiom. 3.* In Reum verò excipientem [in Mandato Cum Clauſula eodem modo ut in Mandato Sine Clauſula] major pleniorque devolvitur Juris probatio, tanquam Actoris partes ſuſcipientem, per Legem expreſſam *Receſſ. Imper. 1594. §. 80.* repetitam *in Receſſ. Imper. 1654. §. 81. verbis: Summariſche Außführung ſeines Rechts ſub præjudicio zu übergeben/* Blum. *tit. 34. num. 61.* Schwanman. *Obſervat. Camer. 113.* Hæc omnia in Proceſſu Citationis ſe habent aliter.

Num. 28. Aliter in Proceſſu Citationis.

Actori hic incumbit pleniſſima probatio; Nulla contra Reum declaratio poteſt fieri in pœnam. Hanc differentiam ſi inter Mandatum Cum Clauſula & Citationem ſimplicem eſſe neges, nullam planè niſi in verbis dari, & fruſtranea omnia eſſe quæ de Mandatis Cum Clauſula in Legibus Imperii habentur, fatebere. (*b*)

(*b*) *Hæc quæ dixi, eodem ſenſu explicata fuiſſe inveni à celebri & dilucido Proceſſus Judiciarii Commentatore,* Frider. Hiltropio Proceſſ. Judiciar. part. 2. tit. 3. *cujus verba noſtra facimus* dict. tit. num. 7. uſque 11. *Nec enim* ait, *quod vulgò dicitur, ejusmodi Mandata per Comparitionem reſolvi in ſimplicem Citationem, ita accipiendum, quaſi facta Comparitione aliud nihil ſint quam ſimplex Citatio, alium effectum, quam Citatio non habeant; nam quid opus tunc eſſet præmiſſa monitione, & præcepto Citationem adjungere? Præceptum ſive Mandatum, & Citatio, ut diverſa ponuntur, aliud Mandatum Monitionis, aliud Mandatum Citationis, proinde Practici iſta conjungunt, Monitionis, Inhibitionis, & Citationis Pœnale Mandatum, quippe quibus non ſolum citandi: ſed & mandandi vis, & præcipiendi auctoritas ineſt. Conſtat etiam ex eo tale Mandatum Cum Clauſula, licet per Comparitionem reſolvatur in ſimplicem Citationem, differre tamen à ſimplici Citatione, majorisque eſſe importantiæ, quoad effectus Mandati ſubſiſtat, tam ſi compareat, qui monitus, & citatus eſt, quam ſi non compareat; licet enim compareat, nihilominùs tamen Monitorio obligatus manet, donec cauſas relevantes quare parere non teneatur, allegaverit, & allegata fuerint à Judice pro relevantibus approbata, & ſi nullas allegarit, cur Mandatum caſſari debeat, aut non relevantes, Judex per Sententiam injungere poteſt, ut non obſtantibus Exceptionibus Mandato adhuc pareat,*

ſub

ſub comminatione declarationis pœnæ, quod, niſi effectus Mandati facta Comparitione duraret, facere non poſſet, nec ex parte moniti caſſatio Mandati petenda, ut cujus jam nulla amplius eſſet vis. Mandata igitur iſta pœnalia duo in ſe continent, primò, ut metu pœnæ Citatus pareat: deinde ſi nolit parere, ut in Termino Comparitionis virtute dictæ clauſulæ alleget cauſas quare non; ergo non ſufficit ſola Comparitio ad evitandam pœnam, ſed neceſſe eſt ut pareat, vel alleget cauſas, quare non teneatur parere, facit. text. in cap. veniens. 15. X. de accuſat. *hoc dum facit, dum allegat cauſas, quare non &c. tantiſper effectus Mandati in ſuſpenſo eſt, donec decidatur an relevantes ſint nec ne, non tamen evanuit, proinde cauti Advocati norunt punctum Mandati à puncto Citationis diſtinguere. Hinc* Conſultum Cameræ de Anno 1576. ad 39. Dubium *dicit, quod Mandata Cum Clauſula per Comparitionem non ſimpliciter & abſolutè in Citationem reſolvantur, ſed effectus eorum duntaxat ſuſpendatur, proinde in Mandatis Cum Clauſula in primo Termino non Actor Libellum ſed Reus cauſas exhibere cur parere non teneatur, neceſſe habet,* Receſſ. Imper. de Anno 1594. §. Dieweil auch ꝛc. 80. *hinc in cauſis pleno, & ordinario Judicio diſcutiendis, non temere Mandata Cum Clauſula ſed potius Citationes decerni debent,* Conſultum Cameræ de Anno 1576. ad 41. Dubium, Memoriale de Anno 1579.

Num. 29. Caſus Mandatorum Cum Clauſula examinati.

His ita præmiſſis examinabimus paucis caſus in quibus Blum. *tit. 34. num. 39. uſque num. 54.* Roding. *lib. 1. tit. 12. §. 9. uſque 31. Mandata Cum Clauſula* vult decerni: non miror Celeberrimo JCto Coccejo abſurdum videri Mandata Cum Clauſula in iſtis caſibus decernere, cum omnes ad facta omni Jure prohibita, adeò ad Mandatorum Sine Clauſula caſum primum referri queant, *dict. Diſſert. de abuſu Mandatorum Sine Clauſula §. 26. & 30.*

Num. 30. Omnes poſſunt referri ad caſum primum Mandati S. C.

Num. 31. Cauſa fractæ Pacis.

In *Cauſa fractæ Pacis Profanæ vel Religioſæ, Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. §. 11. 12.* Blum. *tit. 34. num. 39.* & *tit. 29. num. 199. ſeqq.* Roding *lib. 1. tit. 12. §. 9. 10. ſeqq.* liberum enim eſt Actori an via Citationis an Mandati, quæ eſt facilior, uti velit.

Num. 32. Quare Cum Clauſula.

Non immerito dubitavere veteres, cur in hoc caſu *Cum Clauſula* Mandata decernantur, in levioribus cauſis *Sine Clauſula.* Et illa quidem, quæ vulgò adfertur ratio, [ex Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 1. cap. 2. num. 2.* deſumta] ne Reus per Mandatum Sine Clauſula ex Poſſeſſione dejiciatur, dudum eſt exploſa, cum eadem in omnibus Mandatis Sine Clauſula obſtat, atque hanc vim

Mandatis Sine Clauſula non ineſſe, nemo eſt rerum peritus, qui
Num. 33. Vera ratio. neſciat, vid. Roding. *§. 10. 11.* Blum. *tit. 29. num. 200. ſeqq.* Vera ratio ex natura objecti Actionis eſt deſumenda. Actio ſuper fracta Pace ſua natura eſt pœnalis, ſi tranſitorium eſt gravamen, ſi verò perduret, mixta eſt ex concurrente Mandato Actio, partim rei partim pœnæ perſecutoria, de concurſu harum actionum vid. Deckher. ad Blum. *tit. 28. num. 83.* & *tit. 29. num. 108.* Pœnam non perſequimur viâ Mandati ſed tantum Citationis, quæ una cum Mandato peti poteſt, & caute petitur, non ad pœnam banni ſed ad pecuniariam, Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 1. cap. 2. num. 5.* Rem verò perſequimur, vel poſſeſſionem tuemur per Mandatum. Quod ſi ſub pœna Conſtitutionis Imperii ſcil. Banni petatur, durum exiſtimavere Camerales JCti veteres, Narrata Actoris nuda eo permovere Judicis religionem, ut alicui nondum convicto, neque audito, reſtitutio rerum ſub pœna adeò gravi injungeretur *Sine Clauſula*, Tennagel. *dict. claſſ. 1. cap. 3. num. fin.* [add.
Num. 34. Hodie cur Sine Clauſula in hoc caſu mandari poſſit. omninò Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit. 29. num. 215.*] Hodie putarem Mandato Sine Clauſula eo caſu futurum locum, quia (1.) per *Receſſ. Imper. 1654. §.* Alle *Supplicanten &c. 79.* Narrata veroſimiliter probanda ſunt ante decernendos Proceſſus. (2.) Banni pœna non amplius frequentatur, ſed pecuniaria in ejus locum ſucceſſit. (3.) Eod. *Receſſ. Imper. §. 193.* Mandata Inhibitoria impertire jubetur Camera contra violatores Pacis Publicæ, quæ Sine Clauſula decernuntur. (4.) Ratio adæquata dari non poteſt, cur non idem in Mandatis Reſtitutoriis locum inveniat. Accedit (5.) Praxis Judicii Imperialis Aulici, de qua Andler. *Jurisprud. lib. 2. tit. 2. num. 22.* conf. Deckher. ad Blum. *tit. 29. num. 200. 201.* qui veteri ſtylo, mutatis rerum circumſtantiis, Judicem non eſſe alligatum, ſtatuit, adde exempla Cameralis Judicii apud Gylman.
Num. 35. Cautela Advocati. *Rer. Judicatar. lib. 2. deciſ. 59. pag. 727.* Interim Advocatus prudens Narrata ad *tit. 23. princ. Ord. Cam.* ſive *tit 25. Conc. Ord. Cam.* dirigere ſciet, quo caſu Mandatis Sine Clauſula ſine dubio dabitur locus, vid. Deckher. ad Blum. *num. 199.* Roding. *dict. tit. 12. §. 13. ſeqq.* Expediret publicæ rei & Juris certitudini, ut dubii hujus Juris

Juris Cameralis, ſi dubium adhuc eſſe creditur, reſolutio deciſiva aliquando daretur.

Si Judex in adminiſtranda Juſtitia ſit negligens, Blum. *tit.34. num.40.* Roding. *lib.1. tit.12. ∫.17.* Quis dubitaret, hic mandari poſſe Sine Clauſula? ut ipſe Blumius concedit *dict. loc.* & *tit.37. num.35.* Si dicas ideò Cum Clauſula mandari, quod protractio vel denegatio Juſtitiæ non præſumenda ſit, ſed Judex cauſas habere poſſit juſtas differendi Sententiam. Reſpondeo: ad nuda Narrata Actoris, vel ſi probatio [quomodo hæc ſic ſuſcipienda? vid. *infrà Sect. II. ∫.3. num.2.* & *Conc. Ord. Cam. part.2. tit.28.*] non ſit veroſimilis, neque Cum, neque Sine Clauſula mandari. Deinde integrum eſt Judici exceptionem ſub- & obreptionis opponere. Num. 36. Ob negligentiam Judicis poteſt Sine Clauſula mandari.

Si de fuga non ſuſpectus ex civili cauſa captus ad oblatam Cautionem non relaxetur, Blum. *num.41.* Roding. *∫.26.* nulla poteſt dari ratio cur non Sine Clauſula mandari poſſit relaxatio, ſi de facto ſatis conſtet, vid. Blum. *num.42. in fin.* [conf. Mev. *part.1. deciſ.1.* Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 2. cap.10.* Frider. Mindan. *de Mandatis cap.55.* ubi de Cautelis circa ejusmodi Mandata agitur] ſi deficit probatio ſufficiens, quod in hoc caſu facile accidere poteſt, majoris cautelæ gratiâ Cum Clauſula Mandatum decernitur. Num. 37. Ob negatam Relaxationem Captivi. Notandum hic eſt, quod ex Praxi Camerali tradit Gylman. & ex hoc repetit Blum. eſſe hoc tale negotium ubi Auſtrægæ ceſſant; quia non à Jure Actionis ſed mero Judicis officio dependet, adde Blum. *tit.27. num.174.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap.5. ſect.1. ∫.13. num.11.* Num. 38. Cur hic ceſſent Auſtrægæ.

Si denegatur à Magiſtratu relaxatio Captivi ob Cauſam Civilem ad oblatum Juramentum Securitatis die Urphed / Blum. *num.48.* Roding. *∫.28.* Conſimilis eſt caſus hic præcedenti & affirmat Blumius ex Gailio ibi allegato etiam Sine Clauſula aliquando hic mandari. Num. 39. Caſus ſimilis priori.

Si *Tertius* bona Banniti poſſideat tempore Executionis, Blum. *num.49.* [Roding. *∫.30.*] caſus eſt hac tempeſtate vix extiturus. Num. 40. Poſſeſſio Bonorum Banniti.

Si

Num. 41. Mora Judicis in Sententia, niſi Appellationi ſit renunciatum.

Si Judex inferior nolit Sententiam ferre priusquam partes renunciaverint Appellationi, Blum. *num. 50.* Roding. *§. 31.* eſt caſus & factum Judicis omni Jure prohibitum, adeoque per Mandatum Sine Clauſula coërcendum, ſi de eo conſtet. [Judicique injungendum, ut pronunciet, quod Juris, modo Cameræ immediatè ſit ſubjectus, Koch. *ad Ordinat. Camer. part. 2. tit. 28. num. 18.* ibique Deckher. *in not.*]

Num. 42. Violatio Pactorum. Cautela in Pactis & Tranſactionibus obſervanda.

Si Pacta & Tranſactiones Immediatorum infringantur, Blum. *num. 51.* ubi *num. ſeq.* exceptiones tradit quæ regulam plerumque tollunt. Quis enim eſt, qui vel per Inſinuationem vel per Confirmationem Judicialem Pactorum efficaciæ proſpicere non ſtudeat? Scilicet, ſi in Pacto vel Tranſactione etiam non confirmata ab Imperatore expreſſum ſit, ut tanquam ex re judicata executivè procedi poſſit contra violatorem, nullum eſt dubium, quin obtineatur à petente & narrata ſua probante Mandatum Sine Clauſula. Sed ſi in Inſtrumento Jurisdictio Cameræ voluntate paciſcentium non fundata ſit in prima Inſtantia, an per ſolum actum Confirmationis Cæſareæ hoc fiat? merito dubitaveris. Cum nulla adferri queat ratio valida, quod paciſcentes petendo confirmationem, eo ipſo foro primæ Inſtantiæ renunciaſſe cenſeantur. Exemplum à Blumio allegatum *num. 53.* Mandati de caſſando & non contraveniendo Pactis Majorum in cauſa Civitatis Roſtochienſis adverſus Ducem Megapolitanum, decreti Anno 1662. huc non quadrat. Licet enim in Supplicationis principio fiat mentio Confirmationum Cæſarearum, tamen non à Confirmatione petitur medium concludendi, ad obtinendum Mandatum Sine Clauſula, ſed quia periculum erat ne Reus ad Executionem progrederetur, adeoque cum facto Tranſactioni adverſo, conjunctum erat periculum in mora. In univerſum, ſi quis ab exemplis Decretorum extrajudicialium (quod Blumio & multis Advocatis eſt ſolenne) regulam vellet exſtruere, in decernendis Proceſſibus ſequendam, absque ulteriori circumſtantiarum inquiſitione, is oppido falletur, cum vix ullus caſus alteri ſit per omnia ſimilis. Quouſque non conſtat an Mandatum aliquod

per

per Sententiam fuerit confirmatum, parum ponderis habebit allegatio Decreti extrajudicialis antiquioris. Et niſi rationum accedat ſimilitudo, ne quidem à Sententia peti poterit aliquod præjudicium. Meminiſſe oportet ſemper, ubi de præjudiciis ſequendis agitur, cautelarum optimarum quas ſuppeditat Deckherrus *in Vindic.* ad Blum. *tit. 2. num. 24. ſeqq.* In quæſtione ergo ſuprà propoſita id tenendum eſt firmiter, præcepto pœnali Sine Clauſula locum non fore, etiamſi quis producat Tranſactionem ab Imperatore confirmatam, niſi ſimul factum, quod allegatur, eam præ ſe ferat ſpeciem, ut Jure defendi poſſe non videatur.

De *Mandatis de non turbando*, quæ regulariter *Cum Clauſula* decerni tradit Blum. *tit. 29. num. 215.* Schwanman. *Obſervat. 125. num. 7.* Nos *ſuprà §. 8. num. 13.* diximus, regulam ſine exceptione non eſſe, ſi poſſeſſio Actoris certitudinem habeat veriſimilem, & concurrant circumſtantiæ, ut majori violentiæ occurrendum eſſe cenſeat Judex, vid. Mev. *part. 1. deciſ. 139.* Gail. *lib. 1. obſ. 78. num. 6.* [Frider. Mindan. *de Mandatis lib. 2. cap. 11. num. 4.*] vel ad ſuſtinendam Sententiarum Cameralium auctoritatem, Schwanman. *Obſervat. 125. num. 7.* [conf. *infrà hoc §. num. 52. Caſ. XII.*] Num. 43. Mandata de non turbando.

Venio ad Mandata Sine Clauſula. Quatuor in textu Ordinationis exprimuntur caſus, quos repetunt Commentatores, Blum. *tit. 34. num. 69.* Roding. *lib. 1. tit. 12. §. 36.* Schwanman. *Obſervat. 124. & 134.* Primum caſum ſufficere docet Coccejus *Diſſertat. de Abuſu Mandator. Sine Clauſula §. 25.* ut ex omnibus Interdictis Sine Clauſula Mandata decerni poſſint. Nam nec *irreparabile damnum* neque *in mora periculum* locum facere Mandato Sine Clauſula, ſi factum non ſimul eſſet tale ut defendi Jure non poſſet, vid. Coccej. *dict. loc. §. 31. ſeqq.* Quemadmodum igitur falluntur, qui ad decernendum Mandatum Sine Clauſula exigunt præciſè periculum imminentis mali, toti Reipublicæ pernicioſi, ita in pari ſunt errore, qui quatuor caſus ita ſeparant, ut ad ſingulos vel damni gravioris illati, vel rei moram non ferentis, vel utilitatis publicæ neglectæ, Mandata decerni efflagitant, Num. 44. Mandatorum Sine Clauſula Caſus quatuor. Primus cum reliquis conjunctus.

M Deck-

Deckher. ad Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 1. cap. 28. poſt num. 10.* Uſum legitimum Mandatorum Sine Clauſula eſſe, ait Coccejus *dict. loc. §. 22. & 55.* ſi decernantur ubi vel factum vel Jus eſt certum, vel eo fine, ut ob cauſas juſtas aliquid ſuſpendatur, & res integra conſervetur, [add. Moſer Reichs-Hof-Raths-*Proceß part. 1. cap. 2. §. 6.* ubi ex inſtituto de facto futuro, ad conſervandum objectum litis ſuſpendendo, per Mandatum Sine Clauſula agit, & Coccej. *citat. diſſertat. §. 22.*] contra ſi fiat, abuſum eſſe non tolerandum, *§. 49. & 51.* conf. Mev. *part. 7. deciſ. 21.* Quæ doctrina probanda eſt, intelligendo tamen certitudinem, in ordine ad decernendum Mandatum, veriſimilem, ſcil. ſi Narrata vera ſint, non excluſis Exceptionibus, de quibus ſuprà dixi pluribus. Veteres ita rem explicavere: Quotiescunque petitur præcipi ſuper eo, quod altera parte præſente concederetur, tunc & abſente & non citata mandari Sine Clauſula poteſt, Schwanman. *Obſervat. 134. num. 13.* Gail. *lib. 1. obſ. 13. num. 3.* Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 2. cap. 5.* Vantius *de Nullitat. tit. 12. num. 20. ſeqq.*

Num. 45. Uſus legitimus Mandatorum Sine Clauſula. Quouſque Judicis arbitrium habeat locum.

Num. 46. Quare omnes caſus enarrari non poſſunt. Neque omnes ad quatuor caſus referri debent.

Quoniam ergo aberrationes à via juſti & æqui, quæ eſt ſimplex, ſunt infinitæ, Schwanman. *Obſervat. 134. num. 4.* hinc non mirandum in textu Ordinationis *Concept. part. 2. tit. 25. §. 2.* [*Receſſ. Imper. 1594. §. 79.*] dici, caſus ſpeciales, ob quos Mandatis Sine Clauſula eſſet locus, enarrari non poſſe omnes: Prout nec omnes ad quatuor caſus exigi debere Lex voluit, qui eſt alius error valde frequens Advocatorum: ſed poſitâ regula generali primâ de quatuor caſibus, ſequitur altera *§. 2. tit. 25.* quæ fundatur in Conſtitutionibus Imperii & Jure communi. Tum verò *§. 5. ſeq.* Executivi Proceſſus in Germania recepti requiſita explicantur, & tandem *§. 11. uſque ad finem* ex *Reſolutionibus Dubiorum Cameralium* auctoritate publica factis, capita nonnulla adduntur. Hinc, qui ad Inſtrumentum obligationis Clauſulis Executivis munitum peteret Mandatum Sine Clauſula deſumto medio concludendi ex *§. 5. 6.* textus Ordinationis, rectè omninò concluderet, ut & ille qui Supplicam pro Mandato de Exequendo

Sententiam Cameralem Sine Clauſula fundaret in Conſtitutionibus Imperii quæ de Executione Sententiarum ſunt latæ: Imperitè verò facturus eſſet, qui in utroque caſu, & aliis qui parem habent rationem, medium concludendi peteret ex principio tituli de quatuor caſibus. Quodſi quis caſum priorem ad fidem violatam referre voluerit, alterum ad auctoritatis Judiciariæ conſervationem, eoque reſpectu hos & reliquos caſus ad unum omnes quotquot exiſtere poſſent, ad factum nullo Jure juſtificabile referre, ſubtilitatem hanc ego illi non inviderem quidem, ſed tamen ad mentem Legis ſimpliciorem viam probarem. Habemus in Lege Judicis Officium inſtructum juxta normam Conſtitutionum Imperii generalium & Juris communis ſcripti, hoc eſt, non Germanici ſolum, ſed etiam recepti Juſtinianei, vid. Schilter. ***Prax. Jur. Roman. ad tit. de Interdict. exercitat. 47. §. 5.*** Ergo non excluditur Jurisprudentia interpretativa, Judiciorum Supremorum Praxi confirmata, vid. Roding. ***lib. 3. tit. 2. §. 24.*** Non itaque errabit Judex, ſi in caſu vel facto Conſtitutionibus Imperii univerſalibus adverſo, (fundata alioqui intuitu Perſonarum Jurisdictione Cameræ, quod ſemper ſupponitur) decernat Mandatum Sine Clauſula, vide ***Inſtrum. Pac. Weſtphal. Oſnabrug. artic. 17. §. 4. Monaſter. §. 114. Receſſ. Imper. 1654. §. 193.*** quæ expreſſio ſpecialis non continet caſum ſingularem, ſed univerſalem regulam confirmat. (c)

Num. 47. Quomodo Judicis Officium in Lege Ordinationis ſit inſtructum.

(c) *Si quæratur an in tali caſu contra eum Mandatum Sine Clauſula decerni poſſit, qui eſt in poſſeſſione? Reſpondeo, ſi eſt poſſeſſio vera, Mandato locum non fore. Secus, ſi eſt violenta, clandeſtina, ipſi Legi contraria,* vid. Inſtrum. Pac. Oſnabrug. artic. 17. §. Contra hanc Tranſactionem &c. 3. *An per viam iſtiusmodi Mandati Petitorium Judicium inſtitui poſſit?* Ratio dubitandi *deſumitur ex textu*, Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. §. 1. *ubi parti reæ poſt Executionem Mandati Petitorium integrum relinquitur,* adde §. 11. 12. 13. *qui locus deſumtus ex* Conſultis Camer. 1583. Dub. 12. *ubi in uno eodemque caſu permiſſa eſt variatio petiti pro Mandato, mox Cum, mox Sine Clauſula. Scil. quia Proceſſus Mandati Cum Clauſula ingreditur cauſæ principalis, hoc eſt Petitorii merita, ſed Proceſſus Mandati Sine Clauſula nudum Poſſeſſorium reſpicit Petitorio ſalvo.* Reſpondetur: *Verum quidem eſſe, quod Mandata Sine Clauſula plerumque Poſſeſſionis tuendæ gratia ſint comparata; non tamen ita ſeſe habent omnia, ſed pro qualitate facti etiam per Proceſſum*

Num. 48. Elucidatio nonnullarum Quæſtionum de Poſſeſſorio & Petitorio in Proceſſu Mandati Sine Clauſula.

 ceſſum

ceſſum ſolum Mandati lis tota finitur. Ita in omnibus factis, Sanctionibus Pragmaticis Imperii adverſis, per viam Mandati lis terminari poteſt, ubi enim nulla datur Poſſeſſio legitima, ſed Sanctioni Publicæ contraria, ibi etiam nullum poteſt eſſe Poſſeſſorium Judicium. Imo eſt reipſa Petitorium. Porrò, ſi partes litigantes, uti hodie plerumque accidit, in Proceſſu Mandati Sine Clauſula merita cauſæ principalis ampliſſimè tractent, & eo ipſo Juriſdictionem Cameræ prorogent, officium erit Judicis litem finire potius quam novo Proceſſui cauſam præbere. [*conf.* ſuprà verſ. Ad finiendas &c. pag. 80.] *Et auſim affirmare, quod exempla introducti Petitorii poſt deciſam ſemel cauſam Mandati Sine Clauſula reperiantur pauciſſima, noſtro tempore adhuc nullum vidimus, neque factum antea legimus.*

Num. 49. Mandatorum Sine Clauſula caſus ex Jure communi.

Mandata Sine Clauſula comparari Interdictis Prætorum non perperam traditur, vid. Andler. *Jurisprud. lib. 2. tit. 38. num. 1. ſeqq.* Differentias ab Interdictis reſpectu tum commінationis pœnæ, tum amplitudinis objecti ſive negotiorum, exponit Lynckerus *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 48. pag. 853.* Interdictorum vero originem & progreſſum Schilter. *Prax. Jur. Roman. dict. exercitat. 47. §. 1. ſeqq.* Cum itaque Lex Cameralis Jus commune ſcriptum ſequi jubeat *dict. §. 2. tit. 25.* applicari poterunt ad hodierna Mandata, non invitâ Juriſprudentiâ, caſus Interdictorum Juris Romani, licet non in omnibus mandari queat Sine Clauſula, quia utimur monente Schiltero *dict. loc. §. 5.* jure mixto. (*d*)

(*d*) *Digna eſt admonitio* Oldendorpii *quæ huc transferatur, quam etiam* Schilterus *ſuam fecerat, ex* Claſſibus Actionum Forenſium, Præfat. de Offic. Judic. §. 3. *Poſſe quidem Judicem invocatum mandare, inhibere, ſicut æquum videbitur, etiam non audito adverſario, ita tamen ut adjiciat hujuſmodi clauſulam:* Si te gravatum ſenſeris, compareas tali die, reſponſurus poſtulatori &c. *Et cum hoc pro qualitate negotii poſſet fieri: cœpiſſe in quibusdam locis adeo trahi in Forum, ut* vice Citationum *utantur* Mandatis *& Inhibitionibus etiam pœnalibus, inſerentes Supplicationem poſtulatoris, & adjicientes Clauſulam Juſtificatoriam. Quorum alterum, videlicet quod intentio poſtulatoris inſeratur, optimam in Jure rationem habere, alterum de Mandato & Inhibitione paſſim decernenda, non niſi certa cauſarum qualitate, Leges concedere,* in Ordinat. Camer. Auguſt. 1555. tit. 23. part. 2. „Idem claſſ. 2. act. 1. *ſemper,* inquit, *memento ejus Progymnaſmatis, quod „ſuperius tradidi, ut ſi maximè dicamus, Interdictorum formulas ex antiquitate*

„*citra*

„*citra verborum ſervitutem, in Foro noſtro obſervari poſſe, ſicut certe multis in* „*locis ſervantur: veruntamen non paſſim hoc in omnibus admittendum eſſe.* „*Nam cum Prætorem aut quamlibet antiquitatis ſpeciem imitari voluerimus,* „*tunc ex ratione id fuerit æſtimandum, quando, quibus de rebus, & inter quas* „*perſonas interdicatur: non ut videamur cum pueris corvos ſequi.* Et mox: „*quænam igitur ſunt cauſæ, dices, in quibus profuerit interdicere ad exemplum* „*aliquale vetuſtatis?* Reſpondeo: *In omnibus cauſis, in quibus Prætor olim* „*interdicere ſolebat, in illis aut ſimilibus* (prout hoc poſt Edictum per- „petuum conceſſum eſſe Magiſtratibus, reſcripſerat Alexander „Severus lib. 1. Cod. de Interdict.) *licet etiam hodie Interdictis uti.* „*Nam in hujusmodi negotiis invenies aliquam ſubeſſe* cauſam celeris ex- „peditionis, *quæ illum movebat, & noſtros quoque Magiſtratus recte movere* „*poteſt ad mandandum aliquid, etiam nondum audito adverſario: cum Clau-* „*ſula tamen, ut iterum dicam, Juſtificatoria &c. Itemque* claſſ. 2. act. 4. „*ait:* ſane utimur antiquitatis exemplo ſæpiſſime talibus Interdi- „ctis: ſed uſum ex circumſtantiis cauſarum non diſcernimus. „*Atque* act. 6. *idem iterum inculcat, quod Interdictorum perſecutiones non ſo-* „*lum ſecundum formam Actionis, verum etiam ad imitationem antiquitatis* „*inhibendo, cum Clauſula Juſtificatoria Citatoria, expediri & poſſunt & ſolent.* „*Ergo ſicut olim ingens erat utilitas uti Interdictis: quoniam tangebatur læſa* „*adverſarii conſcientia per Mandatum Prætoris, & ſæpiſſime à moleſtationibus* „*deſiſtebat, ut nullo alio ſumtu & Judicio eſſet opus: ita & hoc Seculo eadem* „*vis eſt Mandatorum Judicialium, &c.* conf. claſſ 4. act. 11. §. 3.

Num. 50. De Caſibus Mandatorum practicis, antiquis & modernis; ubi de differentia Praxeos antiquæ ab hodierna.

Ex principiis hucuſque poſitis non poteſt eſſe obſcurum, quales circumſtantiæ requirantur ad factum ſuper quo petitur Mandatum Sine Clauſula, adeo ut ſupervacuum videatur per exempla ſingularia id oſtendere velle. Nam neque omnia exempla vetuſtiora hodierno & Reipublicæ & Judiciorum ſtatui ſunt congrua, neque ea quæ præſens fert Seculum, recenſeri poſſunt omnia. Olim decernebantur Mandata Sine Clauſula ad nuda Actoris Narrata, modo continerent factum aliquod enorme, Juri contrarium. Hinc tanta copia iſtiusmodi Proceſſuum & Rubricarum, ut numerari vix poſſint. Hodie per *Receſſum Imperii 1654.* §. Alle *Supplicanten &c. 79.* neceſſaria eſt Narratorum veriſimilis probatio, hinc non mirandum, quod ea deficiente, licet præjudicium antiquius allegetur, ſequantur Decreta denegatoria: Advocati & Procuratores officio ſuo ſe defunctos eſſe putant, modo decre-

tum Proceſſuum efflagitaverint, relicto periculo parti, quomodo deciſio cauſæ ſit ſecutura. Crediderim ex centum Mandatis Sine Clauſula olim decretis vix tertiam, imo decimam partem per Sententias fuiſſe confirmatam. Id quod in hodiernis ſeſe habet modo inverſo, quia Mandata Sine Clauſula longe difficilius impetrantur, adeo ut de aliquo Mandato decernendo extrajudicialiter nonnunquam pluribus diebus fuerit deliberatum, quam in cauſæ gravioris deciſione plenaria. Dici etiam poſſet hoc loco de poteſtate & auctoritate Judicii Cameralis hodierna, comparate ad vetuſtiora tempora, & de cauſis diverſitatis. Sed præſtat hæc præterire ſilentio. Mutationes circumſtantiarum in Republica haud dubie etiam influunt in Judicia. Prudentia verò, quæ præſens ſemper eſſe debet officio Judicis, cautelas monſtrabit quibus utendum in caſibus, ubi periculum eſt, ne Decreta Judicii careant effectu. Tandem, ſolatio erit, officii pro religione conſcientiæ adimpleti fiducia. Unum addo: ſi caſus dantur decretorum Mandatorum Sine Clauſula, quæ juxta ſtrictiſſimum Legis ſenſum decerni non debuiſſe pars rea conqueritur; dari viciſſim exempla in quibus ipſi etiam Rei, vel alii, dignitate pares & ſuperiores, Mandata ſimilia ſibi decerni enixè poſtulaverunt, ſi eo auxilio in propria cauſa opus ſe habere crediderunt. Sed redeo ad exempla Mandatorum Sine Clauſula ſpecialia. Ex *Libro Præjudiciorum Cameralium* ab Anonymo Aſſeſſore Cameræ olim congeſto, & à Gylmanno *Symphoremati ſuo* inſerto *Tomo II.* qui eſt loco *Tomi III.* pleroſque Commentatores ſua depromſiſſe, collatio monſtrat, ita ut alter alterum exſcripſerit, Schwanmannus *Obſervat. 134.* ſemper allegat *Aſſeſſorem Cameræ*, hoc eſt Librum illum Præjudiciorum, tunc fortè ſeparatim editum. Hæc exempla exſcripſere Schwanmannus, Blumius *tit. 34.* & Rodingius *lib. 1. tit. 12.* [*§. 46. uſque 84.*] Blumium, quaſi hic eſſet omni exceptione major, cæteri recentiores plerique, ſine judicio practico & experientia judiciaria, quibus caruit ipſe Blumius. Quapropter viſum nobis fuit caſus ipſos à Blumio repetitos *dict. tit. 34. num. 75. uſque 168.* cum ſuccinctis obſervationibus expendere. Plures & in praxi frequentiores dari,

mon-

monſtrabit *Catalogus Rubricarum* reviſus & auctior *in Appendicem* [*VIII. pag.314. ſeqq.*] opuſculi hujus relatus, cui addi poteſt *Index Collectionis novæ Sententiarum Cameralium* eum in finem etiam compoſitus. Poterant caſus Blumiani, & reliqui omnes, in *Claſſes* redigi, idque ratione non unâ. *Vel* generaliſſima diſtinctione Mandatorum, in ea quæ aliquid fieri *jubent* vel fieri *vetant*, *Vel*, pro diverſitate inſcriptionum, *de non turbando, non offendendo, de non gravando, non contraveniendo, &c.* quas inſcriptiones Advocati pro lubitu effingere, & quotidie novas condere formas ſtudent, interdum inſcriptione adeo prolixâ, ut res confundatur magis quam explicetur, unde & ejusmodi prolixitas rubricæ, ubi brevius reddi poteſt, rejicitur. *Vel*, pro varietate officiorum inter homines in ſtatu vel *abſoluto* vel *adventitio*, Pufendorf. *Jur. Natur. & Gent. lib. 2. cap.3. §. 24.* & *lib.3. cap.1. §.1.* Ita ut ad *abſolutum* ſtatum referantur caſus, iſtis officiis adverſi, quæ homo homini qua tali debet, & ſine alterius damno aut periculo inſigni negare non poteſt, ad quam Claſſem pertinerent ex ſequentibus exemplis VIII. IX. X. XV. XXXV. XXXVIII. XL. & alia ſimilia antiqua & recentiora. Ad *hypotheticum* ſive *adventitium* verò, caſus ſive facta ſtatui iſti directe adverſa, & quæ ordinem imperantium & parentium vel familiæ concutiunt. Exempli vice poſſunt eſſe Caſus II. VII. XXV. XXXIX. Utriusque generis caſus ſunt omni Juri contrarii, Naturali & Civili. Officia enim quæ in ſtatu abſoluto debentur, multo magis obſervanda, ubi inter homines vinculum aliquod fortius ſupervenit. Ad hanc Claſſem etiam pertinerent exempla quæ auctoritatem Judiciorum & Jurisdictionis Imperii attingunt, v. gr. Caſus XII. XIII. XX. XXVII. XLV. In gratiam Lectorum, qui forte Blumio utuntur, malui ordinem ipſius, etſi nullus ſit quam numerorum, ſequi, & quæ meditatio noſtra ſuppeditavit, ſubjungere. Claſſificatio quæcunque, ut ita loquar, futura eſſet ordinatior quidem, ſed tamen ob magnam caſuum varietatem, eorumque novas quotidie formas, non omni ex parte perfecta.

Num. 51. De certis Claſſibus Mandatorum Sine Clauſula.

I. Caſus apud Blum. [*tit. 34. num. 75.* & apud Roding. *lib. 1. tit. 12. §. 46.*] non pertinet ad hanc Rubricam de Mandatis, neque

Num. 52. Examen Caſuum Mandato-

rum Sine Clauſula XLVIII. apud Blumium tit. 34. num. 75. ſeqq.

neque ad titulum iſtum *Ordinationis part. 2. tit. 23.* in *Concepto tit. 25.* ſed *ad titulum præcedentem. 32. de Pignorationibus.* adeo ut imperitus foret, qui in caſu Pignorationis petitum in titulo de Mandatis fundare vellet.

II. *Sævitia Dominorum in Subditos* eſt cauſa Mandati Sine Clauſula decernendi omninò juſta. [Blum. *num. 76.* & Roding. *§. 51. ſeq.*] Neque infrequens eſt caſus. Monitum Blumii *num. 77.* [Roding. *§. 53.*] & Gailii *lib. 1. obſ. 17.* eſt in ipſo textu Legis expreſſum & ſequentibus Conſtitutionibus *Receſſ. Imper. 1654. §. 105. Capitulat. Carolina noviſſ. artic. 15. Receſſ. Viſitat. 1713. §. 10.* repetitum. [conf. omninò B. Auctor. *Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 20.*] In facto plerumque contingit, ut Subditi modum tenere nequeant, ſi quidquam pro ipſis fuerit decretum. Hinc exempla frequentia Mandatorum contra Dominos, deinde ſi Subditi modum exceſſerint, pro ipſis, contra Subditos decretorum. [de fatis litium inter Dominos & Subditos conf. præjudicia à B. Auctore collecta *part. 4. Obſervat. Forenſ. 313.*] Res ipſa loquitur caſus ejusmodi non exiſtere, niſi inter eos, qui vires non habent ſeſe tuendi adverſus impetum plebis. Et cum nulla dari poſſit legitima exceptio denegandi penitus obſequium & præſtationes moderatas, operam dat Judex meritò, ne relinquatur ullus prætextus ordinem imperantium & parentium ſeditioſo more turbandi. Exemplum fuit recentiſſimum in cauſa *Hildpurghuſana, Mandati Inhibitorii Sine Clauſula* contra Subditos ſeditioſos decreti & promtiſſimè deciſi Anno 1717. *Num in cauſis Subditorum contra Dominum Auſtrægæ ceſſent,* hoc eſt, an in hisce cauſis, deficiente licet facti atrocitate, ſua natura Cameræ Jurisdictio ſit fundata ? affirmat Tennagelius Aſſeſſor *claſſ. 2. cap. 9. num. 4.* adeo ut pro circumſtantiarum diſcrimine etiam *Cum Clauſula* mandari poſſit. Reſolutio Blumii *num. 79.* per diſtinctionem inter eas cauſas quæ ſua natura ad Cameram pertinent, & quæ ad Auſtrægas, eſt ineptiſſima, quia petit id quod erat in principio. Obſcuritate laborat, ut ſemper, Deckherrus *in Annotatione ſua* ad Tennagelium *dict. loc.* Quantum aſſequi licet divinando,

hoc

hoc voluit dicere, & rectam tenuit, meâ ſententiâ, viam, ſed ſtyli difficultate involutam, quod veteres erraverint, putantes, in caſu deficientis atrocitatis facti, Mandata ex *tit. 23. (25.) part. 2. Ordinationis* fundari non poſſe, centrum enim petiti eſſe factum non juſtificabile, licet atrocitas nondum acceſſerit, facile enim eſſe, ut niſi præcepto Judicis caveatur, ad atrocitatis gradum deveniat. Deinde obſervat Deckherrus, quod doctrina de reſolutione Mandatorum Cum Clauſula in vim Citationis ſimplicis, in majorem, quam par erat, conſiderationem pervenerit, ut in anxietate ſupervacua fuerint Veteres, quis eſſet effectus Mandatorum: Sed exploſa eſſe hodie iſta dubia cum ipſo Jure, tum quotidiano Proceſſu. Noſtras Meditationes ulteriores reſervamus ad Tennagelium, cujus Editionem novam cum Obſervationibus accurare eſt animus, vid. interim *claſſ. 3. cap. 18.* & Lynckerum *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 13. num. 11. pag. 394. ſeqq.*

III. Caſus agit *de Obligationibus cum Clauſulis Executivis inſertis*, de quibus in textu *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. §. 5. ſeqq.* vid. Schwanman. *obſ. 130.* Gail. *de Arreſtis cap. 9. num. 17. 18.* [Blum. *num. 81.* & Roding. *§. 85.*] In hujus caſus expoſitione Commentatores Camerales tractare ſolent quæſtiones de *Mutatione Monetæ*, de *Uſurarum Modo*, de *Annuis Reditibus*, quæ cum ex Jure communi ſint decidendæ, ideo eas ſuis locis relinquo, ſingularia quædam obſervaturus.

Ad *Rec. Imp. 1654. §. 170. ſeqq.* ubi *§. De Indaganda &c. ult.* [*Inſtrum. Pac. Weſtphal. artic. 8.*] reſolvitur, evolvendus eſt Rodingius *lib. 1. tit. 12. poſt num. 146.* ubi per Capita quatuor Conſtitutionem explanat, add. Textor. *ad Receſſ. Imper. Noviſſ. diſputat. 14.* [Blum. *tit. 34. num. 201. ſeqq.* Hahn. *integro tractat. ad §. De Indaganda.* & B. Auctor. de uſu Receſſ. Imper. Noviſſ. circa hunc §. differentem *tom. 2. Symphorem. Conſultat. 19. pag. 926.* & *part. 4. Obſervat. Forenſ. 316.*]

Obſtagii Pactum, de quo Blum. *num. 88. uſque 91.* [Roding. *lib. 3. tit. 6. §. 30.* & B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 340.*] nonnullis in locis adhuc aliquo modo frequentatur. Et niſi incidat

N in

in caſum Jure Publico prohibitum, vid. *Reformat. Polit. 1577. tit. 17. §. 10.* Gail. *de Arreſtis cap. 9. num. 15.* Judicis Cameralis erit ſecundùm conſuetudinem pronunciare. Ex Holſatia varii caſus Pacti iſtiusmodi, ſed ſatis civilis, & moderati, ad Cameram pervenere, vid. Wehner. *voce* Leiſtung. [notabile exemplum Pacti Obſtagii refert Lehman. *in Chronic. Spirenſ. lib. 7. cap. 42.*]

Uſuræ graviores quam quincunces in Camera nunquam adjudicantur [Blum. *num. 93.*] Merito enim inhæret Judicium Legi expreſſæ Imperii univerſali *Reformat. Polit. 1577. tit. 17. & tit. 19.* ubi de Reditibus Frumenti, Vini, &c. [conf. B. Auctor. *Collect. nov. Sentent. Camer. Num. 253.* Schilter. *Prax. Jur. Roman. Exercitat. 30. §. 3.* Graff. *in Different. Receſſ. Imper. & Jur. Roman. ſect. 7. §. unic.*] Anno 1717. in cauſa Appellationis *Heimenberg* contra *Hamecher* productum fuit Reſcriptum Ducis Juliacenſis de Uſuris ſemiſſibus permittendis, ſed eo non obſtante concluſit Senatus non habere vim Statuti nec Conſuetudinis, deficientibus requiſitis & Lege prohibente. Solent itaque Supplicantes, ſi Inſtrumentum ſemiſſes Uſuras contineat vel graviores, his renunciare uſque ad quincunces.

Annuorum Redituum differentia ſpecifica à mutuo eſt, vid. *ſuprà Auctar. IV.* ut Creditor Sortem repetere nequeat, quouſque Reditus promiſſi annui præſtantur, qui Uſuras quincunces quandoque excedunt, quandoque non adæquant, vid. Carol. de Mean. *Obſervat. ad Jus Leod. 429.* Debetur hoc inventum Juri Canonico quod ſub ſpecie religionis Uſuras nulla neceſſitate averſatur, & in earum locum Reditus annuos permiſit, vid. Pufendorf. *Jur. Natur. & Gent. lib. 5. cap. 7. §. 12. & ibi notam* Hertii. [Fleiſcher. Geiſtlich Recht *lib. 2. cap. 33.* Supplicam pro Mandato de ſolvendo in cauſa annuorum Redituum habet Roding. *in Pandect. Jur. Camer. Mantiſſ. 4.*] Quodſi verò ſingulorum annorum Reditus pro ſorte habentur, & Uſuræ ex mora ſine Anatociſmi periculo adjudicantur, vid. Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. de Uſuris §. 40.* Lyncker. *deciſ. 266. & 794.* longe graviùs onerabitur debitor, quam per Uſuras quincunces, verum hoc fit ex mora

& ex accidenti. Apud *Leodienſes* prævalet Jus Canonicum, vid. Mean. *Obſervat. 232. num. 3.* & frequentantur annui Reditus, vid. *Obſervat. 231. & 429.* ſed ſine lucro ullo ex mora. Contractus Mutui ſub Uſurarum ſtipulatione niſi inter Mercatores non audiuntur. Si quis non Mercator pecuniam mutuo dederit ſtipulando Uſuras, easque acceptaverit ſolutas, computabuntur omnes in ſortem, imo ſortem repeti non poſſe volunt, ſed ex acceptatione Uſurarum converti Contractum in negotium Reditus annui ſub lege redemtionis ad beneplacitum debitoris. Unico remedio Creditori competente, ut proſpicere ſibi queat de ſecuritate Redituum per inquiſitionem facultatum debitoris, conf. Mean. *Obſervat. 151.* Rigidi alioqui ſunt modi executivi apud Leodienſes per *Saiſinias*, [latius explicatur à B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 36.* & *part. 2. Obſervat. 131.*] quæ cum Arreſtis Saxonicis & Proceſſu multum conveniunt, plus tamen Juris nempe Dominium, ſed revocabile per *Luitionem*, tribuunt, vid. Mean. *in Obſervationibus, paſſim.* [add. *ſuprà Auctar. IV.* & inprimis B. Auctor. *Symphorem. tom. 2. Conſultat. 4. pag. 185. & 201. ſeq.*]

IV. Caſus fundatur in *Edicto Monetali*, ſi quis pecuniam reprobatam ſolvere velit. [Blum. *num. 108.* & Roding. *lib. 1. tit. 12. §. 67. ſeq.* add. B. Auctor. *Animadverſ. ad Obſerv. Magenhorſt. 11.*] Deciſio ejus in theſi, à quæſtione de valore monetæ & mutatione, dependet, vid. Gail. *lib. 2. obſ. 73.* Schilter. *ad tit. de Solution. §. 36.* Lyncker. *deciſ. 115. 133. & 1282.* Si termini dabiles conſtituantur, vix eſt ut Mandato Sine Clauſula hunc caſum adaptari poſſe exiſtimem. Quæſtio enim Monetæ ſolet eſſe acceſſoria petitionis debiti principalis, & ita incidet ad caſum vel tertium, vel ſequentem quintum. Si dubius eſt Monetæ valor, ſolet Cameralis Judex teſtimonium Waradini Monetalis, publice approbati & jurati uti vocatur, expoſcere. [add. Moſer Reichs-Hof-Raths-*Proceſs part. 1. cap. 2. §. 36. & 37.*]

V. Caſus agit de *Inſtrumentis Guarentigiatis*, neque eſt ſatis expeditus, [Blum. *num. 120.* & Roding. *§. 84. ſeqq.*] vid. Gail. *de Arreſtis cap. 9. num. 18.* Blum. *num. 121.* deſcriptionem *Guaren-*

tigiæ ex Colero *de Proceſſ. Executiv. part. 1. cap. 3. num. 14.* petiit, qui locus eſt obſcurior aliis *part. 3. cap. 1. num. 10. ſeqq.* & *part. 4. cap. 3. num. 26.* *Certitudinem* ſignificat *Guarentigia.* Adeo ut ſi conſtet ex aliquo Inſtrumento certitudine morali, 1. quis debeat, 2. cui debeat, 3. ex qua cauſa, 4. & quantum, 5. una cum tempore ſolutionis, [6. ex contractu unilaterali,] poteſt haberi pro Guarentigiato, vid. Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. de Fid. Inſtrument. §. 47.* [Ludovici Einleitung zum *Civil-Proceſs cap. 3. §. 2.*] Requirunt alii operam Tabellionis publici, Frider. Mindan. *de Mandatis lib. 2. cap. 69. §. 4. num. 13.* Coler. *part. 4. dict. cap. 3.* publicam judiciariam fidem deſiderat. Plerique alii, Saxones JCti cumprimis, ſolennitatem non requirunt, ſed ſolam rei certitudinem, Schilter. *Prax. Jur. Roman. Exercitat. 13. §. 15.* Barth. *Hodeget. Forenſ. cap. 3. lit. a.* Mev. *part. 1. deciſ. 16. & deciſ. 240. num. 6. deciſ. 259. num. 21.* Uſum Cameræ [poſt *Receſſ. Deputat. 1600. §. 34.*] ſi ſpectemus, niſi Inſtrumento inſertæ ſint Executivæ Clauſulæ, verbis quibuscunque, non decernitur Mandatum de ſolvendo Sine Clauſula. Diverſas olim Cameralis Collegii ſententias vide apud Roding. *lib. 1. tit. 12. num. 91. ſeqq.* Schwanman. *Obſervat. 130.* [add. Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 22. tit. 4. §. 47.*] Solet itaque peti & decerni Mandatum alternativum de *ſolvendo*, vel *dimittendo hypothecam*, [vid. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 63.*] modo alias fundata ſit Perſonarum ratione Cameræ Jurisdictio, conf. Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 13. num. 4. pag. 392.* [& inprimis B. Auctor. Anmerckungen zu Gerhards gründlichen Unterricht *diſcurſ. 3. cap. 5. §. 6. not. f.*] Rationem ſi petas à veteribus, reſpondent, durius eſſe Mandatum de ſolvendo Sine Clauſula ſimplex, quam alternativum. Illud perſonam afficere, quæ ſi non pareat, poſſe procedi ad Bannum, Schwanman. *dict. loc.* Verum hæc ratio hodie, ſublata pœna Banni, eſt inutilis. Diceres itaque magis appoſite, fieri id debere ex obligationis natura, quia ſolutio debiti poſſet eſſe extra facultatem debitoris, hinc æquum eſſe, ut ſi pecuniam invenire nequeat, liberetur dimiſſione hypothecæ, [conf. *Collect.*

nov.

nov. Sentent. Camer. Num. 611. & 612.] Neque etiam alia eſt via, qua Creditori conſuli poſſit, quam Immiſſionis in Bona, qualicunque clauſula munitum ſit Inſtrumentum. Cæterum Juri Germanico deberi Proceſſum hunc Executivum non Juſtinianeo, obſervarunt Schilter. *dict. Exercitat. 13. §. 15.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 3. ſect. 1. membr. 1. §. 29. pag. 145.* Obſervandum hic eſt de Cambiis, quod paratam habeant Executionem & Mandata Sine Clauſula de ſolvendo ſuper iis in Camera decerni, vid. Lauterbach. *dict. §. 47. in fin.* Monendum adhuc eſt, quod frigida ſit Blumii *num. 122.* correctio doctrinæ Mynſingeri *centur. 2. obſ. 6.* Poteſt enim eſſe debitum Juris univerſalis, eſſe liquidum generaliter, etſi quanti determinatio in Executione demum fiat, vid. Gail. *lib. 1. obſ. 68. num. 5.* à quo non diſſentit Mynſingerus. [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. Supplem. I. pag. 412.*]

VI. Eſt caſus *Nunciationis novi Operis* fundatus in textu *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. §. 14.* [Blum. *num. 123.* & Roding. *lib. 3. tit. 10. §. 1.*] ſed hodie infrequens, vel quod immediati Imperii Cives abſtineant ab ejusmodi factis, vel quod alia via, quam judiciaria, controverſiæ iſtiusmodi exorientes terminentur. [conf. præter Roding *citat. loc.* Schwanman. *Obſervat. Camer. 135. uſque 140.* & B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 21.*]

VII. Infrequens eſt *compulſio Subditorum ad ſolvendas Contributiones Imperii* per viam Mandati Sine Clauſula, ſi habeat Dominus, quæ plerumque non deſunt, media exequendi domeſtica. [conf. Blum. *num. 124.* & Roding. *lib. 1. tit. 12. §. 75. ſeqq.*] Hinc & pœnæ dupli exercitæ exempla non extant, cum vix ſimplum exigi queat à Subditis.

VIII. *Vim publicam minari* eſt omninò factum quieti Reipublicæ adverſum, [Blum. *num. 125.*] unde haud dubie Mandatis de non offendendo erit ſuccurrendum. Ægre abſtinent Germani à conſuetudine antiqua ſibimet Jus dicendi. Et Repreſſaliæ quandoque in Exceptionibus allegantur, quaſi re bene geſta, inſigni tamen Legum Imperii imperitia. Et quod mirum à viris, quos ſaniora didiciſſe oportebat. [conf. Böhmer. *Conſil. tom. 1.*

reſponſ. 7. num. 15. Leyſer. *Meditat. ad ff. ſpecim. 30. meditat. 6.* Gail. *de Pignoration. obſ. 1.*] Res itaque ſanctiſſima eſſe debet Judicium, quo omnium malorum graviſſimum in rebus humanis evitatur, *Bellum*, Ulric. Huberus *de Jur. Civitat. lib. 3. ſect. 2. cap. 1. num. 5.*

IX. *Si Merces Naufragorum aliquis lucrifacere velit*, [Blum. *num. 126.* & Roding. *§. 57.*] add. Gail. *lib. 1. obſ. 18.* [Felz. *diſputat. de modo adquir. per inventionem §. 8. & 9.*] Rei ipſius inhumanitas, qua afflictis afflictio additur eſt tanta, ut inter rariſſimos caſus iſte numeretur. Et maritimæ cauſæ in Camera hodie ſunt omnium pauciſſimæ. Ratio, quia maritimæ Regiones Germaniæ tales habent vicinos, cum quibus, ſi controverſia exoritur, cauſa in Foris Germaniæ ventilari nequit. De Bonis Naufragorum Fiſco addicendis, locus eſt notabilis Thomaſii *diſputat. de Jure Conſuetud. & Obſervant. §. 113.* quem huc transfero. *Eſt conſuetudo*, ait, *maxime irrationabilis, quod Bona Naufragorum cedant Principi ad quem Litus pertinet. Obtinet tamen illa in nonnullis locis. Hic Judici ſecundùm eam pronunciandum erit* per *dicta ſuperius* ſcil. *§. 66. 90.* ubi diſtinxerat Officium Doctoris ab Officio Judicis, ad illud, non ad hoc, pertinere, an conſuetudo ſit rationi congrua. *Non tamen excuſare poſſumus Miniſtros Eccleſiæ, quando in Precibus publicis ibidem orare ſolent,* daß GOtt das Strand-Recht ſegnen wolle / fieri hoc dicitur in Inſula Dantiſco vicina, & alibi in locis maritimis, *hoc eſt, ut Deus det, quo plura Naufragia fiant. Aliud enim Officium Doctorum eſſe docuimus, aliud Judicum:* Ego puto, ſi conſuetudo allegaretur talis, quæ ab omni ratione eſſet aliena, Judicem rectius facturum, ut officium deponeret, quam ut pateretur ſe adſtringi ad judicandum ſecundùm eam ſine inquiſitione, quam requirit ars boni & æqui.

X. Caſus agit *de Salvo Conductu concedendo tranſeuntibus Mercatoribus aliisque per territorium, & ſecuritate præſtanda.* [Blum. *num. 127.* & Roding. *§. 58. ſeq.*] Hic caſus & plerique alii clarius per circumſtantias explicari debuerant, quâ in re frigет Blumius, contentus repetitione eorum, quæ in Libro Præjudicio-

rum

rum reperit. Quantacunque Commerciorum ſit libertas, de qua Bechtius *in tractat. de Securitat. & Salvo Conduct. §. 54. ſeqq.* Si belli exoriatur tempeſtas, multa ſunt tunc licita, neque impediri poſſunt, quæ Pacis tempore ceſſant, & ipſi Mercatores periculo ſeſe committere verentur, & ſi hoc à vicino inimico metuendum, nemo exiſtimaverit territorii Dominum compelli poſſe per Mandatum Sine Clauſula ad præſtandam cum effectu ſecuritatem. Potuit exiſtere caſus Mandati hujusmodi eo tempore, quo Conſtitutionibus Imperii adverſus Milites graſſantes erat opus. Hodie non puto alium poſſe dari caſum, quam ſi Dominus territorii in officio circa requirendos & coërcendos latrones fuerit negligens, vid. Gail. *lib. 2. obſ. 64.* Denaiſ. *Jur. Camer. tit. 213. §. 8.* Bechtius *dict. tractat. §. 42. 55. & 241.* Ita pro Securitate Cameralis Judicii & Perſonarum ei addictarum contra Civitatem, in qua Sedes eſt Judicii, Mandata Sine Clauſula decerni poſſe, ſi opus foret, nullus dubito. Reliqua exempla Salvi Conductus, quæ Blumius hoc *num. 127.* allegat, ad alios caſus ſpectant, neque ſunt hujus loci.

XI. De *Mandatis adverſus receptionem Judæorum.* [Blum. *num. 128.* & Roding. *§. 61.*] Dicendum erat cui competeret Actio, an Fiſcali, an vicino territorii Domino? Inter Fiſcales Cauſas hæc non reperitur. Vicinus verò, quid ſuâ interſit, probare debebit. [ſed vid. *Reformat. Polit. 1548. tit. 20.* von Juden. Kemmerich. *Jur. Publ. Prud. lib. 6. cap. 6. §. 2. ibique in not. allegat.*] Notat Blumius hic caſum decreti Mandati Sine Clauſula contra Mediatum, remittendo Lectorem ad *num. 36.* in quo tamen eundem relinquit maximè dubium. Animadvertitur hoc paſſim in Blumio, quia is non ſuo ingenio, ſed aliorum traditis nititur. Exempla etiam Supplicationum ipſi pro norma eſſe videntur, qui eſt error maximus, cum rariſſime circumſtantiæ facti ſint caſui novo ſimiles. Probandum erat hoc loco, Judæorum receptionem eſſe cauſam ſua natura ad Cameram ſpectantem. De Securitate Judæorum vid. Bechtium *dict. tractat. §. 92.* add. Denaiſ. *tit. 150. num. 7. ſeqq.* [*Reformat. Polit. 1577. tit. 20.*]

XII. Hîc

XII. Hîc eſt caſus [apud Blum. *num. 129.* & Roding. *§. 65.*] indubius Mandati Sine Clauſula contra Mediatum, quia agitur de *tuenda Judicati Cameralis auctoritate.* Unusquisque enim Judex ſuam Sententiam & exequitur & tuetur. Crediderim, contra Magiſtratum ordinarium etiam dirigi poſſe præceptum, ne permittat Civem turbari contra Sententiam Cameralem.

XIII. Ad *excitandum Commiſſarii Imperialis Officium,* [de quo Blum. *num. 130.* & Roding. *§. 50.*] non opus eſt Mandato Sine Clauſula. Neque enim pars impetrans magnam habebit fiduciam in Perſona Commiſſarii, qui poſt monitionem iteratam, quæ fieri ſolet per Decretum extrajudiciale, negotium protrahit. De *Mandatis de Exequendo Sententias Camerales* hic non agitur, quæ ſemper Sine Clauſula decernuntur, ſed de aliis Commiſſionibus. [conf. Mev. *part. 5. deciſ. 399.*]

XIV. *Monopolii exercitium:* [Blum. *num. 139.* & Roding. *§. 54. ſeqq.*] Videtur eſſe caſus vix dabilis pro impetrando Mandato Sine Clauſula. [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 72.*] Aut enim foret inter Subditos ejusdem territorii, & cauſa non pertinebit ad Cameram: Aut diverſi, vel ipſos territorii Dominos. Quos caſus ſi mihi quis deſcripſerit, tunc reſpondebo. Confer *Capitulat. Imperator. Carolin. artic. 7.* Neque omne Monopolium eſt cum damno alterius conjunctum & illicitum, vid. Pufendorf. *de Jur. Natur. & Gent. lib. 5. cap. 5. §. 7.*

XV. *Incarceratio Subditorum tertii innocentis ſub prætextu Belli,* [de quo Blum. *num. 132.* & Roding. *§. 60.*] haud dubie foret caſus nullo Jure defendendus. Sed etiam rariſſimus.

XVI. *Alienatio Bonorum litigioſorum,* inhibetur per Mandatum Sine Clauſula, [Blum. *num. 133.* & Roding. *§. 62.*] nec non alienatio in potentiorem vel Judicii mutandi cauſa. Sunt omnia Jure communi prohibita facta. [vid. Leyſer. *ad ff. ſpecim. 518. meditat. 1. & 2.*]

XVII. *Si aditus ad Captivum denegetur,* [Blum. *num. 134.* & Roding. *§. 63.*] ſcil. ad intercludendam defenſionem & vitæ neceſſaria, add. Roding. *lib. 1. tit. 12. num. 63.* Schwanman. *obſ. 125. num. 5.*

num.5. Æque inhumanus foret caſus ſi carceris modus excedatur, ut pœna magis ſit quam cuſtodia, vid. Ulric. Huber. *de Jur. Civitat. lib.3. ſect.2. cap.4. num.30.* & *ibi notam* Thomaſii. [conf. *infrà Append. VIII. num. 105.*]

XVIII. *Si Captivi ſiſtendi & exhibendi fuerint.* [Blum. *num.135.* & Roding. *§.66.*] Puta ad inquiſitionem vel confrontationem cum aliis delinquentibus peragendam. Aliàs enim deprehenſus in alio loco aliquo, non niſi libera voluntate ad locum delicti remittitur, Carpzov. *Quæſt. Criminal. 110. num. 54.* vide Lyncker. *deciſ. 59. 192. & 921.* [Richter. *part. 1. deciſ. 15. num. 3.* B. Auctor. *Symphorem. tom. 2. Conſultat. 25. pag. 1207.*]

XIX. *Confiſcatio Bonorum furto ablatorum.* [Blum. *num.136.*] Si inveniretur, qui lucrum tale cum domini jactura ſibi adſcribere vellet, nemo dubitaverit, quin Mandato Sine Clauſula eſſet compeſcendus. [conf. *Conſtitut. Criminal. artic. 210. & 221. Receſſ. Imper. 1559. §.* Und nachdem ꝛc. *35.*] Pertinet hic caſus ad eos, quos extituros hodie vix eſt credibile. [vid. tamen Moſer Reichs-Hof-Raths-*Proceſs part. 1. cap. 2. §. 51.*]

XX. Si *quis ab ordinario Foro fuerit evocatus*, [Blum. *num.137.* & Roding. *§.73.*] ſcil. in cauſis ubi de Jure fieri nequit, v. gr. in Cauſarum Continentia, in cauſis Evictionum, realibus. Nullum hìc eſt dubium. Sed quod addit ex Schwanmanno Blumius *num.137.* caſum, ſi quis ad Judicium extra Imperium trahatur, explicari debebat ita, ſi is, qui cauſam extra Imperium trahere vult, Jurisdictioni Imperii ſit ſubjectus. Alias enim ridiculum foret Mandatum Sine Clauſula. Exiſtit frequenter caſus, ſi cauſa coram Officialibus Colonienſi aut Leodienſi, qui etiam civilem exercent Jurisdictionem, fuerit tractata & ab iis ad Nuncium Pontificis vel Romanam Curiam Appellatio interponatur. Statuit enim Cardinalis Sacripante *in Defenſione Jurisdictionis Eccleſiaſticæ*, quod omnis cauſa, quæ ſemel coram Eccleſiaſtico Judice fuerit agitata, ſit appellabilis ad Superiorem Eccleſiaſticum. Hoc ſi verum eſſet, abolenda foret plane Jurisdictio Officialium in cauſis civilibus. Abuſus eſt potius, quod Officialibus Epiſco-

porum nonnullorum Jurisdictio civilis permittatur. Cum tamen nimium invaluerit, Coloniæ, Leodii, & Monaſterii, ut tolli nequeat, cautum fuit per Leges Imperii, ne in cauſis civilibus Appellatio ad Eccleſiaſticum Superiorem deferatur, ſed ad Cameram, adde *ſuprà §. 6. num. 19. ſeq.*

XXI. Si *Patri Filius aut Pupillus Tutoribus non exhibeatur*, [Blum. *num. 139.* & Roding. *§. 81.*] factum foret in his terminis Juri & Naturali & Civili adverſum: ſed quod addit Blumius exemplum *ex ſua Collectione Supplicarum* ex Anno 1663. in vim præjudicii non eſt accipiendum. Parum enim juvat Lectorem, ſi ſciatur, in illis circumſtantiis Mandatum fuiſſe denegatum, Citationem verò ſuper Injuriis decretam.

XXII. Ex mutuæ ſocietatis civilis vinculo fluit, ut unusquisque liberum habeat ad Judicem acceſſum, ita *ſi quis à proſecutione litis impediatur*, omninò decernetur Mandatum Sine Clauſula. [Blum. *num. 140.* & Roding. *§. 79.*] Ut *& ſi lite pendente committatur Attentatum*, nam hoc fit in contemtum Judicii. Satis frequentes ſunt hi caſus Mandatorum, & ſolet eſſe Proceſſus brevis.

XXIII. *Si Arbores frugiferæ excidantur vel Sylva devaſtetur.* [Blum. *num. 141.* & Roding. *§. 80.*] Intellige in præjudicium actionis ſub Judice pendentis, vel ut alter in ſuo Jure detrimentum patiatur. [de quo conf. late B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 104.*] Nam ita erit caſus non facile reparabilis damni.

XXIV. Hic caſus *de Leproſis* [apud Blum. *num. 142.* & Roding. *§. 82.*] poterat omitti, nam exiſtente morbo contagioſo promtiora remedia uniuscujusque loci ſalus ſuadet, quam ut opus ſit auxilio Judicis ſupremi per Mandatum Sine Clauſula.

XXV. *Si Subditi Homagium præſtare renuant; vel ſi Subditi alterius ad Homagium præſtandum fuerint vi aut metu compulſi:* [Blum. *num. 143.*] confer ſuprà dicta ad Caſum II. Non poſſunt exiſtere talia exempla facile, niſi ſubjectio ſit dubia & controverſa. Unde ad obtinendum tale Mandatum neceſſe erit poſſeſſionis non violentæ præcedentis demonſtratio. In progreſſu cauſæ deinde opera datur plerumque, ut ad deciſionem plenariam

omnia

omnia inſtruantur, vide exemplum *in Collectione Nova Sententiarum Cameralium ex Anno 1683. Num. 839.* Solent eſſe iſtiusmodi Proceſſus, & qui de controverſa Jurisdictione vel Collectis agunt, difficillimi, hinc eò diligentius inſtruendi.

XXVI. *Si Teſtis immediatus recuſet Teſtimonium perhibere juratum:* [Blum. *num. 144.* & Roding. *§. 74.*] Eſt ſpecies denegatæ Juſtitiæ, ſi quis recuſet facere ea, quæ ad Juſtitiæ adminiſtrationem pertinent. [conf. omninò Deckher. *ad Obſervat. Antemarill. 22. 32. & 60.* ubi ſingularia invenies.]

XXVII. Sequitur [apud Blum. *num. 145.*] caſus admodum frequens, ſed etiam ſpinoſus ſatis, *ſi inter utrumque Judicium Imperiale conflictus Jurisdictionis naſcatur.* Nam ſi à parte impetretur aliquid, reticendo præventionem Judicii alterutrius, Proceſſus finitur facile cum periculo pœnæ, *§.* Ebenmäßig ſollen hinfüro ꝛc. *166. Receſſ. Imper. 1654.* Aliùs eſt plane caſus Mandati de continuando litem ubi cœpta eſt, ſi ſcil. ad Judicem inferiorem cauſa in Camera pendens trahatur: Vel ſi Judex inferior deciſionem cauſæ vellet arrogare ſibi, quæ in Camera jam tum eſſet deciſa.

XXVIII. *Vectigalium novorum inſtitutio hodie*, [Blum. *num. 146.* & Roding. *§. 83.*] poſt Capitulationes Imperatorias in quibus huic rei eſt modus impoſitus, vide *Carolinam artic. 8.* non erit facile metuenda. [Fundatam tamen eſſe hoc caſu Jurisdictionem Cameralem docent Roding. *lib. 1. tit. 1. §. 9.* & Deckher. ad Blum. *tit. 25. num. 18.* B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 229.* quidquid obloquatur Moſer Reichs-Hof-Raths-*Proceſs part. 1. cap. 2. §. 10.*] Neque eſt dubium vicinos potentes ſtatim obicem poſituros. Accidere poteſt tamen ut minoris momenti Vectigalia recenter inſtituta vel renovata cauſam litis præbeant inter vicinos. Et audita ſunt in Camera plura exempla. Ipſa *Capitulatio Cæſarea dict. artic. 8.* vult Mandata Sine Clauſula eo caſu decerni.

XXIX. Si *publica perſona v. gr. Advocatus, Notarius, Officium deneget.* [Blum. *num. 147.*] Credo olim tantam copiam

Advocatorum & Notariorum non fuiſſe, quam eſt hodie, ut per Mandatum Judicis compelli debuerint. Hodie non deficit alter ſi unus ſeſe excuſaverit. Rarus erit caſus excuſationis ſi præmia ſperantur. [niſi magna pericula fuerint ſubeunda, vid. Moſer *citat. loc.* *§. 63.*] In Camera Advocatis & Procuratoribus injungitur, ubi opus eſt, patrocinium, per Decretum extrajudiciale, [conf. Roding. *lib. 4. tit. 5. §. 7.*] neque opus eſt Mandato Sine Clauſula.

XXX. *Si Magiſtratus non det Tutores*, [Blum. *num. 148.*] vide *tit. ff. qui petant Tutor. vel Curator.* [conf. Roding. *lib. 1. tit. 18. §. 15. ſeq.*]

XXXI. *Si Alimenta denegentur*, [Blum. *num. 149.*] ſcil. ab eo qui ad ea tenetur regulariter. [Ex hoc principio in cauſis Apanagialibus Auſtrægarum Judicium excludunt, conf. de Ludewig. *Conſil. Halenſ. tom. 2. lib. 2. conſil. 108. num. 27.*] Frequentior eſt caſus Alimentorum petitionis per modum Proviſionis ex officio Judicis, ita ut ſi Actio principalis fundata eſſe videtur, acceſſorie etiam Alimenta per viam Mandati Sine Clauſula decerni poſſint, vide Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 6. §. 7. pag. 495.* Frider. Mindan. *de Mandatis lib. 2. cap. 54.* Cancer. *variar. Reſolut. part. 1. cap. 16.* Fontanella *de Pact. Nuptial. clauſula 5. gloſſ. 8. part. 12. num. 42. ſeqq.* ubi de Alimentis decernendis agitur fuſius. [Nota, quod de Stylo Camerali Alimenta regulariter quovis trimeſtri ſpatio ſint prænumeranda, Blum. *Sentent. Camer. Num. 675. & 692.* & quod computari ſoleant à die exhibitæ implorationis pro illis decernendis, B. Auctor. *Collect. nova Sentent. Camer. Num. 444. 454. 639. & 871.*]

XXXII. Exemplum factæ *Remotionis ab Officio & Dignitate* [apud Blum. *num. 150.*] non facile dabitur, ut non opus ſit prælocutorio Decreto pro informatione à Magiſtratu habenda. Et cum à Decreto Remotionis etiam Appellatio admittatur cum effectu ſuſpenſivo, Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 3. part. 2. ſect. 1. membr. 2. §. 3. pag. 216.* [add. omninò Mev. *part. 2. deciſ. 12.* Sande *Deciſ. lib. 5. tit. 10. def. 2.* Böhmer. *diſſertat. de Jure Principis circa dimiſſ. Miniſtror. cap. 2. §. 20.* B. Auctor. *Symphorem.*

tom. 1. Conſultat. 34. pag. 746. & 747.] ad impetrandum Mandatum neceſſe erit, ut adſint circumſtantiæ per Appellationem non reparandæ. Fieri enim poteſt, cumprimis ubi Magiſtratus ex plebe conſtituitur & nonnunquam affectus privati regnant, ut ſine ullo Juris ordine aliquis ab officio removeatur, cui per viam Mandati promtius erit auxilium.

XXXIII. De hoc caſu *Alienationis Bonorum Pupilli ſine Decreto*, dubitat [Blum. *num. 153.*] an ad Mandatum Sine Clauſula ſit aptus. Nam conſuli poteſt Pupillo alio remedio Juris, Rei vindicatione. Nos putamus, ſi interveniat in mora periculum, ut ſatius ſit rem integram ſervare, locum fore Mandato, alias non. Impeditur enim facilius per Mandatum alienatio facienda, quam facta revocatur. Cæterum requiſita Alienationis bonorum Pupilli, quæ Blumius ex Libro Præjudiciorum hic recenſet *num. 154.* ſunt Juris communis. [bene tamen notandum, ad decernendam Alienationem non ſufficere caſum utilitatis ſed requiri evidentem neceſſitatem, *l. 4. Cod. de bon. quæ liber. in poteſtat. conſtitut.* Carpzov. *part. 3. conſtitut. 8. definit. 18. num. 2. & conſtitut. 25. definit. 20. num. 6.*]

XXXIV. [Caſus apud Blum. *num. 155.*] pertinet ad caput adminiſtrandæ Juſtitiæ. Nam hæc impediretur, *ſi Captivus de Fuga ſuſpectus in tertii præjudicium dimitteretur.* Sed hic non ſufficiet narrare, ſed probandum erit quid Actoris interſit, ut Captivus retineatur, & inſuper cavendum de damno & expenſis. Credo rariorem eſſe hunc caſum, cum multæ poſſint eſſe rationes Captivum dimittendi, ſi Judex, in cujus eſt cuſtodia, libertati favere velit.

XXXV. Infrequens eſt caſus *ad Navigationis Libertatem* pertinens. [Blum. *num. 156.*] Multæ enim poſſunt eſſe cauſæ prohibendi, Bellum, Peſtis, &c. quis verò eſt impediturus ſine cauſa probabili. [conf. *Capitulatio Caroli VI. artic. 8.* & Moſer *citat. tractat. cap. 2. §. 69.* ubi ſimul de Jure Grutiæ agitur.]

XXXVI. *Confiſcatio Bonorum ejus qui ſibi mortem conſcivit*, [Blum. *num. 157.* & Roding. *§. 72.*] ſcil. ut Liberi, vel

Hæredes ab inteſtato iis priventur. Dubito an unquam hodie daretur ejusmodi Juris imperitia.

XXXVII. Si *Officiales in Civilibus ſe competentes pronuncient.* [Blum. *num. 158.*] Congruit hic Caſus cum præcedenti XX. & ſequenti XLV. Non poterat autem ignorare Blumius, uſu eſſe inveteratam Jurisdictionem Officialium Colonienſis, Leodienſis & Monaſterienſis etiam in Cauſis Civilibus.

XXXVIII. Crederet quis non exſiturum unquam caſum, ut *Diffamatus absque Indiciis Torturæ ſubjiciatur*, [Blum. *num. 159.*] vide Ulric. Huber. *de Jur. Civitat. lib. 3. ſect. 2. cap. 4. num. 34.* Eſt tamen dabilis per imperitiam ſummam Judicis inferioris. *Torturam* ex Foris Chriſtianorum *proſcribendam* eſſe conſulit Thomaſius *integra Diſputatione*, & ad Huber. *dict. loc. num. 32. not. e.* [& ante eum Jacobus Schaller. *tractat. de Tortura in Rebus Publ. Chriſtian. non toleranda, Argentorat. 1658.* vide tamen Wiederholds Chriſtliche Gedancken von der Folter oder Peinlichen Frage. *Wetzlar. 1739.* & Hoſmanns Denckmal Göttlicher Regierung ꝛc. *pag. m. 62.*] ſunt qui exaſperandum eſſe modum Torturæ ſuadent contra Latrones, qui ad Gradus Torturæ uſitatos patiendos ſunt exercitati, conf. Huber. *dict. loc. num. 35. ſeqq.* [Ludovici Einleitung zum *Criminal-Proceſs cap. 9. §. 26.* ubi circa hanc quæſtionem diſtinguit inter Judices inferiores & Status Imperii.]

XXXIX. Hic Caſus [apud Blum. *num. 160.*] convenit ferme cum illo, qui erat IIdus, nam Civis vel Subditus ſine cauſa non expellitur. De *Operis & Contributionibus inſolitis* ſæpe conqueruntur Subditi in Camera & quandoque impetrant Mandatum, ſed tunc eo ita abutuntur, ut Domino ſuo omnes Præſtationes denegent, intelligentes præceptum juxta intentionem ſuam, quæ erat plerumque, omnes Præſtationes pro inſolitis habere velle. Hinc fit ſæpiùs, ut ipſe Dominus contra Subditos Mandatum reciprocum impetret. Cautiſſime verſatur Judex in ejusmodi petitis Mandatis ex parte Subditorum, cum obſervetur ſpiritum illum tumultuoſum, cui compeſcendo ſuperioribus Seculis armis opus erat,

erat, adhuc ſub cineribus latere, & malum plerumque ſerpere, cumprimis ubi potentia Dominorum non metuitur.

XL. Si *denegetur Tranſportatio Frumenti per Territorium*, vel *interdicatur Commercium Rerum ad Vitam neceſſariarum*. [Blum. *num. 161.* conf. Mev. *part. 2. deciſ. 279.* ubi varia ſingularia circa hanc quæſtionem proponuntur.] Infrequens eſt caſus, quia ſaperet vel invidiam vel vindictæ cupiditatem. Nemo autem talis vult videri. Neque ſine cauſa fiunt tales prohibitiones. Plerumque anſam dante vicino per initia ejusmodi denegationis. Regulæ Juris naturalis: *Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris*, vel *Affirmativa*, quas ipſe etiam Salvator humani generis inculcavit, rariſſime obſervantur inter homines. Hinc tot litigia temeraria. Porrò, ne à caſu noſtro longius evagemur, penuria propria, Annonæ Caritas, Periculum Hoſtile, Vectigalium Præſtatio, aliæque cauſæ vim ejusmodi Mandati infringunt.

XLI. Caſus [apud Blum. *num. 162.*] haud dubie eas habere debet circumſtantias, ut certum ſit probabiliter eum qui *renunciavit Hæreditati* nullum Jus habere poſſe, ut proinde *Renunciatio jurata* habeatur pro *re judicata*. Judex igitur circumſtantias per decreta prolocutoria indagabit priusquam tale Mandatum decernatur.

XLII. Par eſt ratio in hoc caſu, [apud Blum. *num. 163.*] *ſi inſtitutus ſub conditione poteſtativa eam adimplere nolit*. Probatio quod alter aliquid facere poſſit, debet eſſe certa. [Et inutilem eſſe hanc quæſtionem ſatis liquet ex *§. 6. Inſtitut. de Fideicommiſſar. Hæreditat.*

XLIII. [Caſus apud Blum. *num. 164.*] Pertinet ad cupiditatem lucri cum alterius damno. Sed diſtinguendum puto: Aut certum eſt quæ Bona ſint *Allodialia*, quæ *Feudalia*, & circa hæc nulla poteſt imputari culpa Vaſallo, & tunc locus erit Mandato *de non arreſtando Allodialia*. Si verò eſt incertum, ſi culpa Vaſalli arguitur, Mandatum denegabitur. Termini hujus caſus ita ſunt conſtituti, ut eum inter eos habeam qui ſint infrequentes.

XLIV. & XLVII. Ad damna præcavenda referri poſſunt, [apud Blum. *num. 165. & 168.*] *ille ad impediendam Alienationem*

tionem contra Teſtamentum Paternum; *hic ad Securitatem Creditoris* ſi pecunia debitori ſuo ſolvatur. In utroque demonſtratio periculi præſentis & difficulter reparabilis erit neceſſaria. [conſ. Moſer *citat. tractat. cap. 2. §. 79.*]

XLV. De *Jurisdictione Judicum Eccleſiaſticorum* ſuprà dixi ad Caſum XX. & XXXVII. [Blum. *num. 166.*] Forte Blumius hic intelligere voluit Judices *Judaicos*. Sed hi facile poſſunt in ordinem redigi, ſi opus ſit. Improbum genus hominum. [Exemplum Mandati de non gravando vel permittendo gravari Subditos Imperii Cenſuris Eccleſiaſticis in cauſa Seculari contra manifeſtas Conſtitutiones & Leges Imperii in cauſa Civitatis Colonienſis contra Electorem Colonienſem refert Moſer *citat. tractat. cap. 2. §. 92.*]

XLVI. Si quis *Tutorem in Camera confirmatum* in officio *turbet*. [Blum. *num. 167.*] Nihil habeo monendum.

XLVII. Vide ſuprà XLIV.

XLVIII. Multa hic commiſcentur à Blumio [*num. 169.*] quæ ſeparanda & clarius explicanda erant, videtur tantum docere voluiſſe, quales Rubricæ Supplicationibus ab Advocatis inſcribantur. Sed quis recenſere poſſet, vel toleraret infinitum numerum petitionum, ſæpe malè formatarum? De *Mandatis quæ futuros Caſus reſpiciunt* ſciendum eſt, quod fundari debeant omninò in facto aliquo, quod metuitur Juri & Juſtitiæ adverſo, ita ut periculum vel damnum per præceptum Judicis caveatur, & res integra ſervetur. Et metus non debet eſſe vanus, imaginarius, ſed probabilis Judici. [Exemplum recentiſſimum Sententiæ Paritoriæ in ejusmodi cauſa Mandati, ſuper caſu futuro Sine Clauſula decreti, publicatæ, vide apud B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 358.* adde *ſuprà num. 42. & 43.*] Hæc niſi adſit qualitas Narratorum, repelletur haud dubiè petitor. *Turbatio* verò eſt actus præſens non futurus, & præſupponit Actoris poſſeſſionem, vide *ſuprà num. 43.* Quod addit Blumius, *illa quæ fundantur ſuper facto, Cum Clauſula decerni*, inſipidum eſt. Si enim factum eſt tale ut ſit Juri contrarium, vel ſi agitur de periculo avertendo, quare non Sine Clauſula decernatur, nulla dari poteſt ratio.

Reſti-

Reſtitutoria verò *Mandata* quæ ſupponunt Spolium & quidem cum violentia conjunctum, ſi hoc probetur, Sine Clauſula decernuntur. Simplex verò Spolium coram Auſtrægis tractari debet juxta *tit. 8. part. 2. Conc. Ord. Cam.* ſcil. ubi Auſtrægarum Forum eſt fundatum Perſonarum intuitu. Accidit tamen facile ut per continentiam cauſæ etiam in ſimplicis Spolii caſu Jurisdictio Cameræ fundari, & Spoliato citra ambages iſtas auxilium ferri queat.

Solet quoque ſupplicari, pergit Blumius, *pro Mandato de non via Facti ſed Juris procedendo.* Verum eſt iſto operculo ſæpiſſime uti Advocatos pro ſpecie facienda ſuis Narratis, ad obtinendum Mandatum Sine Clauſula, tanquam ad factum nullo Jure juſtificabile. Re intrinſecus examinatâ, reperitur plerumque vas anguſtius, ut paulisper commotum, decidat operculum. Narrata, inquam, niſi ſimul contineant & probent factum, ob quod alias locus eſſet Mandato Sine Clauſula inſcriptio iſta nihil juvabit. Meminimus tamen exemplorum, ubi Jurisdictione Camerali exiſtente indubia, retenta fuerit iſta inſcriptio, cum diſtinctione decreti, in Mandatum *Sine*, & *Cum Clauſula*, vide *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 25. §. 10.* Num. 53. Concluſio dictorum: Cum obſervatione de Degeneratione Mandatorum Sine Clauſula.

Atque ita Caſus à Blumio ex veteribus Commentariis & Collectaneis ſive Locis Communibus repetitos abſolvimus. Exegeſis noſtra docuit ex omnibus vix ſextam partem frequentari. Poterant recenſeri alii celebriores, ſed cum aberrationum ſit numerus infinitus, & ex præcedentibus dictis norma in Mandatis & decernendis & dijudicandis ſive decidendis ſatis fuerit monſtrata, ſufficere putavi ſi Lectorem ad *Catalogum Rubricarum*, ſuprà allegatum, remitterem, ex quibus nulla eſt quæ non in ipſis rerum obtinuerit argumentis. Unum adhuc pro concluſione hujus articuli addo. Titulum *Mandati Sine Clauſula* olim adeo durum viſum, acſi fulmen Reo jamjam immineret. Sane conſiderando rem in ſua natura, deberet utique ſequi declaratio pœnæ ſtatim, ubi in parendo committitur mora, neque poteſt oſtendi Narratorum falſitas in facto. Deberent etiam Mandatorum cauſæ ante

P omnes

omnes alias per Sententiam decidi & finiri. Hinc tantæ cautelæ circa Mandata Sine Clauſula decernenda in Legibus, & in Judicio. Veruntamen accidit Mandatis Sine Clauſula, uti aliis rebus Juridicis, de quibus agit Eybenius *diſſertat. de Degeneratione Rerum Juridicarum*, degeneratio non minima in variis capitibus: (1.) Quod declarationes in pœnam ſint hodie rariſſimæ, ut, niſi ſtudioſa accedat contumacia & oppoſitio, vix detur aliquod exemplum. [conf. B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 173.* ubi docet, quomodo contra Reum contumacem in comparendo in Camera procedatur.] (2.) Quod plerumque non ea tantum quæ ad momentaneam Poſſeſſionem ſpectant, ſed ordinarium, quod vocant, Poſſeſſorium, imò ſæpenumero ipſius Petitorii merita in Proceſſu à partibus litigantibus tractentur. Unde (3.) latiſſimus aperitur, conivente Judice, Exceptionum, Replicarum, Duplicarum, quandoque & Triplicarum ulteriorumque Deductionum campus. (4.) Deciſio ejusmodi cauſarum eadem habet fata & moras ſicut aliæ. Cujus rei cauſa eſt vera & potiſſima licet non unica, paucitas Aſſeſſorum, jam ultra Semiſeculum, cum expectatum ab Imperio remedium adhuc ſit in votis. Proinde (5.) periculum ab iſtiusmodi Mandatis non magnopere metuunt Rei. Et qui Exceptionibus bonis eſt munitus, quod metuat non habet. Qui facti injuſti, Legibus adverſi, conſcientia tenetur, confidit vel procraſtinationibus, vel Jurisdictionem Cameræ, ſi aliqua cum ſpecie fieri poteſt, declinare ſtudet, eo procul dubio fine, ut Judicem defugiat, & Actorem infinitis modis circumducat.

De *Proceſſu in Cauſis Mandatorum SECTIONE II.* pro inſtituti ratione dicemus.

§. XI.

Num. 1. Tres cauſæ quarum rarior praxis. Relaxatio Juramenti.

Sunt porrò tres cauſæ Jurisdictionem Cameræ in prima Inſtantia fundantes, quarum praxis eſt rarior, non tamen nulla. *Relaxationis Juramenti* ad effectum agendi, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 26.* Blum. *tit. 35.* Roding. *lib. 1. tit. 13.* adde Deckher. *Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. ſect. 2. num. 20. ſeqq.* [Reinkingk. *de Regim. Secular. & Eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. num. 54. ſeqq.*

conf.

conf. omninò Moſer Reichs-Hof-Raths-*Proceſs part. 1. tractat. 3.* ubi ex profeſſo hanc materiam late perſequitur.]

Citationis ex Lege Diſſamari, Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 27. Blum. *tit. 36.* Roding. *lib. 1. tit. 14.* adde Deckher. *dicto loco num. 10. ſeqq.* [& inprimis hanc Conſtitutionem illuſtrat B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 196.*] ſcil. ob diffamationem de fracta Pace, quam actionem olim diffidationibus frequentibus celebrem eſſe oportuit, cum veteres JCti Camerales multos de ea Commentarios reliquerint. Hodie infrequens eſt actio. Plura ſunt exempla actionis *Legis Diſſamari* ex Jure communi, *Cod. de ingen. manumiſſ.* quæ Regulis Juris communis nititur, & cum hac noſtra ex Conſtitutione Imperii non niſi ab imperitis confunditur. Unde ſi actio principalis, ad quam fit provocatio, per iſtud remedium Juris ad Cameræ Jurisdictionem non pertineret, puta ſi is qui provocat ad agendum, haberet Auſtrægarum Privilegium, fruſtra in Camera uteretur iſto Remedio ex Lege Diffamari. [Mev. *part. 1. deciſ. 198.* & *part. 3. deciſ. 212. & 213.*] Num verò per ejusmodi provocationem Privilegio Auſtrægarum renunciaſſe aliquis cenſeatur, ex Libello Provocatorio erit judicandum. [An Citatio ex Lege Diffamari locum habeat ſi diffamatio fuerit facta non de præjudicio diffamantium, ſed tertii, vide *infrà* B. Auctor. *Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 42.*]

Num. 2. Citatio ex Lege Diffamari olim frequens.

Num. 3. Cautela ne confundatur hæc Actio cum illa ex Jure communi.

Num. 4. Similitudo. Remedio ex Lege Diffamari cum illo ex Lege ſi contendat.

Eadem eſt plane ratio *Remedii ex L. Si contendat. 28. ff. de Fidejuſſor.* quod ad exceptionem ſalvandam eſt comparatum, vide Lauterbach. *integra diſſertat. 84. volum. 2. edit. nov.* ubi omnia pleniſſimè & dilucidè explicantur, præcipue *cap. 9.* ubi etiam [*§. 53. num. 4.* de petito in hac provocatione rite formando, &] *§. 67.* de Electione Fori agit, quæ Actori provocato ſit integra, variisque auctoritatibus JCtorum ſuam ſententiam confirmat. Putavere nonnulli in Remedio *ex Lege Si contendat.* Judicium eſſe de cauſa principali, ſed hoc non aliter eſt verum; quam ſi provocatus in illo Foro actionem inſtituat, adde Brunneman. *ad dict. L. Si contendat. 28.*

Cauſæ denegatæ vel protractæ Juſtitiæ, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 28.* Blum. *tit. 37.* Roding. *lib. 1. tit. 15.* Actionis probatio

Num. 5. Cauſæ denegatæ Juſtitiæ.

batio valdè eſt difficilis, unde non rara quidem ejus inſtitutæ exempla, rariores tamen Sententiæ condemnatoriæ. Junge huic articulo quæ *de Promotorialibus* dicuntur *infrà Sect. II. §. III.* Sæpiſſimè obſervatum, eos litigantium, quibus Judex non per omnia, ut ipſi animo conceperunt, velificatur, de denegata vel protracta queri Juſtitia. Dantur ubique fere locorum iſtiusmodi flagitatores, qui nihil niſi quod ipſis placuit, rectum putant. Si ſint modeſtiores, ferendi, ſi loquaces, importuni, compeſcendi. Sunt in his cauſis Leges clariſſimæ, adeoque & Interpretum Commentarii, ad quos Lectorem remitto.

Num. 6. Violatio Privilegii Cæſarei.

Tandem *Violationem Privilegii Cæſarei* Cameræ ritè inſinuati inter cauſas fundandæ Jurisdictionis recenſet Blumius *tit. 39.* Roding. *lib. 1. tit. 16.* Requiſita hujus Actionis, & difficultas probandi dolum violantis, infrequentiorem eſſe ſatis indicant, adde Deckher. *Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. ſect. 2. num. 27. ſeqq.* [& Deckherrum ad Blum. *tit. de Cauſis Fiſcalibus num. 19. 20.* Schweder. *diſſertat. de Reſervatis Imperatoris §. 33.*]

§. XII.

Num. 1. Actus Jurisdictionis Cameræ fundantes. Commiſſio ad perpetuam rei memoriam.

Superſunt *Actus* quidam, Cameræ Jurisdictionem immediatè fundantes, de quibus Blum. *tit. 42.*

I. Commiſſiones ad perpetuam rei memoriam, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 20. §. 14. 16. 17.* vid. omninò Rulant. *de Commiſſar. part. 2. lib. 1. per tot.* ſcil. in cauſis quæ in prima Inſtantia ad Cameram deduci nequeunt, ſed ad Auſtrægas ſpectant, vid. Gail. *lib. 1. obſ. 93.* [Blum. *tit. 42. num. 1. ſeqq.*] Rulant. *dict. part. 2. lib. 1. cap. 2. num. 8.* quandoque in cauſis in Camera jam pendentibus, *Conc. Ord. Cam. dict. tit. 20. §. 14.* Rulant. *dict. loc. cap. 5.* [de requiſitis Supplicæ pro Commiſſione ad perpetuam rei memoriam conf. Gail. *lib. 1. obſ. 92.* Roding. *lib. 3. tit. 20. §. 60.* quid ſi Judex mediatus decernere recuſet Commiſſionem ad perpetuam rei memoriam? vid. infrà B. Auctor. *Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 45.*]

II. Con-

II. Confirmationes Tutorum, [vid. omninò *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 3. §. penult.* & *part. 3. tit. 9. §. 5.*] ſi Pupillus immediatus, Blum. *dict. tit. 42. num. 11. ſeqq.* Ubi notandum, quod prævio Decreto ad Supplicam pro confirmatione Tutelæ, [extrajudicialiter exhibitam, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 34. §. 13.*] juncto Mandato ſpeciali ad præſtandum Solennia, [vide Roding. *Mantiſſ. 5.*] Procurator admittatur ad eorum præſtationem actu ſolenni in Audientia publica. [quod ſi confirmandus Tutelam ſuſcipere nolit, Citatio ad videndum ſe conſtitui Tutorem impetranda, & Terminus legalis ad 14. Dies vel unum Menſem abbreviandus erit, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 20. §. 16.* & *tit. 9. §. 6.* tandem rationes coram Commiſſione à Camera data, reddendæ ſunt, Deckher. ad Tennagel. *claſſ. 2. cap. 25.*] Formulas inveniet Lector *in Appendice.* Huc etiam ſpectant Decreta in alienationes Bonorum immobilium, Blum. *dict. tit. num. 16. Formulas* vide apud Roding. *in Mantiſſa 1. & 5.* adde *lib. 1. tit. 18. §. 12. ſeqq.* [ubi de modo procedendi agitur.] Num. 2. Confirmatio Tutorum.

III. Confirmationes Contractuum, Pactorum, Tranſactionum, ab immediatis initorum, Blum. *tit. 42. num. 18. ſeqq.* quæ fiunt per Sententiam. Formulas complures vide apud Collectores *Sententiarum Cameralium.* De neceſſitate Confirmationum vide *Electa Jur. Publ. tom. 2. ſect. 2.* [adde *ſuprà §. 10. num. 42. pag. 88. ſeq.*] Num. 3. Confirmatio Contractuum.

IV. Adoptiones & Emancipationes Perſonarum Illuſtrium huc etiam refert Blum. *dict. tit. 42. num. 23.* Veruntamen poſt illa, quorum meminit Kulpiſius *in diſſertat. de Adoption. & Emancipation. in fin.* [ab Eyben *diſſertat. de Tutel. Fœmin. part. 2. membr. 3. §. 9.*] & quod noviſſimè in Perſona Comitis Neo-Wedani accidit, (ubi tamen Solennitates ut in prioribus obſervatæ non fuere, ſed ſimpliciter confirmatus Tutor Anno 1693. & Contractus Abdicationis Anno 1698.) nulla fuere in Camera Exempla. Erroris etiam incuſat Aſſeſſores quoad illos actus, & Juris Germanici imperitiæ Chriſtian. Thomaſius *in diſputat. de* Num. 4. Adoptiones & Emancipationes infrequentes.

Emancipationibus, & *in Notis ad Inſtitut. tit. quib. mod. Jus Patriæ poteſtat. ſolvitur. pag. 68. ſeq.* quam controverſiam ſuo loco relinquo. [conf. B. Auctor. *de Jur. Fœminar. Illuſtr. part. 1. §. 1. num. 15. in not. edit. noviſſ.* & *part. 2. Obſervat. Forenſ. 165.* Leyſer. *ad ff. ſpecim. 21. meditat. 3.*]

Num. 5. Executiones Sententiarum inferioris Judicis.

V. Executiones Sententiarum ab inferioribus Judicibus latarum, Deckher. *Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. ſect. 2. num. 32. ſeqq.*

(1.) Si Sententia ſit arbitri, contra immediatum lata, vide Gail. *lib. 1. obſ. 1. num. 50.* [conf. Roding. *lib. 1. tit. 20. §. 5.* & infrà B. Auctor. *Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 33.* ubi de differentia inter arbitrum & arbitratorem quoad uſum practicum,] vocatur *Laudum homologatum*, id eſt confirmatum vel expreſsè vel tacitè, ſi intra decendium nullum interpoſitum fuit remedium ſuſpenſivum, vide Roding. *lib. 1. tit. 18. §. 3. ſeqq.* De *Reductione Laudi* vide Gail. *lib. 1. obſ. 1. num. 49.* & *obſ. 149. ſeq.* Schwanman. *obſ. 25. num. 46.* [de Fatalibus hic obſervandis adde B. Auctor. *Animadverſ. ad citat. Obſervat. Magenhorſt. 33.*]

(2.) Si Sententia ſit lata ab Auſtrægis, Gail. *ibid. num. 52.* [Roding. *lib. 1. tit. 18. num. 6.*] ubi notandum, quod Blumius omiſit, non decerni in hisce caſibus Mandatum de Exequendo, ſed Mandatum Executoriale, idque contra partem, *Obſervat. Antemarill. 69.* Deckher. *Vindic.* ad Blum. *tit. 27. num. 203.* [conf. de horum Mandatorum uſu & diverſo effectu B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 70.*]

(3.) Si Sententia Judicis inferioris per Sententiam Cameralem deſertoriam Appellationis, vel abſolutionis à Citatione, [vide *infrà Sect. II. §. 1. num. 15. verſ. Terminus Reproductionis &c.* & *§. 6. num. 57. ſeqq.*] vires rei judicatæ accepit, decernitur ad Judicem, ſi is ad Executionem pergere nolit, Mandatum de Exequendo Sententiam *Sine Clauſula*: *Cum Clauſula* verò ſi Judex inferior Sententiam à ſe latam, quæ per Appellationem ſuſpenſa non fuit, Executioni mandare renuat. [conf. Deckher. ad Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 28. num. 31.* & *infrà* B. Auctor. *Animadverſ. ad*

ad Obſervat. Magenhorſt. 1. verſ. de Proceſſu Mandatorum Sine Clauſula &c.] Ratio differentiæ utriusque caſus eſt hæc: In priore, Judex ſuperior eſt certus de negligentiâ Appellantis, & per Sententiam ad ſtatum rei judicatæ cauſa pervenit. In poſteriore verò caſu, incertum adhuc eſt, num Fatale præterierit culpa Appellantis, vel adverſus Sententiam aliud fortè Remedium Reſtitutionis aut Nullitatis interponi queat, vel quæ aliæ intervenerint rationes moræ in exequendo. Accedit, quod in Sententiis deſertoriis vel abſolutoriis à Citatione, Cauſæ Merita, quantum fieri poteſt, examinentur, ita ut in dubio præſumtio ſi pro Judice priore & ejus Sententia, vide *ſuprà Auctar. V.* Econtra, ſi evidens eſſet Sententiæ iniquitas, ſuperior Judex ad deſertoriam vel abſolutoriam non facile eſt deſcenſurus, conf. Blum. *tit. 42. num. 7.* Roding. *lib. 1. tit. 18. §. 7. ſeqq.* inprimis verò Deckher. *in Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. ſect. 2. num. 35. ſeqq.* [adde B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 76.* ubi de differentiis Sententiæ abſolutoriæ ab Inſtantia & deſertoriæ in Cauſis Appellationis late agitur.]

(4.) Si condemnatus per Judicem inferiorem in diverſis territoriis habeat Bona, Judex verò rei ſitæ requiſitus in Executione moram committat, compelletur per Mandatum Cum Clauſula, vide Blum. *dict. tit. 42. num. 9.*

VI. Inſinuationes Privilegiorum, vide [Blum. *tit. 39. num. 13.*] Roding. *lib. 1. tit. 16. §. 5. ſeq. tit. 20. §. 63.* & *lib. 3. tit. 21. §. 24. ſeq. Quinquert. Camer. quæſt. 2. §. 47. ſeqq.* [de ſingulari modo inſinuandi Privilegium, vide Roding. *lib. 1. tit. 20. §. 66.*] Num. 6. Inſinuationes Privilegiorum.

Alios caſus quos habet Roding. *lib. 1. tit. 18. §. 19. ſeq.* quia non ſunt frequentes, forte non extituri, conſulto prætermitto. Utilior erit tractatio, quam ſicco pede vulgati Commentatores tranſeunt, ſequens: De aliis caſibus remiſſivè.

VII. De Salvo Conductu in Camera decernendo. Rodingius, vel qui eum locupletavit (ex novis & antiquis Collectaneis indigeſtam reddendo Commentationem) *lib. 1. tit. 3. §. 19.* incidenter ſaltem recenſet differentiam Salvi Conductus in *forma* Num. 7. De Salvo Conductu in Camera decernendo.

com-

communi & *optima.* Illa eſt ſine Pœnæ adjectione; hæc habet Pœnam adjectam, non Banni, ut ait Blum. *tit.70. num.6.* ſed Pecuniariam.

Differt Salvus Conductus à Securitate Univerſali, quam *Salvam Guardiam* nuncupant. *Ille* conceditur à Judice cujus eſt Jurisdictio, ad Actus Judiciales ſecure peragendos: *Hæc* à Summo Imperante, quia pertinet ad Regalia, Boër. *deciſ.119.* Rulant. *de Commiſſar. part.1. lib.3. cap.12. num.5.* Ergò Salvum Conductum decernere poteſt Camera in cauſis ad Supremum Judicium delatis, vi Jurisdictionis, vide Gylman. *tom.3. Rubr. Salvus Conductus.* [adde *ſuprà §. 10. Caſ. X. pag. 102. ſeq.* ubi de alia ſpecie Salvi Conductus agitur, & *infrà Append. VI. Num. 32.*] non poteſt Salvam Guardiam, quæ eſt Actus Gratiæ Imperialis, vide Mev. *part. 3. deciſ. 169. num. 1. & ſeq.* Perperam ergò ratiocinatur Rulantus *dict. loc.* dum ait, Cameræ ideo competere Salvi Conductus conceſſionem pro Examine Teſtium peragendo, quia æquiparetur ſummo Principi. Confunditur hic Salva Guardia cum Salvo Conductu. Camera Imperialis non exercet Regalia, ſed Jurisdictionem ordinariam Lege Imperii delatam. Salvus Conductus verò eſt Actus Jurisdictionis. In Rulanto diligentiam Collectaneorum cum utilitate quæſiveris, Ratiocinia verò & Præjudicia non ſine ulteriori inquiſitione amplectenda.

Itaque cujusvis Judicis eſt concedere Salvum Conductum, ut bene Rulantus allegavit *dict. loc. num. 9.* Sed Superioris non eſt decernere in præjudicium Judicis inferioris, priusquam cauſa ad eum fuerit devoluta, Mevius *part. 3. deciſ. 169.* & *part. 4. deciſ. 211.* ubi Officium Judicis ea in re præclare inſtruit. Exceptio eſt ſi denegaret Salvum Conductum Judex inferior, à qua denegatione etiam foret locus Appellationi, Mev. *dict. loc.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap.3. part. 2. ſect.1. membr.1. §.5. num. 2.* Coler. *de Proceſſ. Executiv. part. 2. cap.1. num. 118.* in quo Capite *à num. 103.* hæc materia fusè exponitur, Bechtius *tractat. de Securitate & Salvo Conductu* poſt prolixiſſimam tractationem hujus argumenti tantum ſumma capita nominavit *cap. 11.*

Quem-

Quemadmodum Salvus Conductus ad Actus Judiciales ſecure peragendos eſt neceſſitatis, non voluntatis; ita ſi quæſtio ſit de abſente Reo, & favore defenſionis, multum eſt arbitrio Judicis relictum, Mev. *part. 1. deciſ. 3. num. 10.* & *part. 7. deciſ. 401.* cujus monita de receptione debitoris fugitivi & Salvo Conductu impertiendo ſunt notatu digniſſima *part. 6. deciſ. 282. & 286.* Talis debitor ſi in Camera peteret Salvum Conductum, puto eſſe denegandum, donec fundata fuerit Jurisdictio. [conf. *Receſſ. Viſitat. 1713. §. 12.*] Ad quam fundandam non ſufficiet, quod Creditores plures ſint in diverſis territoriis. Nam Forum ordinarium primæ Inſtantiæ eſt coram Judice domicilii debitoris.

§. XIII.

Venio ad Cauſas *Secundæ Inſtantiæ* ſive *Appellationis*. Eſt autem fundata Jurisdictio Cameræ in ſecunda Inſtantia ab omni Judice immediato, & *ab omni Gravamine*, etiam *extrajudiciali*, de quo Tractatus utiliſſimus Lynckeri, & *futuro*, Mev. *part. 1. deciſ. 64.* [Roding. *lib. 1. tit. 23. §. 14.* Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 29. num. 24.*] multo magis *continuo*. (*a*) [conf. B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 245. not. 2.* ubi etiam agitur de Fatali Appellationis à Gravamine extrajudiciali.] Niſi impediatur provocatio vel (1.) per Cauſæ Qualitatem, (2.) per Summæ Quantitatem, (3.) per Privilegium. Dicendum eſt de ſingulis.

Num. 1. Cauſæ Appellationum: Generaliter fundata eſt Jurisdictio Cameræ ab omni Judice immediato, niſi in caſibus exceptis ſpeciatim.

(*a*) *Provocatio ſit etiam per* Remedium Nullitatis principaliter deducendæ, *de quo* Blum. tit. 56. Roding. lib. 1. tit. 21. §. 5. & tit. 33. Lauterbach. ad tit. ff. quæ Sentent. ſine Appellat. reſcind. §. 1. uſque 5. *Fundatur autem Juriſdictio Cameralis per viam* Citationis *ad videndum deduci Nullitates: An remedio Nullitatis uti poſſit gravatus etiam coram Judice inferiore gravante? Affirmare videtur* Benderus Aſſeſſor Cameræ Tractat. de Reviſion. concluſ. 1. num. 13. [& Roding. lib. 1. tit. 21. §. 17.] *Rationi tamen magis conſentanea eſt ſententia negantium*, [per l. 55. ff. de re judicat] vide Rebuff. ad Conſtitut. Reg. tit. de Sentent. artic. 3. gloſſ. unic. num. 16. & Fab. Cod. lib. 7. tit. 19. definit. 20. Voët. ad tit. ff. de Reſtitut. in integr. §. 8. *Eſt autem Remedium Nullitatis per Legem Imperii reſtrictum ad Summam appellabilem Lege Ordinationis expreſſam*, Receſſ. Imper. 1570. §. 69. *qui locus eſt relatus* in

Num. 2. De Remediis affinibus. Nullitatis, & Reſtitutione in integrum contra Sententiam inferioris Judicis.

Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 31. §. 5. *& derogatur per hanc Legem Juri communi, de quo accipiendus* Mevius part. 1. deciſ. 154. *Fallitur* Textor. diſſertat. de Reſtitut. in integr. ex clauſ. general. §. 30. *putans Legem correctoriam non eſſe extendendam ad Summam Appellationis auctam* in Receſſ. Imper. 1654. *Cum æqualis omninò ſit ratio*, vid. Lauterbach. Colleg. Pract. lib. 49. tit. 5. §. 6. [Roding. lib. 1. tit. 20. §. 56. & tit. 21. §. 18.] *De* Summa Privilegiorum *quæ ſtricti Juris ſunt*, vide ſeq. §. XIV. membr. 1. num. 6.

Fatalia Remedii Nullitatis ſunt eadem, quæ Juris communis, Receſſ. Imper. 1654. §. 122. [conf. latè Maurit. Conſil. Chilon. 7. num. 9. ſeqq.] *neque impedietur, etiamſi Appellatio fuerit deſerta, vel ex alio capite non admittenda*, Mev. dict. deciſ. 154. part. 1.

De Reſtitutione in integrum *adverſus Sententiam Judicis inferioris agit* Blum. tit. 57. *ubi putavit admitti ejusmodi Provocationem in Camera.* [conf. Roding. lib. 1. tit. 19. §. 3. Eiſenhard. de Reſtitut. in integrum cap. 8. §. 131.] *Sunt quibus* Blumii *authoritas tanti fuit viſa, ut eum eſſe* Stylum *Judicii Cameralis, etſi Regulæ Juris Communis adverſum, exiſtimarent, inter quos, quod miror*, Strykius Uſu Moderno Pandectar. tit. de Reſtitut. in integr. §. 7. *Equidem* Benderus de Reviſion. concluſ. 1. num. 13. *argumenta Doctorum quorundam per modum dubii recenſet, in ſequentibus verò textus Ordinationis, qui de Reſtitutionis Remedio agunt, de Sententiis in Camera latis interpretatur. Ex inſtituto errorem iſtum perſtringit* Deckherrus Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. ſect. 2. ſubſect. 2. num. 27. ſeqq. *ubi oſtendit textus* Receſſ. Imper. 1570. §. 69. *vel* Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 31. §. 5. *alium ſenſum non eſſe, quam eum, ſi petitio Reſtitutionis in integrum cum Appellatione ſit conjuncta, &* num. 34. *Præjudicia quædam à Fautoribus iſtius, quam rejicit, Sententiæ allegata, ad quæſtionem minime quadrare demonſtrat, ut adeo tradita* Blumii tit. 57. & Auctoris Praxeos Juris & Proceſſus Cameralis noviſſimæ à D. Hofmanno Advoc. & Procurat. Cameræ editæ tit. 19. (vide Deckher. dict. loc num. 30.) *& Juri Communi & Legi Camerali & Praxi omninò repugnent. Prout & per* Concluſum Pleni 7. April. 1702. *occaſione Sententiæ in cauſa* Trautwinckel *contra* Stifft Bilefeld *rejectam eſſe iſtam doctrinam teſtatur* B. Aſſeſſor Lauterbachius in Colleg. Pract. (*is enim eſt, qui Paternas lucubrationes continuavit & in materia Appellationum multa utilia ex propria experientia addidit*) lib. 49. tit. 8. §. 9. *Cui adde allegatos* apud Stryk. dict. loc. Galeſium de Reſtitut. in integr. cap. 9. num. 70. [Brunneman. Proceſſ. Civil. cap. 28. num. 129] Scacciam de Appellation. quæſt. 19. remed. 2. num. 59. *& inprimis* Mevium part. 2. deciſ. 152.

Alia

Alia eſt quæſtio an à denegato ab inferiore Judice Remedio Reſtitutionis in integrum admittatur Appellatio? quam nemo temere negaverit. [Oddus de Reſtitut. in integr. part. 1. quæſt. 16. artic. 2. conf. infrà §. 14. num. 26. & Sect. II. §. 6. num. 40.] *Alia etiam quæſtio* de Remedio Reſtitutionis in integrum inter immediatos Imperii Cives, qui alias inter ſe Auſtrægarum beneficio fruuntur, in Camera inſtituendo, *puta contra Tranſactionem vel alium Contractum. Quo caſu Juriſdictionem Cameræ fundatam eſſe non dubitarem.* [conf. l. final. Cod. ubi & apud quem cognit. Reſtitut. in integr. agitand. ſit. verſ. ſed ne &c.] *Non quidem ex ea ratione, quod Reſtitutio in integrum dicatur eſſe Imperii magis quam Juriſdictionis*, l. final. Cod. ubi & apud quem cognit. &c. *Nam iſta locutio ex differentia Magiſtratuum Romanorum orta, mutata Juriſdictionis in Imperio Germanico formâ, hodie minùs commode applicatur*, conf. Deckher. Vindic. tit. 27. num. 173. *Sed quia Auſtrægarum notio eſt longe anguſtior quam Juriſdictio Magiſtratui competens*, vide Coccej. tota diſſertat. de Auſtræg. Notione & Executione. *Ergò imploratio pro Reſtitutione in integrum inter Perſonas immediatas contra Tranſactionem vel Contractum recte fundabitur in Camera per viam Simplicis Querelæ, hoc eſt* Citationis, *nequaquam verò per viam* Mandati, *quia Præceptum Judicii locum habere nulla ratione poterit. Requirit enim pleniſſimam Cauſæ Cognitionem petita Redintegratio cauſæ amiſſæ*, Ulr. Huber. Prælect. ad Pandect. tit. de Reſtitut. in integr. num. 1. & 3. *Hinc & contra Mandatum fruſtra peteretur Reſtitutio in integrum per modum Exceptionis, ſed ad ſeparatum Proceſſum mea Sententia foret remittenda. Redeo ad materiam Appellationum.*

Impeditur inquam Appellatio (1.) per Cauſæ Qualitatem, de qua *§. ſeq. XIV.* Num. 3. Quotuplici ratione impediatur Appellatio. Ubi de Summa Ordinationis & Privilegiorum.

(2.) Per Summæ Quantitatem: quæ olim erat centum, deinde 300. Imperialium, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 31. §. 4.* Hodiè per *Receſſ. Imper. 1654. §. 112. Quadringentorum Imperialium.* Et in Reditibus: *Sedecim Imperialium*, Blum. *tit. 46. num. 9. & 12.* Roding. *lib. 1. tit. 20. §. 39. ſeqq.* Concluſum Pleni Collegii Cameralis allegatum à Blumio *num. 13.* de 28. Junii 1670. (erravit in tempore Blumius, vitium typothetæ eſt in Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 5. §. 8.*) ad Summam Appellationis conſtituendam Uſurarum cum Sorte cumulationem non admittit, ſive agatur de Summa Ordinationis, ſive de Summa Privilegii, vide

ſuprà Auctar. VI. Quod Concluſum tamen cum grano ſalis accipiendum eſſe videtur, puta, ſi Uſuræ ſint vel imaginariæ (miſere enim ſeſe torquent nonnunquam Appellantes in effingenda Summa) vel in prima Inſtantia non petitæ, vide Lauterbach. *lib. 49. tit. 5. §. 7.* Nam ut intelligatur prædictum Concluſum ſimpliciter ſine ulla reſtrictione prohibet ratio quod ſine abſurditate dici nequeat, omnes Sententias de Penſionibus vel Uſuris latas, cujuscunque Summæ, etiam immenſæ, eſſe non appellabiles. (*b*) [latius de hac controverſia agit B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 245.*] Neque Uffenbachii auctoritas mihi eſt tanta, ut perſuadear quocunque caſu Judicium Imperiale Aulicum Appellationes iſtiusmodi denegare. Certiore opus eſt teſtimonio & experientia: Contradictorium Jus in Judiciis Germaniæ Supremis ſtatuere durum valde eſt, vide Deckher. *in Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. ſect. 2. ſubſect. 2. num. 11. ſeqq. pag. 107.* & omninò Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 5. §. 8. ſeq.* Illud Jure Camerali & Praxi confirmatum eſt, quod *Summa* non Petitionis, ſed *Gravaminis* ſit attendenda, vide *SCtum Camerale Anno 1603.* quod noviſſimè per Viſitatores fuit approbatum: ubi etiam de *æſtimatione Injuriarum & Jurium incorporalium* agitur. [conf. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 400. Corollar. 1.*] Cui conſonum eſt *Concluſum Pleni 18. Februar. 1715.* adde Blum. *tit. 46. num. 9.* Koch. *ad Ordinat. Camer. part. 2. tit. 28. num. 27. ſeqq.* [adde *Rec. Imp. 1570. §. 67.* Deckher. *Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. ſect. 2. ſubſect. 2. num. 5. ſeqq.* Ludovici *diſputat. de Summa appellabili §. 30.*] Alia eſt quæſtio notatu digna, An diſpoſitio *§. 114. Receſſus Imperii 1654.* (qui continet exceptionem à regula de Summa 400. Imperialium) intelligenda ſit tantum reſpectu Summæ Ordinationis, an etiam Privilegii, quæ ſolet eſſe longe major? Et obtinuit ſententia quod exceptio à regula reſpiciat etiam Summam Privilegii, quia nulla apparet diverſitatis ratio, neque *in dicto §. 114.* reperitur reſervatio ea quæ legitur *in §. 112. 113.* Aliquoties ita pronunciatum meminimus.

(*b*) *Memini me legere in regeſtis Aſſeſſoris quondam celebris, quod Concluſum ſuprà dictum intelligendum ſit de caſu Privilegii, in quo Summa Capitalis expreſsè nomi-*

nominata. Protocolla Pleni antiquiorum temporum ſunt admodum conciſa neque in quaſtione prædicta Concluſum Senatus cum diſtinctione, ſed generaliter [vide ſuprà Auctar. VI.]

(3.) Per Privilegium Cameræ ritè inſinuatum & acceptatum: vide [*Receſſ. Imper. 1570. §. 70.*] Roding. *lib. 1. tit. 20. §. 63.* & *lib. 3. tit. 21. §. 24. Quinquert. Camer. quæſt. 2. §. 47. ſeqq.* Prohibetur autem Appellatio in Privilegio vel *abſolutè*, vel *reſtrictivè ad certam Summam*, vel etiam *Sententiæ* aut *objecti qualitatem*, vel *ſub modo* obſervandorum Solennium, quibus non præſtitis juxta Privilegii tenorem, Appellatio vel non admittitur ab initio, vel admiſſa in dubio periculo partis, ſi opponatur exceptio, pronunciatur deſerta. [hoc tamen Præjudicium evitare Appellantem ignorantem ex Lynckero docet B. Auctor. *Symphorem. tom. 2. conſultat. 7. pag. 304.*] Plura de *Solennibus* occurrent *infrà Sectione II.* Privilegiorum recenſionem fecit Blum. *tit. 47.* Roding. *lib. 1. poſt tit. 20. in ſex Capitibus.* Wehner. *tom. 6. Symphorem.* Gylmanni qui omnes ea tantum recenſuere, quæ ipſorum tempore inſinuata fuere. Reliqua, & quotquot hodierno tempore inſinuata novimus, conſpectui proponet *Catalogus Privilegiorum in Appendicem hujus Commentationis relatus.* Privilegia obſervari ſtrictè jubet *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 6. Receſſ. Imper. 1654. §. 111. Capitulat. Caroli VI. Auguſtiſſimi artic. 18.* Faciliores juſto fuiſſe præcedentes Imperatores in concedendis Privilegiis de non-appellando, indicant verba *dict. Receſſ. Imper. §. 116.* & *Capitulat. dict. artic. verſ.* In Ertheilung aber ꝛc.

Num. 4. Privilegia de non appellando quotuplicia, ubi de eorum Catalogo.

Statuto impediri vel reſtringi beneficium Appellationis Leges noſtræ non permittunt, *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 31. §. 1.* [quamvis Subditorum Juramento confirmatum fuerit, Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 7. num. 3.*] vide Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 1. §. 8.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diſſertat. 2. theſ. 1.* & ibi *Additiones* Myleri *lit. a. c.* ubi plures allegatos videas. Fiſcalis Cæſarei eo caſu invigilabit vel excitabitur officium. Quodſi Statuto ab Imperatore confirmato reſtrictio aliqua contineretur, hoc foret ſpecies Privilegii in Camera ſolen-

Num. 5. An Statuto impediri poſſit Appellatio, vel limitari.

niter inſinuandi. Ita enim intelligendus Lauterbachius *dict. loc. verſ. Statuto tamen &c.* Renunciare beneficio Appellationis cuilibet eſſe liberum exiſtimo, modo non accedat coactio qualiscunque, etiam indirecta, Lauterbach. *dict. loc. verſ. Denique &c. & §. 17.* Mylerus *dict. Addit. lit. d.* [talis verò renunciatio remedium nullitatis non includit, Deckher. ad Koch. *ad Ordinat. Camer. part. 2. tit. 28. num. 16.*] Quanta enim animadvertitur nonnullis in locis in declinanda Jurisdictione Imperii Conſiliariorum (dubium eſt annon privatæ quandoque interveniant rationes) ſolertia, tanta eſſe debet vi Clauſulæ Jurisjurandi Cameralis: Weiter iſt Ihro Kayſerlichen Majeſtät Befehl / ꝛc. *Receſſ. Deputat. Anno 1557. §. 20. 21.* qui refertur *in Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 85.* pro conſervanda Jurisdictione Collegii Cameralis providentia.

Num. 6. De Solennibus propria auctoritate conſtitutis.

Inter prohibitas reſtrictiones beneficii Appellationis habetur merito, ſi quis auctoritate propria Solennia Appellationis voluerit introducere cum onere deponendæ certæ Summæ in caſum victoriæ partis adverſæ. Rationes talis Statuti exaggerare ſciunt conditores, Appellationum frequentiam & temeritatem, litigandi pruritum, ſumtuum gravitatem, quæ rationes in omnibus ferè Privilegiis inveniuntur. Sed ideo, quia reſtrictio non niſi per Privilegium fieri poteſt, ſequitur, quod nemo ſibimet hoc Privilegium tribuere queat, vide *Receſſ. Imper. 1654. §. 117. ſeq.* neque aliter intelligendus Lynckerus *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 7. num. 3.* Obtegitur ratio vera, animus Jurisdictionem Imperii reſtringendi, atque ex Summa depoſita lucellum captandi. Equidem inficias ire non auſim, quod Sententiarum, à quibus Appellationes interponuntur & recipiuntur, pars minima in Appellationis Inſtantia Camerali reformationem ſubeant, confirmatis maximam partem Sententiis priorum Inſtantiarum: Exinde tamen non conſequitur, quod Appellationis beneficium ſit reſtringendum magis quam ampliandum. Eſt enim Juris dicendi poteſtas & ultima provocatio pars eximia Summi Imperii, ut adeo beneficium Appellationis & ulterioris deductionis ultimæ merito ſit omnibus Imperii Civibus integrum relinquendum.

Num

Num & inter prohibitas reſtrictiones referenda erit Inſtantiarum in Provincia multiplicatio? Juſtitiæ adminiſtrandæ ſpeciem præ ſe ferunt ſemper ejusmodi conſilia. De poteſtate ſtatuendi dicere hic nolo. Verum quid utilitatis habeat multiplicatio olim inſolita, perſpicere nequeo, niſi id ſit conſilium ut Jurisdictio Imperialis declinetur, & Litigantes multiplicium Sumtuum tædio ab ulteriore provocatione abſterreantur. Trium Inſtantiarum beneficium in Saxonia introductum eſſe, qui ibi in Foro verſatus eſt non ignorat. (c) Et in eo inter alia fundatum eſſe Privilegium de non appellando, ex tenore Privilegii conſtat. Sed Lege Imperii generali id unicuique deberi, nullibi legitur. Apud Saxones non trium modo ſed duplo major datur ſæpe Inſtantiarum numerus. Coram Judice inferiore eodem ſunt duæ, prima, & altera, quæ Leuteratio vocatur, effectum habens ſuſpenſivum & Fatalia perinde ut Appellatio. Deinde itur ad Curiam Provincialem, ubi, poſt Appellationem deciſam, repetitur beneficium Leuterationis. A Curia Provinciali Appellatio admittitur ad Principem, & rurſus duplicantur ut antea Inſtantiæ, quandoque triplicantur per Ober-Leuterationem. [adde Beck. *diſſertat. de Curiis Provincialibus Saxon.*] Non mirum ergo ſi in Saxonicis Judiciis lites valde protrahantur, cum à quacunque Interlocutoria partes ſoleant leuterare & appellare. Sumtuum multiplicatio, cumprimis ubi Sportulæ potiſſimum eſt officii commodum, ex Inſtantiarum numero agnoſci poteſt facile.

Num. 7. De Inſtantiarum multiplicatione. Ubi de Saxonico Leuterationis Remedio, & ei ſimili Reviſionis in aliis Imperii Provinciis, quod eſt ordinarium.

(c) I. *Leuterationem Saxonicam Inſtantiam vocari locutione populari, ſicut petitio Reſtitutionis in integrum Inſtantia dicitur, ſciens alioqui Inſtantiam non eſſe prout hæc denominatio de Judicio ſuperiore dicitur,* vide Barthii Hodeget. Forenſ. cap. 1. §. 74. pag. 325. [Lyncker. de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 2. §. 6.]

II. *A Judiciis inferioribus Nobilium & Præfecturarum liberum eſt appellare ad Curiam Provincialem vel ad ſupremum Appellationis Judicium ſine periculo ſaltus illiciti.*

III. *Ober-Leuterationi non eſſe locum niſi in Judiciis Appellationum ſupremis, quæ ſunt in Electoratu Aula Electoralis, extra Electoratum Aulæ Principum qui Judicium Provinciale habent commune. Non autem admittitur Ober-Leuteratio, niſi in ſupremo Judicio cauſa cœpta fuerit, non verò in iis, quæ per Appellationem*

tionem devoluta, vide Rudolphi Nucl. Proceſſ. part. 1. cap. 68. pag. 285. Carpzov. Proceſſ. Jur. tit. 17. artic. 5. num. 13. ſeqq. [Ludovici Proceſſ. Civil. cap. 28. §. 37. ſeqq.]

IV. *Multi ſunt caſus Saxonico Jure, qui nec Appellationem nec Leuterationem admittunt. De* Poſſeſſoriis *Cauſis [Summariis]* vide Berger. Oeconom. Jur. pag. m. 1127. num. 3. & Elect. Diſceptat. Forenſ. pag. m. 942. ſeqq. *de* Cambialibus, *de quibus* infrà §. 14. membr. 1. num. 17. *notandum, Appellationem eſſe plerumque ſine effectu, ſed reſcribi*, ſich das *Appelli*ren nicht irren zu laſſen.

V. *Frivolis Appellationibus modum poſitum per Edictum Electorale de Anno 1670. quod vide* in Appendice Corp. Jur. Saxon.

Leuterationem Saxonicam imitatur alibi Remedium *Reviſionis*, quod ab illa quoad rem, nonniſi vocis ſono differt. Ita ut non ſolum in cauſis quæ ad Cameram vel ob quantitatem, vel ob qualitatem devolvi nequeunt, admittatur, quo de caſu agit *Receſſ. Imper. 1654. §. 113.* Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 8. §. 7.* Sed etiam in cauſis quæ ad Cameram per Appellationem devolvi poſſunt, ſi in prima Inſtantia coram Conſiliariis Principis ſive Cancellariæ fuerint diſceptatæ. Cujus rei exemplum obſervatur in Paderbornenſi & Monaſterienſi Epiſcopatibus. Non tamen absque contradictione, ſi ad obeundam iſtam Inſtantiam partes volunt compelli. Cum igitur Reviſionis Remedium dicatur vulgò *Extraordinarium*, vide Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diſſertat. 2. theſ. 20.* & ibi Myleri *Additiones.* Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 8. §. 6.* à quo regulariter Appellatio ad Cameram non admittitur, ſi Sententiæ à quibus præ ſe ferant Rubricam: In *Reviſions*-Sachen; non idcirco hæſitare ſolent Aſſeſſores Cameræ in decernendis Proceſſibus, ſcientes hoc Remedium Paderbornæ, Monaſterii, aliisque locis [v. c. Hamburgi, vide B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 219.*] haberi pro tali quod vocant *Ordinarium:* Si enim in Cauſis ad Cameram appellabilibus Reviſionis Remedium alicubi introduceretur eo fine, ut deinde ad Cameram Appellatio impediretur, hoc omninò foret illicitum, neque tolerandum. [conf. B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 133. & infrà Append. V. pag. 129. in fin.* juncto *Auctar. XI. ſuprà.*]

De

De Statuto tali incidiſſe quæſtionem memini, quo libertas erat relicta Appellationis à Curia Provinciali vel ad Imperialem Cameram, vel ad Territorii Dominum, ea tamen Lege, ſi Judicem Appellationis elegiſſet Territorii Dominum, ut renunciare deberet Appellationi ulteriori ad Cameram. Rationes Statuti ſunt: quod liberum fuerit Appellanti adire Cameram. Et cum cuilibet permiſſum ſit Appellationi renunciare, liberum etiam fore Domino Territorii Appellationem ad ſe interpoſitam, quam etiam *Reviſionem* vocant, non aliter admittere quam prævia renunciatione ulterioris provocationis, conf. *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 31. §. 1.* Controvertitur hæc quæſtio in cauſa Polant contra Kunckelsheim/ ob *Ordinationem Monaſterienſem* des Hof-Gerichts *tit. 41.* [*vid. infrà in Catalog. Privilegior. pag. 33. ſeq.*] Illud eſt extra dubitationem, ſi Reviſorio Judicio electo ab una parte, altera in eo ſuccubuerit, huic provocationem ad Cameram prohibitam non eſſe. Quod ſæpe obſervatum in Sententiis Reviſoriis Monaſterienſibus & Juliacenſibus. Nam ut ei, qui Reviſorium elegit, provocatio ulterior libera non ſit, rationem poteſt habere eam quoque, ne pars victrix pluribus Inſtantiis & ſumtibus fatigetur, cum ſuccumbens pars in Reviſorio à ſe electo magnam habeat contra ſe frivoli litigii præſumtionem. Num. 8. Quatenus licitum ſit Statuto injungere Renunciationem ulterioris Provocationis, ſi quis elegerit Reviſorium Judicium.

Privilegia de non appellando non ſunt mere perſonalia, ſed ad Familiam, quatenus certum poſſidet Territorium, reſtricta. Verba ſingulorum Privilegiorum id docent. Electoribus *in Aurea Bulla tit. 11. §. 3.* tributum eſt Privilegium de non appellando reſpectu Territorii Electoratus. Nam alias opus non fuiſſet ratione aliarum Terrarum petere Privilegia nova. Itaque Elector, vel alius Imperii Princeps Privilegium Familiæ qua tali, v. gr. qua Duci Saxoniæ, tributum, non poterit extendere ad Principatus vel Comitatus alios, quos non poſſidet qua Dux Saxoniæ, ſed titulo alio, Succeſſionis, Tranſactionis. *Quodſi à Judicio iſtius Principatus vel Comitatus ad ſe voluerit appellari, an impediatur idcirco provocatio ulterior ad Judicia Imperii?* Reſpondetur: Si ex iſto Territorio ad Cameram antea Appellationes fuerunt delatæ vel Num. 9. Privilegia de non appellando non eſſe mere perſonalia, ſed ſimul ad Territorium reſtricta. Ubi de Territorio acquiſito & extenſione Privilegii.

R Juris-

Juriſdictio Cameræ fundata, mutatio Domini non poteſt eſſe præjudicio Juriſdictioni Imperii, neque extenſio fieri Privilegii ultra mentem concedentis. Rectius ergo facturus eſt Dominus, ſi Juriſdictionem non confundat, & ſuo loco faciat Jus reddi. Ita obſervatum meminimus aliquando in cauſa Clivenſi ad Aulam Regiam Berolinenſem delata, ex qua Sententia fuit remiſſa in Clivenſi Judicio publicanda, & ita Appellationi ad Cameram nullum exiſtebat præjudicium.

Num. 10. De Territorio incorporato.

Quodſi Territorium aliquod Familiæ qua tali fuerit adquiſitum, & Territorio principali incorporatum, tum porrigetur Privilegium de non appellando Familiæ conceſſum etiam ad illas Terras. Hac ratione Saxonicum Privilegium de non appellando etiam ad Hennebergicas terras, utpote quæ in una eademque Inveſtitura Imperiali comprehenduntur, extendi debere dudum tradidit cum Knichenio Wehnerus *tom.6.Symphorem.* Gylman. *Rubr. Elector ac Dux Saxoniæ.6.* Etſi neuter adæquatam adferat rationem. Knichenii locus eſt *in Commentatione de Saxonico non provocandi Jure & Privilegio pag. 289.* Tota tractatio continet aliena à Libri titulo, de Saxonico Jure vix una alteraque agit pagina. Auctor lectionis ſuæ & digreſſionum fœcunditatem videtur monſtrare voluiſſe in omnibus Scriptis, in quibus methodum merito deſideraveris. Fuit olim præſentatus ad Aſſeſſoratum Cameræ, ſed ſpe ſua excidit.

De Principatu Hennebergico & Coburgico.

Territorium *Coburgicum* in Franconia, quod eſt pars *Hennebergiæ*, dudum ante Pactum Succeſſorium cum Ducibus Saxoniæ Anno 1555. initum, vide Knichen. *dict. tractat. num.73. pag.166.* Pacto Matrimoniali à Carolo IV. Imperatore Anno 1350. confirmato pervenit ad Landgravios Thuringiæ, & Circulo Superioris Saxoniæ in hunc uſque diem adſcribitur, quod tamen reſpectu reliquarum Terrarum Hennebergicarum, quas Anno 1583. extincta Stirpe Hennebergica Saxoniæ Duces adquiſiverunt, obtineri non potuit, quia tunc Circulorum ordo erat magis conſtitutus. Confirmationis prædicti Pacti Matrimonialis meminit Hortlederus *in Manuſcriptis ineditis.* Ex quibus Excerpta huc facientia *in*

Appen-

Appendicem IV. pag. 124. ſeqq. referri meruerunt: vide Albini *Chronic. Miſnenſ. tit. 15. fol. 200.*

Judicium Provinciale quod olim *Coburgi* fuit, cujus mentio fit apud Knichenium *dict. pag. 289.* ſublatum eſt dudum, & in *Jenenſe* transfuſum, inter alias rationes, verò ſimiliter, ut tanto magis Privilegium de non appellando ad Terras Coburgicas porrigeretur.

De *Epiſcopatibus Saxoniæ* notatu digna huc facientia leguntur *in Vitriario illuſtrato lib. 3. cap. 12. num. 41. 42.* non pertinere Privilegium de non appellando Saxonicum ad Terras Epiſcopatuum *Martisburgenſis, Miſnenſis, Numburgenſis,* quod ex declarationibus Electoris Saxoniæ oſtendit. Verba Declarationis Epiſcopatuum nomine factæ 24. April. 1616. ibidem recenſentur: Als erklären ſich die drey Stiffter / Meiſſen / Mörſeburg / und Naumburg dahin / daß ſie könten geſchehen laſſen / daß die Appellationes aus den dreyen Stiffts-Regierungen an den Churfürſten zu Sachſen / und Burggrafen zu Magdeburg / ihren gnädigſten Herrn / ergehen möchten / jedoch mit dieſer Maaße und Limitation, daß dadurch die Appellation ad Cameram Imperialem denen Partheyen nicht abgeſchnitten / ſondern denſelben in alle Wege reſerviret und vorbehalten ſeyn / und einem jeden Part frey ſtehen ſolle / an höchſtgedachte Ihro Churfürſtliche Gnaden / und das Kayſerliche Cammer-Gericht zu appelliren / Carpzov. *diſſertat. de Jure ac Privileg. Saxon. de non appellando cap. 5. §. 58.* eadem habet verba, excepto, quod loco particulæ und legatur hic oder: addit Carpzovius acquieviſſe Electorem iſta Declaratione, & infert, appellari ad Electorem vel ad Cameram *alternativè*, dicere volebat: *electivè.* Quis crederet futurum, ut Appellantium ullus favorem electi Judicii Appellatorii Electoralis præ Camerali, non ſit quæſiturus? Et quotusquisque eſt qui Imperialium Judiciorum notitiam accuratiorem comparare ſibi ſtudeat? Plerique ſcientia Praxeos Judiciorum Patriæ ſunt contenti. Vide quæ dicta ſunt *infrà in Catalogo Privilegiorum pag. 40. ſeq.* Edictum valdè memorabile & optimis Conſtitutionibus plenum Potentiſſimi Regis Boruſſiæ & Electoris Brandenburgici, die Verbeſſerung

Num. 11. De Epiſcopatibus Saxoniæ.

des Juſtitz-Weſens betreffend/ 21. Junii 1713. de Appellationibus à Judiciis omnium Provinciarum ad Supremum Appellationis Berolinenſe agit *§. 4. num. 10. §. 19. 20.*

Num. 12. Privilegia quædam Jus commune tantum confirmant.

Legitur in quibusdam Privilegiis Appellatio prohibita *à Sententiis Interlocutoriis & in Judiciis Poſſeſſoriis latis, item proviſionalibus.* [varias illuſtrationes huc pertinentes vide apud B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 131.*] Quæſitum fuiſſe accepimus, an aliquid novi contineant iſta Privilegia, quod Jure Communi non obtineret? vide Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 5. §. 2. 12. 13. 14.* Blum. *tit. 46. num. 4. & num. 55.* Roding. *lib. 1. tit. 31. §. 11.* Exiſtimatum, Jus Commune in iſtis Privilegiis tantum confirmari, cum olim abuſus Appellationum fuerit tantus, ut conſtitutione ſpeciali eſſent impediendæ. Vide de Interlocutoriis Sententiis *Commentar.* Kochii *ad Ordinat. Camer. part. 2. tit. 28. num. 65. ſeq.* de Proviſionalibus, Mev. *part. 1. deciſ. 23.* [B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 37.*] de Poſſeſſoriis momentaneis, [B. Auctor. *dict. part. 1. Obſervat. Forenſ. 50.*] Roding. *dict. loc.* Mev. *part. 9. deciſ. 14.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 6. §. 2.* Lauterbach. *dict. loc.* adde, quæ *infrà* dicentur à nobis *§. XIV.* Si omnes Sententiæ in Poſſeſſorio etiam ordinario latæ tali Privilegio comprehenderentur, Advocatus foret haud induſtrius, qui artem neſciret plerasque cauſas ad Poſſeſſoria remedia deducendi, & Appellationes eludendi: cui calliditati Privilegia ſuccurrere, credendum non eſt.

Num. 13. Summa Appellationis quando in querela Nullitatis non attenditur.

An Summa non appellabilis faciat tamen locum querelæ *Nullitatis*, ſæpe quæſitum fuit, negat Mev. *part 1. deciſ. 154.* & *part. 8. deciſ. 133.* Sententia Gailii *lib. 1. obſ. 135. ſuprà*, ubi de Summa egimus, nobis probata fuit: adde *ſeq. §. XIV. num. 3. ſeqq.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 6. §. 31.*

Num. 14. Cautela contra Privilegia de non appellando.

Privilegium de non appellando locum non habet, ſi ab eo cui conceſſum eſt, gravatus quis ſit non tanquam à Judice, ſed tanquam à parte, hoc eſt in cauſis, quæ privatum reſpiciunt commodum, [Blum. *tit. 45. num. 5.* conf. Roding. *lib. 1. tit. 23. §. 10. ſeq.* Denaiſ. *Jus Cam. tit. 27. §. 2.* B. Auctor. *Symphorem. tom. 1.*

Con-

Conſultat. 36. & *part. 1. Obſervat. Forenſ. 83. part. 2. Obſervat. Forenſ. 228.*] Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 7. num. 1.* & *cap. 6. §. 31. num. 6.* Sed eo caſu gravantem Imperii Statum, qui Auſtrægarum beneficio gaudet, coram iis conveniendum eſſe, non per Appellationem ad Cameram rem deducendam ex *Receſſ. Imper. 1594. §. 94. 95.* concluditur. [exemplo rem illuſtravit B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 83.*] Tractavit hanc quæſtionem prolixius Lyncker. *dict. cap. 5. ſect. 1. §. 7.* ubi *§. 8. num. 1.* quæſtionem proponit, cujus determinationem Rulanto *lib. 8. de Commiſſar. part. 4. de Proceſſ. Judiciar. Interrogator. cap. 13. num. 17.* infeliciter ceſſiſſe refert, deinde interpoſita digreſſione de Judicii Imperialis Aulici antiquitate *§. 10.* deciſionem *Receſſ. Imper. 1594. dict. §. 95.* refert, & *§. 11.* de Gravamine à Capitulo Cathedrali, quod Auſtrægis non gaudet, differit, tandem *§. 16. & 17.* ad quæſtionem propoſitam Cameralium Sententiam, etiamſi Lege firmata non eſſet, ſuſtinet, ibidemque docet quod Judex à quo, etiamſi Partium uni in Judicio Superiore fortiter aſſiſtat, tamen partis loco haberi & citari non debeat. Et *§. 18.* tradit Judicem non eo minus qua talem cenſeri, quamvis proprio motu & non ad partis inſtantiam vi poteſtatis alicui quid injungat, prout etiam tanquam pars & non qua Judex gravare poteſt, licet ad partis inſtantiam aliquid decernat. [adde Roding. *lib. 1. tit. 19. §. 5.* & *tit. 23. §. 11. & 13.*] Quæ omnia cum aliis utiliſſimis Obſervationibus huc pertinentibus *dicto Tractatu locis allegatis* evolvenda Lectori relinquo. Unum addens, quod, ſi Summa in qua aliquis eſt gravatus, ſit infra Summam Ordinationis, & Sententia ſit ab Auſtrægis lata, beneficium Reviſionis, *Receſſ. Deputat. 1600. §. 16.* & *Receſſ. Imper. 1654. §. 113.* etiam locum ſit habiturum, vide Lyncker. *dict. cap. 5. ſect. 1. §. 13. num. 16.*

Nemo à nobis expectet, ut *Fatalia* Appellationum (quæ in Camera ſunt triplicia, vide [Gail. *lib. 1. obſ. 139.*] Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 29. num. 22.* & nota Deckherri, ubi de Prorogatione) atque *Formalia*, & quæ de Appellationibus in Jure Communi occurrunt, in hac delineatione pertractemus. Actum Num. 15. De Fatalibus & Formalibus Appellationum remiſſivè.

enim agere nolumus. Jura communia ex *Commentariis ad Titulos Pandectarum & Codicis de Appellationibus* petenda. Quæ ad Camerale Jus ſpectant, quod in hac materia à Jure communi (exceptis Fatalibus, & Formalibus quibusdam, quæ ſunt ſingularia, vide Mev. *part. 1. deciſ. 150.*) non multum recedit, in ipſis Legibus publicis clariſſimè ſunt expreſſa. Diligentiſſime & ſolide dubias quæſtiones plerasque reſolutas videas *in Collegio Pandectarum Lauterbachiano Lib. Digeſt. 49.* nec non Mevii *Deciſionibus paſſim.* quas in materia Appellationum, in quibus cauſis Appellatio locum habeat, una ſerie collegit Bœckeln *in Addition. ad* Hahn. in Weſenbec. *lib. 49. tit. 13.* Conſulat, cui placuerit, Blum. *tit. 44. uſque 55.* Roding. *lib. 1. tit. 19. uſque 32.* adde *lib. 3. tit. 11. de Inhibitionibus.* Nobis ſingularia quædam perſequi eſt animus.

Num. 16. De Compulſorialibus notatu digna.

Compulſoriales Literæ cum Proceſſibus Appellationis regulariter decerni ſolent: Judex à quo, ſi cauſam ad Cameram devolutam non eſſe putat, Actorum editionem plerumque recuſat, donec per Compulſoriales repetitas compellatur. Decernuntur itaque *Ulteriores*, & *Adhuc Ulteriores*, vide Blum. *tit. 52.* Roding. *lib. 1. tit. 18. §. 10. ſeq.* & *lib. 3. tit. 13.* Exceptio eſt, ſi ex cauſis gravioribus non-devolutio fuerit oppoſita; tum enim hic articulus ante omnia eſt decidendus: Sæpe tamen uſu venit, ut Judici Appellationis opus ſit ex Actis prioribus informari, quo magis de devolutione vel non-devolutione certus eſſe queat. Hinc formula pronunciandi, qua denegatur adhuc petita non-devolutio, & Compulſoriales repetuntur. Recentiori tempore poſt tertias Compulſoriales, quartas & quintas, repetita aliquoties voce **adhuc**, informi plane phraſi, decretas fuiſſe vidimus. Satisne hæc omnia ad mentem Legum, ſuo loco relinquo, vide *Receſſ. Imper. 1654. §. 65.* ubi, quando ulteriores Compulſoriales decernendæ ſint, clare exprimitur. *Ulterioribus* non inſerebatur hucuſque pœna gravior, ut in Mandatis fieri ſolet, ſed ſub priori pœna ſimplicium demandabatur Editio Actorum; ex *Stylo* tamen Camerali receptum, ut loco pœnæ gravioris in ulterioribus Editio Actorum *gratuita*, hoc eſt ſumtibus Judicis à quo, injungeretur. *Adhuc*

Ulte-

Ulterioribus verò pœna inſerebatur aucta parte dimidia, id eſt 15. Marcarum Auri. [quæ Acta ſint edenda, & quomodo Judex in ejusmodi controverſiis arbitrium ſuum interponere debeat, exponit B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 297. §. 17.*]

Arctiores Compulſoriales ſub pœna Banni recentioribus temporibus adhuc uſitatas fuiſſe Sententiæ apud Deckherrum teſtantur, in quibus ſimul præcipitur Editio Actorum non *gratis*, ſed ſumtibus Appellantis facienda, quod *miratur* merito Roding. *lib. 3. tit. 13. §. 14.* adde Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 31. num. 29. & ibi notam* Deckherri. Cum enim juxta eundem Roding. *§. 10.* arctiores parum adferant præjudicii, (exempla condemnationis in Bannum nulla reperiuntur) Judex à quo, gratis edere Acta juſſus, expectare poterit impune arctiores

Hodie, loco pœnæ Banni ſub graviori pœna Pecuniaria Fiſco Imperiali ſoli addicenda (nam præcedentes etiam parti pro dimidia debentur) præmiſſa condemnatione in pœnam ſimplicium, Actorum Editio mandari poterit: quæ via cum Legibus Imperii convenit optimè. Nam licet *Edictum illud Imperatorium*, de quo mentio fit *in Ordinat. Camer. part. 2. tit. 31. §. 10.* qui *in Concepto* eſt *tit. 34. §. 11.* nondum fuerit publicatum, res ipſa tamen *in Receſſ. Imper. 1654. §. 61.* communi Ordinum conſenſu placuit: neque erraturus eſt, qui Fiſcalis Actionem ex dicto Receſſu Imperii fundatam eſſe aſſereret. Injuſte enim recuſat Judex inferior Editionem Actorum vel Rationum Decidendi, prætextu non-Devolutionis vel Deſertionis, de qua cognoſcere non eſt Judicis à quo, ſed ſuperioris, Mev. [*part. 1. deciſ. 190.*] *part. 3. deciſ. 221.* Præſtaret autem ulterioribus Compulſorialibus ſemper addi etiam ex officio Citationem ad videndum ſe incidiſſe in pœnam ſimplicium, conf. Roding. *dict. tit. 13. §. 14.* Blum. *tit. 52. num. 14. 15.* Gail. *lib. 1. obſ. 134. num. 3. ſeq.* (*d*)

(*d*) *Hæc omnia per* Concluſum Collegii 16. Februar. 1715. *ad certam deducta ſunt regulam, ut ſcilicet in poſterum poſt Compulſoriales* ſimplices, *ſi Judex moram faceret in edendis Actis, Compulſoriales* non Ulteriores (*utpote quæ tantum ob defectum aliquem in Actis, vel Rationum Decidendi, petendæ*) ſed Arctiores, *ſub pœna 20. Marcarum Auri, decerni deberent, unà cum* Cita-

Citatione ad videndum ſe incidiſſe in pœnam ſimplicium. Salvo tamen Judicis arbitrio, ſi pro ratione circumſtantiarum ulterioribus *ſub comminatione pœnæ ſimplicium uti velit, in quibus tamen Clauſula* gratis *eſſet omittenda.*

Num. 17. Remedia contra Sententias non appellabiles.

Si Summa non eſt appellabilis, vel qualitas Sententiæ impedit Appellationem, datur gravatis coram priori Judice Remedium *Reviſionis*, alicubi *Leuterationis* vel *Super Leuterationis.* [vide Textor. *ad Receſſ. Imper. Noviſſ. diſputat. 13. theſ. 23. ſeq.*] Id ſi negetur, in Camera decernuntur Mandata de concedendo Reviſionem [vel Tranſmiſſionem Actorum] Sine Clauſula, *Receſſ. Imper. 1654. §. 113.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 6. §. 32.* Blum. *tit. 46. num. 15.* [conf. *infrà Sect. II. §. VI. num. 37.*] Ubicunque enim Cameræ Jurisdictio fundata non eſt quoad cauſam principalem, poterit tamen fundari in acceſſoriis, quoad modum procedendi, ſi à Judice inferiore negentur Remedia Juris legitima; Nam denegando ea, Judex denegatæ Juſtitiæ fit reus, Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 3. §. 1. num. 4. pag. 86.* & *cap. 6. §. 32. num. 4. pag. 556.* ſuccurrere autem injuſtè gravatis ab inferiore Judice, officium eſt ſuperioris.

Num. 18. Quando ſine Appellationis Proceſſu Judex inferior jubetur Gravamen tollere.

Animadvertimus nonnunquam Appellationes interpoſitas à Sententiis Interlocutoriis, Gravamine exiſtente quidem juſto, ſed per Judicem priorem reparabili, non fuiſſe receptas, Decreto tamen Extrajudiciali denegatorio appendicem additum, qua Judex inferior de tollendo Gravamine inſtrueretur, quem modum abbreviandi lites utiliſſimum cenſet Mev. *part. 2. deciſ. 374. ſeq.* adde *part. 2. deciſ. 277. part. 4. deciſ. 29. & 124.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 7. part. 2. §. 23. pag. 645.* Neque de fundata Jurisdictione Cameræ ante decretos Proceſſus dubium fore exiſtimo, cum per introductionem Appellationis Judicis Superioris Officium, quod eſt generale, pro re nata exerceri queat, vide *ſuprà Auctar. VII.* Et in Cauſis Executionum à Camera demandatarum ſi ab exceſſu Executionis, vel à Decreto quodam Commiſſariorum à Camera delegatorum, Appellatio interponatur, iſte modus ſæpe fuit utiliter adhibitus, teſtantibus Decretis Extrajudicialibus, quæ *in Manipulo variorum Decretorum Extrajudicialium*

lium adjuncto *Appendici VIII. hujus Commentationis* conſpicientur. [conf. *ſuprà Auctar. VII.*]

Inter calliditates Advocatorum licitasque circumventiones refertur, ut gravatus in Sententia, vidensque adverſarium æque, vel magis gravatum eſſe, appellet in continenti, expectetque dum alter, Appellationem illius ſibi quoque profuturam putans, peculiarem Provocationem negligat. [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 67.*] Tum verò effluxo Fatali, ille Appellationem ſuam deſerat, & ſic Sententia vires Rei judicatæ nanciſcatur. Multi hoc ſuo damno fuere experti, & parcere Sumtibus Appellationis peculiaris, non eſt niſi imperitorum. Num. 19. Quomodo adverſarii Appellatio eludatur. Cautela Advocatorum.

Similis eſt imperitia ſi quis à Sententia appellare neglexiſſet, à Judice declarationem expectans, tum verò à lata confirmatoria voluerit appellare, vide Deckher. ad Koch. *Commentar. ad Ord. Cam. part. 2. tit. 28. num. 57. ſeq.* [adde Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 4. §. 8.* Stryk. *Introduct. ad Prax. Forenſ. cap. 23. §. 2.*] Neque etiam Appellationis beneficio fruetur, qui poſt Sententiam latam, Tranſactionis ſpe obdormierit, & interim Fatalia neglexerit, poſtea à die ruptæ concordiæ Appellationem repetiturus, Koch. *ad part. 2. tit. 29. num. 14.* Gail. *lib. 1. obſ. 140. num. 8. 9.* [vide Mev. *part. 4. deciſ. 330.* ubi de Reſtitutione in integrum, & *part. 3. deciſ. 410.* ſingularem huc pertinentem quæſtionem proponit B. Auctor. *ſuprà Auctar. XX.*] Num. 20. Aliæ Cautelæ Appellantibus obſervandæ. Ne expectent declarationem Judicis inferioris. Ne ſpe concordiæ Fatalia labi ſinant.

De adhæſione notandum eſt, quod fieri debeat intra Decendium, alias reſpectu adhærentis Sententia vires Rei judicatæ nanciſcetur, Mev. *part. 5. deciſ. 86.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 4. §. 1. num. 4.* & *Deciſ. 1474.* Ant. Fab. *lib. 7. tit. 26. definit. 20.* Gylman *in Præjudic. Rubr. Appellatio in genere. verſ. Appellatio quatenus communis.* Diſtinguit Gailius inter adhæſionem partis appellatæ & tertii, *lib. 1. obſ. 122. & obſ. 70. num. 9.* [& Mynſing. *centur. 2. obſ. 21.*] quem ſequitur Mev. *part. 1. deciſ. 158.* & *part. 5. dict. deciſ. 86.* Lauterbach. *tit. ff. de Appellat. §. 13. in fin.* Ergò appellata pars adhærere poterit in Appellatorio Judicio ſine periculo elapſi Fatalis Decendii, vide *l. 39. princ. Cod. de Appellat. &* Num. 21. De adhæſione Appellationis notanda.

Relat. l.1. Cod. ſi unus ex pluribus appellav. l.29. §. 1. ff. de Minor. Boër. *Deciſ. 73.* Lauterbach. *lib. 49. tit. 1. §. 14.* Eo reſpicere videtur etiam *Receſſ. Imper. 1654. §.* Es ſollen und mögen auch ꝛc. *75. & præced. §. 74.* vide Dr. Franzii, JCti Gieſſenſis, *Diſputat. de Commodis & Incommodis ex Adhæſ. Appellat.* ubi materia Adhæſionis pluribus diſtinctè explicatur. [Textor. *diſputat. de Beneficio adhærendi*, quæ eſt inter Academicas *tom. 1. diſputat. 37.* adde B. Auctor. *tom 1. Conſultat. Forenſ. 18.* ubi de differentia inter adhæſionem & interventionem in Cauſis Appellationum latius agit.]

Num. 22. De Ratihabitione Appellationis.

De Ratihabitione Appellationis nota: quod fieri queat per conſortem litis, vel eum qui alias cauſam habet communem, ex. gr. Dominum in cauſa Subditorum, Auctorem rei venditæ, Fidejuſſorem, &c. [conf. omninò B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 55. & 103.* ubi docet Appellationem unius Conſortis non tantum proficere iis, qui non appellaverunt, vel Appellationem deſeruerunt, ſed etiam alteri Conſorti, qui alio jam uſus fuit Remedio, adde *part. 2. Obſervat. Forenſ. 126.*] aliud dicendum, ſi quis Jure ſeparato nititur, is enim principaliter debet appellare, Gail. & Mev. *dict. loc.* Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 4. cap. 2.* Lauterbach. *lib. 49. tit. 1. §. 13. ſeq.* [conf. B. Auctor. *Symphorem. tom. 1. Conſultat. Forenſ. 18. pag. 434.*]

Num. 23. Deſertionem & non-Devolutionem Judex ex officio attendit.

Deſertionem Appellationis & non devolutionem Judicem ex officio reſpicere & deſuper pronunciare teneri, etſi Appellatus non exceperit, Cameræ Aſſeſſores & JCti ſtatuerunt, vide Koch. *Commentar. ad Ord. Cam. part. 2. tit. 28. num. 45. ſeq.* & *ibi notam* Deckherri. [adde Roding. *lib. 1. tit. 25. §. 4.* & *tit. 32. §. 4.* Gail. *lib. 1. obſ. 137.* Mev. *part. 1. deciſ. 11. num. 2.* quoties tamen de culpa Appellantis non aperte conſtat, contra deſertionem pronunciandum eſſe docet B. Auctor. *Symphorem. tom. 1. Conſultat. Forenſ. 34. pag. 748.*]

Num. 24. Judex quando in cauſa principali pronun-

Judicem omiſſo articulo Appellationis ab interlocutoria Sententia ad petitionem Appellati, (quæ eſt inſignis cautela) invito etiam Appellante, in cauſa principali progredi & pronunciare

poſſe,

poſſe, definit Gail. *lib. 1. obſ. 136.* Koch. *Commentar. ad Ord. Cam. part. 2. tit. 29. num. 35.* [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 78.* ubi plenius hæc quæſtio diſcutitur.] Multa ejus rei in Camera extant exempla. Quid ſi cauſa deſerta ſit, vel non devoluta? vide Gail. *obſ. ſeq. 137.* plura de deſertione occurrent *infrà Sect. II. §. 4. num. 7.* [& *§. 6. num. 54. ſeqq.*] ciet omiſſo Articulo Appellationis.

§. XIV.

Dicendum tandem eſt de Juriſdictione Cameræ *Negativè.* Id eſt, de Cauſis in quibus non eſt fundata Juriſdictio hujus Supremi Judicii. Tametſi verò extrajudicialiter ad Narrata Partis ſpecioſè formata decreti fuerint Proceſſus, nihilominùs re examinata Judiciali Relatione, ſequitur Sententia non-devolutoria in Cauſis Appellationum, in Cauſis Mandatorum, Mandati Caſſatoria. [juncta condemnatione in Expenſas, Roding. *lib. 1. tit. 5. §. 7.*] (*a*) Ad Appellationes hic præcipue reſpicimus, facili applicatione ad Mandata, cum ſit eadem ratio, Formula tantum diverſa pronunciandi. Sive autem Jure communi prohibita ſit Appellatio, ſive Jure ſpeciali, puta Camerali, nihil intereſt ad non-devolutoriam Sententiam: Recenſentur ejusmodi cauſæ apud Blum. *tit. 43. & 46.* Roding. *lib. 1. tit. 31.* Operæ pretium eſſe duxi Capita illa Blumii examinare, quorum illud, *tit. 43.* agit de prohibita Appellatione ex Jure ſpeciali, ob naturam objecti, hoc verò *tit. 46.* de Jure communi, vel ob Privilegium. Immiſcentur tamen etiam hic cauſæ in *tit. 43.* recenſitæ. Inſcriptio *tit. 46.* ſonat affirmativè, tractatio verò uſque ad *num. 68.* negativè. Erunt ergò noſtræ inſpectionis *Membra Duo*, unum conſiderabit Cauſas non appellabiles *tit. 46.* expoſitas, alterum eas quæ ſpeciali Jure ob Qualitatem Cauſæ ad Cameram non devolvuntur *tit. 43.* vide *ſuprà Auctar. VIII.*

Num. 1. Tranſitus ad Cauſas in quibus Juriſdictio Cameræ fundata non eſt.

Num. 2. Sententiæ non-devolutoriæ quæ ſit cauſa.

(*a*) *An dicere poſſit Judex ſuperior Appellationem non devolutam ob defectum Gravaminum Appellationis? Proceſſus decernuntur, uti fieri ſolet, in Senatu Extrajudicialium, nullo in Formalibus defectu deprehenſo, ſed Gravaminibus leviter, vel, ut cum Lege loquar,* Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 10. *ſine ſcrupuloſitate examinatis. Cauſa deinde ad Sententiam inſtructa ſi Senatus*

Definitivarum deprehenderit Gravamina eſſe Actis contraria, non fundata, an ad non-devolutoriam procedere poſſit, an præciſè Confirmatoriam pronunciare debeat? hic eſt quæſtionis ſtatus. Peſſimè quandoque abuti litigantes beneficio ſaluberrimo Appellationis, ut adverſarium multis ſumtibus diu multùmque vexent, litem involvant, victorem in prima Inſtantia fructu Sententiæ carere faciant, id equidem toto die experimur, cum multa ſciant eſſe & in Judicii Cameralis Conſtitutione impedimenta, & ipſi Appellantes nova procreare norint, quò tardius cauſa poſt Proceſſus ſemel decretos Definitivâ Sententiâ terminari queat. Licet autem hoc fiat tandem, quotusquisque eſt, qui Remedio Reſtitutionis in integrum plerumque ex Cauſis Lege Camerali minimè fundatis, uti non audeat. Temporis trahendi ſtudioſiſſimi ſunt Appellantes. Interim aliquid fit. *Abeſt vel moritur hic, [aut] ille; ſuccedit alius recenter informandus, vel qui litem ſuſtinere nequit, & ſimilia infinita. Optandum eſſet itaque, ut monitum* Gailii lib. 1. obſ. 128. num. 5. *frequentiorem ad uſum produci poſſet. Sed, quod non fiat, cauſæ ſunt plures, tum Partium tum Judicium, in priori Inſtantia Cauſam non clarè diſtinctèque inſtruentium, vel ut id fiat non curantium: in ſecunda Inſtantia Advocatorum, qui operam ſuam numero & prolixitate Scriptorum peſſimo conſilio metiuntur. Neque etiam excludere velim moram ipſius Judicii. Laborum concatenata moles, mox Judicialium, mox Extrajudicialium, ſive Supplicationum, in quibus ſunt ſæpè maximè arduæ & difficillimæ tractationis, Senatuum, & quod impedimentum non leve adfert, Referentium mutatio ab extrajudiciali tractatione ad judicialem, aliaque plura, quibus Remedium facile adferri nequit.* (vide quæ dixi ſuprà §.10 num. 18. pag. 80. verſ. Ad finiendas &c.) *Igitur ad propoſitam quæſtionem ut deſcendam:* Primò *verum eſt, quod non-devolutoria Sententia Cameralis pronuncietur, ſi Cameræ Juriſdictionem non fundatam agnoſcit Judex, vel quod obſtet Summa appellabilis, vel Privilegium, vel quod Cauſæ & Sententiæ à qua natura, in judiciali examine detecta, Appellationem non admittat, qua de re hucuſque in Commentatione actum fuit. Quoniam verò* Secundò *Cauſæ vel Sententiæ qualitas terminos non habet adeò anguſtos, qui ſint vel Interlocutionis ſimplicis, vel Rei judicatæ, ſive ut loquuntur, inhæſivitatis, vel deficientis Summæ appellabilis, vel Poſſeſſorii momentanei, vel Privilegii, in quibus terminis ſeſe continere debeat non-devolutionis effectus, ſed poſſunt eſſe plures rationes ob quas ſuperior Judex non devolutam ad ſe Appellationem dicere queat; Hinc univerſaliter inficias ire nolim, quod non etiam ob Gravaminum defectum non-devolutoriam Sententiam ferre poſſit Judex, ſi ita ſuadeant circumſtantiæ.* [*utilitatem hujus quæſtionis collige* ex traditis B. Auctor. infrà num. 14. *junct.* Sect. II. §. 6. num. 55.] *Eſt enim tanta Rerum Judicialium & Circumſtantiarum varietas & viciſſitudo, ut Judici ſuperiori in pronunciandi Formulis arbitrium, Juſti-*

Juſtitia de cætero ſalva, conſtrictum eſſe, vel arctari debere aſſirmare non auſim. [conf. ſuprà Auctar. VIII.]

Membrum I.

Appellare non licet à Sententiis eorum qui habent Privilegia de non appellando. De his actum eſt *§. præced. XIII.* De *Querela Nullitatis* hic dicendum. [quam variis Obſervationibus illuſtrat B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 34.*] Indiſtinctè eam admittit Blumius *tit. 46. num. 3.* auctore Gailio *lib. 1. obſ. 135.* qui hic eſt adhibendus. Conſtans eſt Cameralium JCtorum ſententia, diſtincta eſſe Remedia *Appellationis* & *Nullitatis*, uno prohibito, non ceſſare alterum, diſtincta etiam capita *Ordinationis Cameralis part. 2. tit. 31. uſque 34.* & *part. 3. tit. 34. uſque 38.* qui agunt de Appellatione, & *tit. 40. part. 3.* ubi de Nullitatis Proceſſu. Exempla quoque decretorum Proceſſuum ad videndum deduci principaliter Nullitates, Privilegio quocunque de non appellando non obſtante, antiqua & recentior Praxis Imperialium Judiciorum præbet complura, vide Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 2. §. 7.* Mev. *part. 1. deciſ. 89. part. 3. deciſ. 54.* & *part. 8. deciſ. 133.* Non exiſtimo in mentem venturum cuiquam, ac ſi licitum eſſet per Querelam Nullitatis Privilegium de non appellando eludere, hoc eſt ſufficere ſi Advocatus Rubricam Supplicæ & Narrata ad Nullitates dirigat, utendo, loco Gravaminum *Iniquitatis*, voce *Nullitatum*. Nam licet hoc antiquiore tempore admiſſum fuerit forte, ea ratione, quod juxta Petiti & Actionis Qualitatem Jurisdictio fundari poſſet; abſit tamen ut nos ita ſentiamus. Examinantur imprimis ejusmodi Supplicæ, & niſi deprehendantur Nullitates Proceſſus veræ, & probabiliter oſtenſæ, denegatur Petitum. Iniquitas enim Sententiæ pro Nullitate non habetur. Quid ſit Nullitas vera, quæ locum faciat querelæ principaliter inſtituendæ, nolo hic exponere, ſufficiunt ea in re *aliorum Commentarii* præcipue *Vantii* & *Altimari*, cujus *Opus Collectaneorum* inſtar eſſe poteſt. Blumius hoc caput tractavit *tit. 56.* Roding. *lib. 1. tit. 19. §. 43. ſeqq.* & *tit. 33.* & *lib. 3. tit. 11. §. 62.* accuratius Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 8.* [conf. B. Auctor. *part. 1.*

Num. 3. Examen Tituli XLVI. in Blumio. De Appellatione prohibitâ, ſi Privilegium obſtet.

Num. 4. An & Querelæ Nullitatis obſtet Privilegium? Neg.

Num. 5. Nullitas debet eſſe vera & evidens.

part. 1. Obſervat. Forenſ. 34. & 108. & *Symphorem. tom. 1. Conſultat. 43. pag. 1129.* adde Maurit. *Conſil. Chilon. 7.*]

Num. 6. Summa 400. Imperialium adeſſe debet ſi de Nullitate inſtituatur Querela.

Porrò, cum *in Receſſu Imperii 1570. §. 69.* vid. *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 31. §. 5.* Summa Appellationis, quæ tunc erat 300. Floren. Sortis, etiam ad Querelam Nullitatis ſit extenſa, rectè fiet hæc extenſio etiam quoad Summam auctam *in Noviſſimo Receſſu 1654. §. 112.* [conf. *ſuprà §. 13. num. 2. & 13.*] 400. Imperialium, dari enim ratio diverſitatis nequit adæquata. Aliud omninò dicendum circa Summam Privilegii. Igitur Querela Nullitatis, vide *ſuprà §. 13.* admittetur in Summa Privilegii, quatenus Summam Ordinationis excedit, vide Blum. *tit. 56. num. 16.* Roding. *lib. 1. tit. 21. §. 5.* junct. *tit. 33.* Lauterbach. *lib. 49. tit. 2. §. 7.*

Num. 7. Quid ſi Privilegium de non appellando loquatur, etiam de Nullitatis Querela.

Quid autem ſi in Privilegio de non appellando excepta etiam ſit Querela Nullitatis? Suadet hanc cautelam Gailius *dict. obſ. 135. num. 8.* [Hiltrop. *Proceſſ. Judiciar. part. 4. tit. 17. num. 30.*] Egregiam verò cautelam ut ſibi quis proſpiciat Privilegio ad Nullitates ſine metu correctionis committendas! Verum enim verò male ita intelligitur Gailius, neque ea poteſt eſſe clauſulæ ejusmodi Privilegio inſertæ vis ac poteſtas. Id tantum intenderetur, ne ob quamcunque allegationem Nullitatis, vide *ſuprà num. 5.* Privilegium de non appellando infringatur, neque alia fuit mens Gailii. Quid enim ſi incompetentia Judicis accuſetur? Ordo Proceſſus turbatus: Initium factum ab Executione: non auditus Reus condemnatus adverſus Leges expreſſas, hoc eſt, Jus in theſi pronunciatum: & ſimilia? Tu dicis, non eſſe præſumendum ut talia committantur. Ego reſpondeo, non eſſe etiam præſumendum ut ad talia facta tuenda Privilegium valere poſſit. Quis enim non erubeſceret contra querelas ejusmodi præſidium quærere vel per Privilegii alicujus petitionem, vel per conceſſi Privilegii adeo violentam interpretationem.

Credo ſanè, nec ipſum Knichenium, qui *in tractat. de Saxonico non Provocandi Jure & Privilegio num. 56. ſeqq. pag. 292.* Sententias à quibus appellare non licet ita deſcribit, *ut earum effectus miraculo veluti adſcribatur, eo quod æquent quadrata rotundis,*

faciant

faciant ex nihilo aliquid: ex non vero, verum: ex non ente, ens: non Jure, Jus: non juſto, juſtum: nigra vertant in candida & contra: hinc reddatur Filius qui talis non eſt, qui nunquam Pater fuit, per alteram naturam Pater creetur: non tamen, addit *num. 62.* eſſentialiter, ſed ſolum quoad effectum. Credo, inquam, *Knichenium* in omnibus iſtis miraculoſis & hyperbolicis effectibus non voluiſſe comprehendere Nullitates [inſanabiles] apertas, ex. gr. ut fiat Judex ex non competente competens; ut condemnetur non citatus, non auditus: ut Sententia feratur extra Acta, vel ex Actis mutilatis, & quæ ſunt aliæ Nullitates omni rationi ſanæ & Legibus adverſæ. Talis enim Privilegii ſenſus eſſet calumniatorius, omne Jus & Juſtitiam evertens, Chriſtiano Judice & JCto indignus. Neque eò quadrant omnes rationes, quas in medium protulit *Knichenius*, pro excludenda Nullitatis Querela *num. 100. uſque 135. pag. 282.* poſt recenſita antea *num. 53. ſeqq.* argumenta contraria.

Ratio ſecunda *num. 102.* quod Principis Gratia non debeat eſſe illuſoria, noſtram theſin potius confirmat, tunc enim illuderetur verè, ſi ad Nullitates tales enormes extenderetur Privilegium. Cum alius non ſit ſenſus ullius Privilegii Appellationem nulla ratione, in keinerley Weiſe / admittentis, vide Knichen. *dict. loc. num. 118.* quam ne ſub Nullitatis ſpecie externa Privilegio fieret præjudicium. Neque ſi vel maxime Caſus Nullitatis in aliquo Privilegio reperiretur expreſſus, ad ejusmodi Nullitates extendi poſſet. Repetis fortè: Quod enormes Nullitates hic ſuppoſitæ exiſtere nequeant: Ego repono: ſi non exiſtunt, ceſſare quæſtionem: Loquor in hypotheſi, quam ſi conceſſeris, meam laudabis ſententiam; ſin minus, ſcire vellem qua conſcientiâ ſenſum iſtum Privilegio affingére velis? Quæris: [cum Lynckero *Decis. Jenenſ. 893.*] An unquam in Camera talis extiterit caſus deprehenſæ & per Sententiam reformatæ Nullitatis? Reſpondeo: Cum omnis mea ratiocinatio ſit hypothetica, non opus eſſe exemplis in actum deductis. Sufficere regulam probatam, Exceptionis probationem, quæ in Privilegio fundatur, incumbere tibi. Nemo enim omnes Cauſas in Camera introductas earumque Merita ſcire poteſt.

poteſt. Deinde, quæſtio noſtra incidit plerumque circa decernendos Proceſſus, & Exceptiones non devolutionis. In progreſſu cauſæ, ſi falſitas querelæ ſit aperta, remittetur cauſa abſque dubio ad Forum privilegiatum, etiam cum pœna Actoris, ſi de temeritate ejus & calumnia conſtiterit. Decretorum verò Proceſſuum ſuper Nullitatibus contra Judices privilegiatos complura in Camera extant exempla. Pauciora quidem contra *Saxonica Judicia*, non tamen nulla. Vide de Saxonico Privilegio & ejus extenſione quæ habet Lynckerus *ad Aur. Bull. artic. 17.* Anno 1596. 8. April. reproducta fuit *Citatio ſuper Nullitatibus cum Compulſorialibus* in cauſa *Alberti Comitis Schwarzburgici* contra *Duces Saxoniæ*, quia in Curia Provinciali Jenenſi, Vaſallo Schwarzburgico à Sententia Comitis Appellationis Proceſſus fuerant decreti; Erat hic quæſtio de Competentia. Actorum Editio etiam facta, licet cum Proteſtatione, Cameræ Imperiali, 13. Januar. 1601. poſt Arctiores Compulſoriales decretas 17. Auguſt. 1599. deinde res compoſita. Anno 1597. reproducta ſimilis Citatio cum Compulſorialibus, ob Incompetentiam Fori, in cauſa *Wolfgangi Comitis in Barby* contra *Duces Saxoniæ Lineæ Coburgicæ*, quia Actione Perſonali conventus erat coram ipſis, & Proceſſus ab Executione incœptus. Hæc cauſa deinde interventu Commiſſariorum Cæſareorum Electoris Brandenburgici & Ducis Henrici Julii Brunſwicenſis (quam Commiſſionem Imperator Rudolphus ſalva litis Cameralis pendentia decreverat) fuit compoſita. Reſcriptum Imperatorium, in quo de prædicta Commiſſione Camera redditur certior, eſt datum Pragæ 11. Septembr. 1597. Alia exempla recenſentur in Præjudiciis apud Gylmannum *tom. 3. Rubr. Privilegium. pag. 272.* Quemadmodum igitur Citationes ejusmodi nunquam ſine cauſa veroſimiliter probata decernuntur; ita, ſi Privilegium objiciatur, & Editio Actorum recuſetur, non poteſt non fieri, quin Compulſoriales Arctiores emaneant, & in eo tramite, pro tuenda auctoritate Judicii, pergatur, quam ſi Imperii Status negligere velint & deſpicere, præſtaret, ut Judicium tolleretur plane. Inquis: Præſumtionem ſemper debere eſſe pro Judice Privilegiato,

quod

quod legitimè proceſſerit, proinde eum Jure denegare Editionem Actorum. Ego dico, præſumtionem eſſe debere non minorem pro Judice Camerali, quod non ſine cauſa Proceſſus decreverit, & quod editis pro Informatione pleniore Actis, ſi Querelam Nullitatis non fundatam eſſe deprehenditur, Cauſam ſit remiſſurus, addita etiam, *ut ſuprà monui*, Pœna contra Actorem. Optandum eſſet equidem, ne ullibi in Imperii Statuum Judiciis Nullitates committerentur & in Supremis Judiciis audirentur. Tantum intereſt Reipublicæ ut Judicia bene conſtituantur juxta monitum *Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 108.* Non agit Camera Imperialis, iſtiusmodi Querelis exiſtentibus, Privilegiorum interpretem, ſed ne perperam applicentur, cavet, quod eſt Officii Judicis, conf. Roding. *lib. 1. tit. 19. §. 51.* Ubicunque preces alicujus circa Nullitates dubii quid habent, cautè procedit Judicium Camerale, petendo Literas Informatorias, ut de facto magis inſtruatur, majorique cum fundamento petitis Proceſſibus vel annuat vel Supplicans repellatur: Mirum ſanè foret, ſi quis Judex Nullitates inſanabiles prætextu Privilegii defendere auſus fuerit. Si taceat Judex, neque Literas Informatorias tranſmittat, quod haud rarò ſit facti conſcientia, præſcriptus eſt modus procedendi Cameræ *in Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 10.* Supereſt hic animadvertendum, quod interdum Jurisdictio Cameræ fundetur per viam *Mandati Sine Clauſula*, [*de adminiſtranda Juſtitia*] tunc ſi Privilegiatus opponeret Privilegium de non appellando, haud dubie rejiceretur iſta exceptio citra ambages: Accidit hoc plerumque ex imperitia eorum, qui Juris Cameralis, hoc eſt Imperii Germanici, non niſi perfunctoriam habent notitiam, vide Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 2. §. 7. princ.*

Pergit Blumius *tit. 46. num. 4.* ad reliquas Sententiarum non appellabilium ſpecies, nominatque in præcipuis *Interlocutorias*, Gravamen non continentes tale, quod per Appellationem ſequentem à Definitiva reparari queat: Theſis recte ſeſe habet, vide Lauterbach. *dict. lib. 49. tit. 5. §. 2.* [Maurit. *Conſil. Chilon. 20. num. 12. ſeqq.*] Solent Judices inferiores Interlocutoriæ Sen- Num. 8. De Sententiis Interlocutoriis.

T

Sententiæ verba quædam inſerere, quæ ſpeciem externam Gravaminis præſentis non præ ſe ferunt, ſed ſi Appellatio omittatur, ſtatim & Judex & Pars ad Rem judicatam ſunt provocaturi. Cum itaque mens Judicis non ſemper pateat, tutius eſt appellare. Exempla verò ſubjecta à Blumio *num. 6.* ex Auctore *Præjudiciorum* apud Gylman. [vel Roding. *lib. 1. tit. 19.*] deſumta, continent cauſas abſque dubio appellabiles. Quantum Præjudicii & Gravaminis inſit Sententiæ quæ declarat *Fidejuſſores idoneos*, [Roding. *citat. loc. §. 27.*] quæ *Actorum Copiam denegat*, [Roding. *citat. loc. §. 24.*] quæ *evocat Reum ad locum non tutum*, quæ *rejicit Exceptiones contra Formam Proceſſus*, [Roding. *citat. loc. dict. §. 27.*] quæ *admittit Libellum ineptum* hoc eſt confuſum, perplexum, ex quo, quid, & ex qua cauſa aliquid petatur non intelligitur: tandem Sententiæ, quæ *Exceptionem Fori incompetentis rejicit: (b)* [Roding. *citat. loc. §. 33.*] Nemo in Praxi verſatus non intelligit. Ab iſtiusmodi Sententiis Appellationes toto die recipiuntur. Ita ſi cui objiceretur *Exceptio Præſcriptionis*, quæ tamen neque haberet initium juſtum neque curſum, Judex tamen per Sententiam injungeret Actori, ut elideret iſtam Exceptionem melius, vel ſi injunxiſſet Judex *Probationem ſuperfluam* ejus ſcil. quod Appellans dicit ſatis eſſe probatum: vel ſi juberetur aliquis *Probationem Negativæ*: [vide Coccej. *Diſputat. de directa Negativæ Probatione*, *volum. 2. diſputat. 8.*] vel *ejus* quod *probatum nihil relevaret*, & ſimilia hæc ſane Sententia Gravamen contineret appellabile, etſi ſpeciem haberet Interlocutoriæ, atque ita de aliis ſentiendum. Igitur quæcunque Sententia Interlocutoria in cauſa principali adfert parti præjudicium, habetur merito pro appellabili.

(b) *Neque enim Privilegium valere poteſt ut Judex incompetens per Sententiam declarari poſſit pro competente remota Appellatione. Quodſi prohibeatur Appellatio in Privilegio, à Sententiis Interlocutoriis in puncto Fori latis, haud dubie non intelligetur Incompetentia aperta, ſed Exceptionis frivolæ rejectio.*

Num. 9. De Summa appellabili remiſſivè.

De *Summa appellabili* agit Blum. *tit. 46. num. 7. uſque 54.* Nos hanc materiam cum Obſervationibus nonnullis *ſuprà* [*§. 13. num. 3.* & *h. §. 14. num. 6.*] anticipavimus. Cætera ex textu

Legum

Legum ſunt clara. Quod habet Blum. *num. 45.* de Summa arbitrio Judicis relicta, intellige in Cauſis Injuriarum, clarius *ex SCto Camerali de Anno 1603.* [*ſuprà §. 13. num. 3.*] allegato percipitur, vel ex Denaiſio [*tit. 29. §. 8. ſeqq.*] qui commendandus magnopere, quia præter Aſſeſſorium Officium, elegantiora Studia cum Camerali Jurisprudentia conjunxit, Legesque ſui temporis ſtylo Latino cultiſſimo, & accurata cum claritate tradidit. Quid ſi Summa quidem ſit appellabilis, ſed modus appellandi non obſervatus? vide Deckher. *in Relat. 21. num. 6. ſeqq.* nos *ſuprà §. 13. num. 3.*

Quarto loco *tit. 46. num. 55.* Blumius excipit à beneficio Appellationis Sententias in *Poſſeſſorio momentaneo* latas, quem caſum plenius tractat Locupletator Rodingii *lib. 1. tit. 31. §. 11. ſeqq.* Lauterbach. *dict. tit. 5. §. 12.* Vera eſt ſententia in theſi, quia Sententia in momentaneo nihil præjudicii adferre debet Parti, vel modicum, per definitivam facile reparabile, vide Mev. *part. 1. deciſ. 25. & 46.* Lyncker. *Deciſ. 492.* [B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 131.* & *Symphorem. tom. 2. Conſultat. 2. pag. 569.* item *Conſultat. 19. pag. 900. Conſultat. 22. pag. 1001.*] Ad quietem publicam conſervandam, ne ad facta proſiliant partes, & ubi in mora eſt periculum, comparatæ eſſe debent tales Sententiæ, ubi non inveniuntur hæ circumſtantiæ, in ordinario Poſſeſſorio Judex cognoſcere debet potius vel Petitorium definire. [adde B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 397. §. 5. ſeq.*] Quantus abuſus in Judiciis ſit iſtiusmodi Sententiarum in Summariiſſimo vel Proviſionalium deſcribi vix poteſt. Eò nimirum deventum eſt, ut in Libello dirigatur petitum ad Summarium, ubi nihil eſt momentanei, in Poſſeſſorio, ubi Poſſeſſio eſt nulla, per modum Proviſionis, ubi ea locum non habet. Ea eſt partium audacia, ut apud Judicem, vel eum ex Jurisperitis, cujus utitur conſilio, qui quandoque ſe notum eſſe partibus non indignatur, laborent, ut in Sententiæ Formulam vocabulum aliquod, quod Summariiſſimi quid vel Proviſionalis ſonet, ingrediatur, hoc verò ſi obtinuerint, ab Appellatione tutos ſe eſſe exiſtiment, exiſtente cumprimis Privilegio ex-

Num. 10. De Sententiis Poſſeſſor Summariiſſimi & Proviſionalibus. De earum abuſibus rectoque uſu.

 preſſo

preſſo de non appellando à Sententiis Poſſeſſoriis & Proviſionalibus, de reparatione Præjudicii in Ordinario vel Petitorio ſecuri, cujus Protractio ad Calendas Græcas, induſtriæ relinquitur Advocati unius vel plurium largiter honoratorum Prudentis verò & Religioſi eſt Judicis, monita obſervare Præclariſſimi JCti Mevii *part. 9. deciſ. 14.* ne ſub pallio Poſſeſſorii Summariiſſimi parti fiat injuria, quem locum ut tales Judices præ oculis habeant optarem. De Sententiis Proviſionalibus Excellentiſſimus Leodienſium Papinianus Carolus de Mean. *Obſ. 22. num. 1.* (hoc elogio inſignitus à JCto Belga Stockmanno *de Jure Devolutionis part. 1. cap. 5. num. 5.*) pariter docet, (cujus monita diligenter obſervanda forent *Judicibus Leodienſibus*, cumprimis Eccleſiaſticis, quorum Sententiis plerumque voculam proviſionis inſertam eſſe deprehenditur, licet minimè locus fuerit proviſioni) verba Judicis efficere non poſſe, ut Sententia Definitiva ſit Interlocutoria, hoc eſt in Poſſeſſorio Summario, vel Proviſionalis, non enim attendi debet Judicis Sententia, ſed natura rei adductæ in Judicio, quam non mutat aut mutare poteſt æſtimatio Judicis; allegat ibidem Meanus Felinum *num. 4. ad cap. Significante. 34. X. de Reſcript.* qui tamen locus nonniſi argumentum aliquod longe petitum continet, vide inprimis Anton. Merendam *lib. 24. controverſ. 39.* Cancer. *variar. Reſolut. part. 3. cap. 18.* ubi multa notatu digna hac de materia invenies, adde Mevium *part. 1. deciſ. 23.* & *part. 3. deciſ. 376.* & Petri Rebuffi Galliæ JCti *Tractatum celebrem de Sententiis Præjudicialibus ſeu Proviſionalibus*, qui extat *in Commentar. ad Conſtitut. Regias tom. I. in fol.* poſtea ſeparatim excuſus *Coloniæ 1595. 8vo.* Cujus tractatus *Præfatio* huc pertinet potiſſimum, reliqua ad Galliæ Leges magis ſpectant. *De Remediis contra Sententias Præjudiciales vel damnoſas Executiones* inſcriptus eſt tractatus Celebris JCti Vincentii Carocii, *Neapoli Anno 1621. in 4to.* & alibi impreſſus.

Num. 11. Appellatio à Sententiis in ordinario Poſſeſſorio latis admittitur.

Quemadmodum autem Judicii momentanei à Poſſeſſorio plenario differentia eſt permagna, [de qua plenius egit B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 4.* adde Salgado *de Protect. Regia lib. 3. cap. 12.*] vide Brunneman. *Proceſſ. Civil. cap. 1. num. 48.* Berger.

Elect.

Elect. Diſceptat. Forenſ. ad Ordinat. Proceſſ. Saxon. tit. 5. obſ. 4. Gail. *de Pignorat. obſ. 3. num. 3.* Ita communi JCtorum calculo admittitur à *Sententia plenarii Poſſeſſorii* Appellatio, quos ſequitur Blum. *tit. 46. num. 55.* Ratio eſt evidens, quia plenarium Poſſeſſorium cum Petitorio in argumentis & probationibus adeo eſt conjunctum, ut qui ſuccubuerit in plenario, reparandæ cauſæ in Petitorio ſpem ſi non nullam, ſaltem dubiam admodum ſit habiturus. Hinc etiam cumulatio utriusque adeo eſt facilis, Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. ff. de Interdictis §. 23. ſeqq.* Quodſi Privilegium vel Statutum excludat Appellationes à Sententiis in Poſſeſſorio latis, reſervato Petitorio, [vid. *ſuprà §. 13. num. 12.*] non ambigitur quod etiam intelligatur Poſſeſſorium ordinarium. Sed hic cavendum Judici à quo, ne fines Poſſeſſorii egrediatur definiendo ſimul expreſsè vel tacitè, explicitè vel implicitè quæſtionem in Petitorio non facile reparabilem: Exempla vide apud Merend. *lib. 24. dict. controverſ. 39. num. 91. 102.* & paſſim. Urceol. *Conſultat. Forenſ. cap. 48. num. 25.* & *de Tranſaction. quæſt. 70. num. 53. ſeqq.* [B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 43. 50. 71.* & *part. 2. obſervat. 131.*]

De Cauſis *Criminalibus* & *Matrimonialibus* Blumius pauca addit *tit. 46. num. 56.* prohibitam eſſe Appellationem, dicendum erat ex ſpeciali Jure Camerali, vide Lauterbach. *lib. 49. tit. 5. §. 4. & §. 10.* nam ſua natura Appellationem impediri nemo facile exiſtimaverit, vide Mev. *part. 2. deciſ. 272. & deciſ. 302.* Lyncker. *Deciſ. 890.* [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 108.* ubi de ratione hujus prohibitionis agitur.] Num. 12. De Criminalibus & Matrimonialibus remiſſivè.

In Cauſis *Decimarum* non admittit Appellationem Blumius *tit. 46. num. 58.* ſcil. quia eſſent Spirituales. Aliud ſi de Poſſeſſione ſaltem eſſet quæſtio. Scilicet Decimæ ſunt res *Spiritualis*, Poſſeſſio verò Decimarum eſt res *temporalis!* Prætereo hic Rerum Spiritualium Appellationes attributas rebus & negotiis mere temporalibus, ad impediendam poteſtatem Judicum qui non ſunt Ordinis Clericalis. Quantum ad Cameræ Jurisdictionem, dicturus ſum *in §phi hujus Membro II.* Num. 13. De Cauſis Decimarum & Spiritualibus.

Num. 14. Sententia de Exequendo quare non admittat Appellationem, ubi de Exceſſibus Executionum.

Sententia de Exequendo reſpuit Appellationem ait Blumius *tit. 46. num. 59.* ratio, quia Executio non fit niſi Rei judicatæ. Quodſi Exceſſus in Executione ſit commiſſus vel præcipitata Executio, non prohibetur Appellatio, Blum. *num. 70. 71.* [Roding. *lib. 1. tit. 9. §. 28.* id quod exemplo confirmat B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 237.*] vide Mev. *part. 2. deciſ. 177.* alia Exceptio refertur à Blum. *num. 80.* ſi denegetur Cautionis præſtatio ad Petitorium ſalvandum. Frequentes de Exceſſibus Executorum ſunt in Camera Querelæ & Appellationes, ad quas plerumque decernuntur Literæ pro Informatione, quandoque exigentibus circumſtantiis cum Inhibitione ad tempus, vid. *Receſſ. Viſitat. 1713. §. 10. & ſeq.* Eſt verò Exceſſus Executionis omne quod Executor facit vel præter vel contra Sententiam ad exequendum remiſſam. Quæ ſecundùm eam fiunt, vel tanquam neceſſaria media ad finem præſcriptum, non ſunt Exceſſus, licet ſæpe ſub ea qualitate accuſentur. Tentant omnia qui condemnatos ſeſe vident pro amplianda mora. De corrigendo Executionis Exceſſu per Decretum Extrajudiciale dixi *ſuprà §. 13. num. 18.* Quæritur: An Exceſſus foret ſi Judex prioris Inſtantiæ Sententiam ſuam in Camera confirmatam exequitur, non expectato juſſu ſuperioris Judicis? Affirmatur: quia Sententia exequenda non eſt amplius Judicis inferioris, uti accidit in caſu deſertæ vel non devolutæ Appellationis, ſed Cameralis, cujus eſt Executio, & multa intervenire poſſunt adhuc dubia in modo. Cautus tamen erit Judex ſuperior tali caſu in Appellatione admittenda, ne cauſa deciſa de novo ad cognitionem trahatur. Præviis Literis Informatoriis à Judice petendis & parti ad reſpondendum communicandis cauſa per Decretum Extrajudiciale ad ſuos limites deduci poterit, vel Judex ut tollat Gravamen, moneri. [vid. *ſuprà §. 13. num. 18.* & *infrà hic num. 29. in fin.*]

Num. 15. De Appellatione a Gravamine ſecundo.

Nonò excluditur juxta Blumium *tit. 46. num. 60.* Appellatio à Gravamine primo, ſi non etiam à *ſecundo Gravamine* interpoſita fuerit. Sed diſtinctione hic opus eſt. Si de Appellatione interpoſita Judici à quo conſtet legitime, non opus eſt Appella-

tione

tione nova de [eodem] Gravamine iterato, ſed petendi Proceſſus cum Mandato Attentatorum Revocatorio. Appellatione non interpoſita; ſi poſt alterum Gravamen demum quis appellare velit, mirum non eſt ſi denegetur Proceſſus, conf. Vigel. *Method. Jur. Civil. lib. 2. cap. 17. regul. 1. except. 56.* [Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 3. part. 2. ſect. 1. membr. 2. §. 3. num. 19.*]

Decimò, Sententia dicitur non appellabilis, qua decernuntur *Alimenta*, Blum. *tit. 46. num. 61.* Additur Exceptio, ſi non Officio Judicis ſed Jure Actionis petita ſint. Ratio Exceptionis, quia Officio Judicis decernuntur Alimenta per modum Proviſionis tantum, poteſtque minui quantitas, imo proviſio tolli pro re nata, ejusdem Judicis arbitrio. Si verò Jure Actionis petita ſint Alimenta, Sententia infert Gravamen perpetuum, non reparabile niſi per Appellationem: Illuſtrat hanc materiam *in dicta Præfatione* Rebuffus *de Sentent. præjudicial. ſeu proviſional.* Colerus *tractat. de Alimentis lib. 3. cap. 10. num. 2. ſeqq.* quem ſequitur Brunneman. *Proceſſ. Civil. cap. 28. num. 17.* diſtinguendo inter effectum Appellationis devolutivum & ſuſpenſivum, quam Sententiam veram eſſe puto: adde *dicta ſuprà de Mandatis Sine Clauſula Caſ. XXXI. pag. 108.* loco *de Alimentis.* Num. 16. De Sententia in puncto Alimentorum.

Undecimò excluditur Appellatio in Cauſis *Cambialibus*, Blum. *tit. 46. num. 62.* vid. *Receſſ. Imper. 1654. §. 107.* Quem textum intelligo non de quibusvis Cauſis Cambii, ſed de talibus quæ in Emporiis & Judiciis Cambialibus tractantur. Multi enim ſunt caſus ubi in Negotiis Cambii extra Nundinas ſolennes & Locum Commerciorum celebratis Appellationi locus eſt futurus. Quid enim ſi inter Aleatores Cambiales Literæ eſſent datæ? Quid ſi Exceptiones aliæ circa Fatalia Cambii, quæ varia eſſe Tractatus elegans Ludovici vom Wechſel-*Proceſs* oſtendit, opponantur? In Saxonicis Judiciis Cauſas Cambiales etiam in Nundinis ſolennibus Appellationem non reſpuere ad ſuperiorem notum eſt omnibus, qui in eo Foro verſantur, ſed plerumque eſt absque effectu, ſequente Reſcripto Executivo: Und ſich das Appelliren nicht irren zu laſſen. [conf. B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 136. & 179.*] Num. 17. De Cauſis Cambialibus.

Exci-

Num. 18. De Judiciis Holſaticis.

Excipit Blum. *tit. 46. num. 63.* Cauſas *Sleswicenſes*, quæ ſcil. ſeparatæ ſunt à Judicio Holſatico communi inter Regem Daniæ & Holſatiæ Ducem Gottorpienſem. Debebat addi ratio, quod Ducatus Sleswicenſis ſit extra fines Imperii Germanici, unde & Dux Holſatiæ Gottorpienſis in Comitiis Voto & Seſſione non gaudet. Ab Holſatiæ Judiciis communibus: dem Hof-Gericht / und Land-Gericht; datur Appellatio ad Cameram in caſibus per Privilegium non exceptis, vide Blum. *tit. 47. pag. 375.* Aliud eſt Judicium Holſaticum quod dicitur *Pinnebergicum*, cujus prima Inſtantia eſt *Altonaviæ*, ſecunda *Glückſtadii*, quod nullo fruitur Privilegio, & ab eo Appellationes ad Cameram indiſtinctè, modo adſit Summa Ordinationis, admittuntur. Differentiam horum Judiciorum non docent Libri, ſed Praxis. (*c*)

(*c*) Die Herrſchafft Pinneberg iſt certo modo von den Hertzogthümern Schleßwig / Hollſtein ſepariret / weil nicht unbekandt / daß die Herren Grafen zu Schaumburg dieſe Herrſchafft inne gehabt / und daß nach des letzteren Abſterben ſelbige vor nicht ſo gar langen Jahren an die Cron Dännemarck gekommen / da ſie dann ihre ſeparata Jura, als das einzige Jus commune, ihre eigene Gerichts-Ordnung / und ein abſonderliches Ober-Appellations-Gericht behalten / hingegen in dem Schleßwigiſchen nur das Däniſche Loy-Buch / im Hollſteiniſchen auf dem Lande das Sächſiſche / in den Städten das Lübiſche Recht / nebſt dem Jure Civili, und einer eigenen Landes-Gerichts-Ordnung in Obſervantz iſt; Gleichwie nun die Hertzogthümer geweſen / ehe und bevor die Grafſchafft Pinneberg der Cron Dännemarck heimgefallen / ſo folget / daß / wann allen und jeden Räthen bey der Regierungs-Cantzley zu Glückſtadt / wie auch Præſidenten, Bürgermeiſtern und Rath in denen Städten der Hertzogthümer etwas anbefohlen wird / ſolches nur reſtrictivè von denenſelben zu verſtehen / und nicht weiter zu extendiren / wie dann auch das Ober-Appellations-Gericht nicht in Räthen / ſondern einem Præſide und Aſſeſſoribus beſtehet.

Num. 19. Sententia Declaratoria prioris ſive Inhæſiva.

Decimò Tertiò excipitur apud Blum. *tit. 46. num. 64. Sententia prioris Declaratoria*, dicitur alias Inhæſiva. Ratio quia præcedens tranſit in Rem judicatam. Ergo ſi Declaratoria plus continet quam præcedens, Appellatio admittitur haud dubiè, vide Mev. *part. 1. deciſ. 109.*

Deci-

Decimò Quartò, *num. 65.* à *Citatione* non dari Appellationem, dubium eſt nullum. Si Jurisdictio Judicis eſſet incompetens notorie, Citatio ſpernitur impune. Licebit tamen etiam appellare, vide Blum. *num. 68.* Et præſtat Appellatio ſi aliquid ſit dubii. [vide omninò Roding. *in Pandect. Camer. Mantiſſ. IX. pag. m. 938.* ubi recenſentur Caſus. Appellationem à Citatione admittentes.] Num. 20. Appellatio quando à Citatione admittitur.

De *Refutatoriis Apoſtolis*, de quibus Blum. *num. 66.* dixi *infrà Sect. II. §. 2. num. 11.* Num. 21. A Refutatoriis non eſt neceſſum appellare.

Tandem Decimò Sextò, *num. 67.* à *primo Decreto* non admittitur Appellatio juxta Blumium. Hic fuiſſet explicanda primi Decreti & natura, & uſus. Figmentum eſſe Interpretum ſunt qui ſtatuunt, vide Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. §. 3.* vide ibi §§. *ſeqq.* Unde patet primi Decreti cauſam eſſe contumaciam Rei, contumax verò non appellat, ſed purgatione Contumaciæ conſulere ſibi debet. [*l. 53. ff. de re judicat.*] Hæc eſt genuina ratio poſitionis. [conf. infrà B. Auctor. *Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 54. & 56.*] Num. 22. Quare non liceat appellare à primo Decreto.

Enarratis XVI. Caſibus, qui Appellationem non admittunt, ſequuntur apud Blum. *tit. 46. num. 68. ſeqq. Caſus totidem peculiari obſervatione*, ut ait, *digni*, in quibus permiſſa ſit Appellatio. Num. 23. Examinantur reliqua in Blumio dicto Capite 46. à num. 68. uſque ad finem.

Omnes verò ſub generali regula comprehendi, facile eſt intellectu, niſi inveniantur inter exceptos, neque adeo peculiaris ſunt obſervationis. Caſus *Primus* dubio caret, dixi paulò ante *num. 20.* De *Tertio*, *Quarto*, & *Tertio Decimo*, ſuprà *num. 14.*

Caſus *Quintus* rectius ita explicatur: Aut ſupereſt Gravamen in Sententia Condemnatoria, quod ſcil. condemnari non debuerit etiamſi adverſarius juraſſet, valebit ſententia Mynſingeri *centur. 1. obſervat. 39.* & *centur. 2. obſervat. 14.* [Mev. *part. 1. deciſ. 13. num. 14.*] Aut Sententia, quæ defert Juramentum, eſt ita comparata, ut condemnatio vel abſolutio conſequi debeat neceſſariò. Et tunc ſequenda erit ſententia *Obſervationis 24.* Auctoris Cameralis Anonymi, vulgò *Magenhorſtianæ*. [conf. *infrà Sect. II. §. 8. num. 7.*] Num. 24. De Sententia quæ ad Juramentum præſtitum eſt lata.

Num. 25. Reliqui Caſus nihil habent dubitationis.

Caſus *Sextus* convenit cum illo de quo ſuprà *num. 15.* egimus.

Caſus *Septimus* incidit in quæſtionem domitianam.

Caſus *Octavus* & reliqui uſque ad *Sextum Decimum* non ſunt peculiari obſervatione digni.

Num. 26. De Appellatione à Sententia quæ denegat Reſtitut. in integrum, remiſſivè.

Caſus *Secundus num. 69.* inſpectionem aliquam meretur. An *à denegata Reſtitutione admittatur Appellatio?* allegatur *Obſervatio Magenhorſtiana 85.* Nos eam quæſtionem *infrà Sect. II. §. 6. num. 40. & ſeqq.* reſolvemus plenius.

Num. 27. Tres alii Caſus obſervatione digni. Primus, ſi Sententia nitatur certo Jure.

Obſervationibus Blumii ego addo *tres Caſus* frequentes & majore obſervatione dignos. *Primus* eſt, ſi Appellatio interponatur à Sententia quæ Jure certo nititur, vide *l. final. §. 1. ff. de Appellat. recipiend.* Brunneman. *Proceſſ. Civil. cap. 28. num. 18.* Merito igitur in Camera aliisque bene conſtitutis Judiciis Gravamina examinantur, ante quam Proceſſus decernantur. Scrupuloſitatem prohibent Leges, non tamen volunt lites ſeri, ſed terminari. Olim ad quamlibet Supplicam pro Appellationis Proceſſibus, modo Fatalia recte ſeſe haberent, decernebantur. Noviſſimo Receſſu Imperii conſtitutum, ut una cum Supplica etiam produceretur Libellus Gravaminum, nullo aliò fine, quam ut examinatis demum Gravaminibus aditus daretur ad Judicium. Ergo ſi Gravaminum futilitas eſt in propatulo, ſi Sententia Jure certo nititur, denegandi ſunt Proceſſus. Si videntur eſſe involuta, decernuntur Literæ pro Informatione, quandoque cum Inhibitione temporaria, *Receſſ. Viſitat. 1713. §. 11.* Memini Cives alicujus Imperialis Civitatis, cum à Magiſtratu petiiſſent aliquid, & Magiſtratus petito annuiſſet, tamen appellaſſe ad Cameram. Dici non poteſt quam ineptæ interdum deprehendantur Appellationes, ſi Facti Hiſtoria, Sententia, & Gravamina conferantur.

Num. 28. De Sententiis in Cauſis Politicis.

Alter Caſus de Sententiis in Cauſis Politicis *Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 106.* modum præſcribit quomodo ſit procedendum, neque excluditur Appellatio ſimpliciter, ut perverſe interdum iſte textus allegatur, ſed adhibita cautela. Præclare ut omnia alia hanc materiam tractavit Mevius *part. 3. deciſ. 154.*

Tertius

Tertius Caſus eſt, an etiam à *Decreto Judicis* intermedii, quo poſt decretos Proceſſus Appellationis *tollitur Inhibitio*, appellare liceat: [adde infrà B. Auctor. *Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 25.*] Fit hoc in iſtis Judiciis, ubi Appellationum Proceſſus, non ut in Camera prævio examine Formalium & aliquali Gravaminum, ſed per Judicii Actuarium inconſulto Senatu expediuntur. [vid. *infrà Sect. II. §. 2. num. 4.*] Unde frequentes ſequuntur deinde Sententiæ Remiſſoriæ vel Inhibitionis Caſſatoriæ, quæ Judici à quo Executionem permittunt, effectum devolutivum tantum Appellationi interpoſitæ relinquentes. Sane ſi id fiat cum Appellantis præjudicio, is utique à tali Decreto appellare poterit, quia injuriam Parti Judex facere non debet. Injuria fit ſi Appellationis effectus reſtringitur. Ergo ſi à tali Decreto ad Cameram appellatur, cauſæ principalis diſcuſſio relinquetur Judici priori, in Camera nulla alia fiet cognitio quam ſuper ea quæſtione, an cauſa ſit ejus naturæ, ut Appellatio debeat habere effectum etiam ſuſpenſivum. Appellatus ſi cauſæ ſuæ fidat, poterit uti, ſi velit, cautelâ quam habet Gail. *lib. 1. obſ. 136.* ut petat à Judice Camerali Sententiam in cauſa principali. [adde *ſuprà §. 13. num. 24.*] Quodſi ex Supplica & Libello liqueat, Judicem à quo parti appellatæ plus juſto faviſſe, & cauſam ejus qualitatis eſſe, ut devolutivum tantum effectum Appellatio habere debeat, integrum erit Judici ſupremo ad abbreviandam litem, Appellationis ambagibus præteritis, per Decretum etiam extrajudiciale Judicem à quo officii ſui commonefacere, quod eſt monitum Mevii *part. 2. deciſ. 277.* vid. *ſuprà §. 13. num. 18.* Et ita Proceſſus Appellationis non denegabuntur, ſed evitabuntur inſigni cum abbreviatione litis. Cui Decreto adjici poteſt, ſi ita viſum fuerit, clauſula, quod alioqui Proceſſus decreti eſſe debeant. Hanc viam in Camera ſæpius placuiſſe novimus & *Formulæ Decretorum Appendici VI. inſertæ* monſtrant. Num. 29. Sententia qua tollitur Inhibitio.

Poterant addi Caſus plures quos Blumius in ſuis Obſervationibus omiſit, de Cauſis *Contributionum*, *Concurſus Creditorum*, *trium Sententiarum conformium* & ſimiles, ſed tranſeo eas, remit- Num. 30. Alii Caſus remiſſivè recenſentur.

tendo Lectorem ad Mevii *Deciſiones* ubi *part. 1. deciſ. 148.* ſatisfiet in cauſis Contributionum, *part. 1. deciſ. 47.* ubi de cauſis reddendarum Rationum, *part. 1. deciſ. 106.* ubi de cauſis Fiſcalibus, *part. 1. deciſ. 210.* ubi de cauſis Concurſus Creditorum, *part. 1. deciſ. 169.* ubi de cauſis Ædificiorum. De cauſis Correctoriis & Emendatoriis, *part. 1. deciſ. 191.* adde Lyncker. *Deciſ. 930.* De tribus Sententiis conformibus, Mev. *part. 1. deciſ. 63.* Lyncker. *Deciſ. 242.* Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 1. §. 21.* [& *tit. 5. §. 14.*] *Diſputatio* Wildvogelii JCti Jenenſis *de tribus Sententiis conformibus.* [De cauſis Tutelaribus vide B. Auctor. *Symphorem. tom. 1. Conſultat. 34. pag. 746. ſeq.* de cauſis Collectarum, idem *tom. 1. Conſultat. 36. pag. 843.* de cauſis Statum Publicum concernentibus, idem *tom. 1. Conſultat. 22.*]

Membrum II.

Num. 31. Cauſæ in quibus Jurisdictio Cameræ non eſt fundata ex Jure ſpeciali Camerali.

Blumius *tit. 43.* quatuor Cauſarum genera recenſet, in quibus ex Jure ſpeciali Cameræ Jurisdictio fundata non ſit: *Criminales, Matrimoniales, Eccleſiaſticæ ſive Spirituales, Feudales.*

De *Feudalibus* fundamentum eſt *in part. 2. Ordinat. Cam. tit. 7.* de cujus interpretatione vel reſtrictiva vel extenſiva noſtrum non eſt dicere, vide Meichſner. *tom. 4. deciſ. 4. num. 47. ſeq.* & Ant. Fabri (Auctoris verum nomen eſt Chriſtian. Leonhard. Leuchtii) Staats-Cantzley *part. 15. cap. 6. pag. 528. ſeqq.* Deckher. *Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. ſect. 1. ſubſect. 3. num. 18.*

De *Criminalibus* omnia ſunt expedita tam in regula, quam in exceptione, nihilque habent dubii, vide Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 6. §. 22. ſeqq.* Mev. *part. 2. deciſ. 272. & 322.* Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 5. §. 4.* [adde B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 128.*]

De *Eccleſiaſticis*, in quibus etiam *Matrimoniales* [conf. B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 280.*] Pontificio Jure, ut & *de Decimis*, [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 77.*] numerantur, gravior eſt difficultas, cumprimis ſi agatur de *accidentibus*, puta, an *Sententia in cauſa tali lata tranſierit in Rem judicatam*, an *Proceſſus legitimè fuerit inſtitutus*, an *coram Judice competente*,

tente, non *ſuſpecto*, an *verò nulliter actum pronunciatumve* &c. &c. Hisce caſibus de Jurisdictione Camerali fundata dubitari non debere, priſca docuit Jurisprudentia. Neque temere recepta ſententia etiam inter Proteſtantes, cum poſt recuperatam Evangelii & ſanioris Doctrinæ Politicæ lucem, hypotheſis illa de cauſarum Eccleſiaſticarum, vel, ut alii loqui amant, *Spiritualium* qualitate, ſit adeo exploſa, ut Proteſtantium omnes ab iſto errore liberatos ſe eſſe, ſibi gratulentur, atque poteſtati civili Sacrorum Jura vindicarint ſtrenuè, vide Pufendorf. *de Habitu Relig. Chriſtian. ad Stat. Civil.* Böhmer. *in Jur. Publ. univerſali part. ſpec. lib. 2. cap. 5.* Idem *in Emendat.* ad Schilter. *Jus Canon. lib. 1. tit. 5. membr. 1.* Deckher. *Proceſſ. Informativ. informat. cap. 1. pag. 27. ſeq.* Lyncker. *Analect.* ad Schwederi *Jus Publ. part. ſpecial. cap. 12. §. 8.* Ziegler. *de Jur. Majeſtat. lib. 1. cap. 19. num. 8.* ubi ad jugulanda argumenta pro Jurisdictione Eccleſiaſtica, à Jurisdictione Civili ſeparata, *plumbeum* ſufficere ait *gladium*. Imo ipſos Romano-Catholicos cordatiores liberationem à Romano & peregrina Jurisdictione exoptaſſe dudum, probatu non foret difficile. Eſt ergò plane congruum doctrinæ Proteſtantium principiis, cauſas iſtas, exceptis Religionis dogmatibus, & quæ de cultu externo agunt, eſſe mere *civiles*, conſequenter à Jurisdictione, ut vocant, Seculari, *ſua natura* non exemtas, [conf. omninò Ziegler. *ad Auream Praxin Calvoli §. Auſtrægæ. concluſ. 2.*] Deckher. *Concord. Suprem. Tribunal. cap. 10. ſect. 1. num. 6.* Carpzovii autem doctrina *in Jurisprud. Eccleſiaſt.* [*lib. 1. definit. 11.*] ceu principiis veris adverſa, rejecta dudum fuit, vide Auctores *jam allegatos*, & Chriſt. Thomaſii *Vindicias Juris Sacrorum*, *ſive* das Recht Evangeliſcher Fürſten in *Theologiſchen* Strittigkeiten. Stryk. *Diſſertat. de origine & uſu Jurisdict. Eccleſiaſt.* cumprimis *cap. 2. §. 8.* Böhmer. *Jur. Eccleſiaſt. lib. 1. tit. 28. §. 18.* & *lib. 2. tit. 2. §. 14.*

Sed alia hic naſcitur dubitandi ratio ex Jurisdictione Proteſtantium Immediatorum ſuprema in Cauſis Eccleſiaſticis vulgò ita dictis, vel quæ Jure Pontificio pro talibus habentur. Non enim ſequi, ajunt: Sunt cauſæ civiles, ergò Jurisdictio competit Impera-

De Jurisdictione Proteſtantium immediatorum ſuprema in

rato-

Cauſis Eccleſiaſticis.

Auctores qui id defendunt.

ratori, aut Cameræ Imperiali. Defendit hanc ſententiam *in Reſponſo* quodam Thulemarius, *edito Anno 1699. num. 22. ſeqq.* cujus tamen argumenta Strykio debentur, *ex Diſſertat. de Jure Papali. cap. 6. §. 6.* deſumta. adde Joh Sam. Strykii *Diſſertat. de Cauſis ad Cameram non appellabilibus cap. 3. §. 27.*

Noviſſime ſequutus eſt horum opinionem Frider. Schragius p. m. quondam Aſſeſſor Camer. Imper. meritiſſimus, in Editione repetita *Introduct. ad Jus Canon. in Articulis ſpecialibus in fine adjectis, poſt artic. 3. concluſ. 1.* & *in ultimo Paradoxo Canonico.*

Fundamenta aſſertæ Jurisdictionis ſupremæ.

Potiſſimum fundamentum collocatur *in Tranſactione Paſſavienſi Anno 1552. §. 8.* & *Receſſ. Imper. Auguſtan. 1555. §. 20.* junct. *Receſſ. Imper. 1566. §. 6. Inſtrum. Pac. Oſnabrug. artic. 5. §. 48.* ubi de ſuſpenſa Jurisdictione Eccleſiaſtica Lex eſt pragmatica Imperii. Hinc autem inferunt, neque Imperatori, neque Judiciis Imperii, quæ nomine Imperatoris Jura reddunt, in hisce cauſis competere Jurisdictionem. Quia Imperator ante Pacem Religioſam eâ Jurisdictione non ſit potitus, Pontifice Romano eam exercente privativè. In Imperatorem verò per hanc Pacem Religioſam nullam eſſe factam translationem, utpote qui Patronum egerit Jurisdictionis Pontificiæ. Neque per Weſtphalicam, in qua nihil de translatione expreſſum. *Alterum fundamentum:* Non omnem Jurisdictionem ab Imperatore in Imperio eſſe, ſed per Pacem Religioſam Pontifici ademtam ex Tranſactione in Principes Proteſtantes translatam, quam Imperator nunquam habuerit, neque ſibi arrogaverit. Hinc concluditur: Omnem Jurisdictionem, quam olim Pontifex Romanus exercuerit in Territorio Proteſtantium, eſſe ſuſpenſam, quæ proinde non competat Imperatori, aut Judiciis Imperii, ſed ipſis Statibus Imperii Proteſtantibus, juxta Coccej. *Jurisprud. Publ. cap. 32. §. 8.* Etiamſi habeantur nonnullæ pro cauſis civilibus. Sufficere enim, eſſe Eccleſiaſticas ex hypotheſi Juris Pontificii, & Imperatori ante hac non competiiſſe Jurisdictionem. Ita Judicium Camerale in cauſis *Matrimonialibus* ſuam Jurisdictionem non fundatam ſemper agnoviſſe, Barth. *Sentent. Camer. part. 2. pag. 2. lit. H. pag. 52. lit. F. pag. 53. lit. B.*

pag.

pag. 643. lit. F. part. 1. pag. 52. lit. C. pag. 1004. lit. E. part. 5. pag. 686. lit. C. & alibi paſſim. Deckher. *Sentent. Camer. Num. 438. 765. & 909.* Idem verò dicendum eſſe, ſi quæſtio incidat de *Nullitate* Proceſſus, vel Sententiæ vel aliis Articulis incidentibus. Quia tota Jurisdictio ſit ſuſpenſa. Judiciis verò Imperii incumbere probationem ſuæ Jurisdictionis. Maxime, quia Romanæ Eccleſiæ addicti in ſimilibus cauſis non agnoſcant Jurisdictionem Cameræ: Æqualitas autem utrinque ſit obſervanda, vide *Inſtrum. Pac. artic. 5. §. 1. verſ. In reliquis omnibus &c.* Hoc erat *Argumentum tertium* ex prioribus fluens: Omnes cauſas, quas Romano-Catholici ad Judicia Imperii deduci non patiuntur inter ſuæ Religionis addictos, ex hypotheſi Juris Pontificii, in iisdem nec Proteſtantes pati debere cognitionem, ex paritate rationis, & *Jure Æqualitatis.* Extenditur etiam ad quæſtiones Nullitatis & incidentes.

Deciſio hujus dubii iis, quorum eſt muneris, relinquenda eſt, quam & ego *in hac Commentatione* mihi non ſumo. Addere tamen licebit nonnulla quæ circa has quæſtiones conſideratu non ſunt indigna. Auctoris conſiderationes circa hanc quæſtionem.

Omnibus iſtis argumentis concedi, quod cauſarum qualitas per ſe & ſua natura, Jurisdictionem Imperii Judiciorum non impediat, ſed id fieri ex accidenti. Judiciis verò Imperii non eſſe tributam Jurisdictionem ita reſtrictam, ut in quacunque cauſarum ſpecie ab iis petenda ſit probatio fundatæ Jurisdictionis. Eſt enim univerſalis, in caſibus non exceptis ſpecialiter. Verſatur in regula. Exceptio eſt probanda à contradicente.

Exceptiones autem, ſi quæ Legibus non ſint expreſſæ, non ex ſingulorum Statuum Imperii arbitrio, vel etiam JCtorum unius alteriusve opinione, erunt formandæ.

Doctrinam Strykii *Diſſertat. de Jure Papali cap. 6.* quam ille in materia *Canonicatuum* inter Proteſtantes, in medium protulit, neque etiam ad hypotheſin noſtram ſuprà expoſitam ampliare forte voluit, alii ex rationis paritate ulterius extenderunt. Neque ante eum alios inveni conſentientes. Nam quod *Annotator ad Colleg. Jurid. Argentorat. lib. 49. tit. 5. num. 4. in fin.* Ap-

pella-

pellationi non facile futurum eſſe locum putavit, ob Juris inæqualitatem: ipſe in ſua credulitate admodum dubium ſe oſtendit, alios allegans diſſentientes, Frider. Mindan. *de Proceſſ. lib. 1. cap. 10. num. 7.* Mynſing. *centur. 4. obſervat. 42.* Gylman. *in Præjudic. tom. 3. Rubr. Matrimonium.* Græv. ad Gail. *lib. 1. concluſ. 30. num. 1.* Tantoquè minùs Judiciis Imperii injungenda erit probatio Jurisdictionis fundatæ, quam Proteſtantes Juriſconſulti plerique largiuntur.

Differentiam ſtatuendam eſſe omninò inter Articulos principales & acceſſorios, ſive accidentales, res ipſa monet. Nam ſicut in Articulis principalibus, qui ad Religionem & Cultum externum ſpectant, & in univerſum, qui ex principiis cuique Eccleſiæ propriis decidendi ſunt, facile concedi poteſt, non eſſe debere cognitionem eorum, qui in Religionis Principiis diſſident; ita in aliis Articulis, qui ex Jure communi decidi debent, Judicium heterodoxi cum eo, quod fit à cœco artifice de coloribus, comparari ſane non poteſt, prout fecit ſuprà laudatus D. Schragius *in prædictis Articulis ſpecialibus ſuæ Introductionis*, [*poſt artic. 3. concluſ. 1.*] ſtatum controverſiæ diſtinctè non tradens, qui ex Libri Editione priore aliter decidi poterat.

Neque enim ſtatus quæſtionis ita crudè eſt accipiendus: *An Cauſarum Eccleſiaſticarum inter Proteſtantes exortarum Cognitio ad Cameram ſpectet*, vel, quod idem eſt, *An Jurisdictio Cameræ in Cauſis Eccleſiaſticis, poſt reformata Sacra, inter Proteſtantes ſit fundata?* Id enim nemo Proteſtantium docuit unquam, vel eſt affirmaturus ſimpliciter & ſine diſcrimine. Sed, cum vocabulum *Cauſæ Eccleſiaſticæ* ſit admodum ambiguum, ita, ut etiam à *Loco*, puta Conſiſtorio ſeu Perſonis Judicium, vel à *Perſonis Litigantium*, dicatur quandoque Eccleſiaſtica, non habita ratione rei ipſius & naturæ, quam iſta cauſa in ſe habet; tollenda eſt ante omnia denominationis ambiguitas, ita, ut *Eccleſiaſtica Cauſa vera ſit talis*, non à *Loco*, vel *Perſonis*, ubi & per quas tractatur, ſed *quæ talis eſt ſuâ naturâ.* In eandem ſententiam deſcendit prælaudatus Dn. Schragius *in priori Editione Introductionis ad Jus Canon. cap. 2. §. 18.*

§. 18. cap. 112. num. 30. & *cap. 139. §. 6.* Ergò ſi quæſtio eſt merè civilis, puta, de facto, de forma & naturalibus Proceſſus, ne Sententia à Judicibus Eccleſiaſticis feratur à non competente, vel à ſuſpecto, vel contra non defenſum, & ſimilia, ut ordo Proceſſus & Cognitionis ad juſtum reducatur ordinem, cumprimis ubi Judicium non bene conſtitutum, & ex animi fervore vel odio perſonæ res agitur; hancne dicemus eſſe Cauſam Eccleſiaſticam? Anne per Recurſum in ejusmodi caſu violabitur vel Inſtrumentum Pacis, vel ſupremum Jus Proteſtantium in Cauſis Eccleſiaſticis? Imò verò eo in caſu Recurſum ad Judicem Secularem JCti admiſere communi calculo, *quorum Catalogum infrà recenſebimus.* Auxilio enim Juris deſtitui condemnatum ex ſola Auctoritate Conſiſtoriali, non videtur pati velle ratio juſtitiæ. Sufficeret enim odium Clericale vel Conſiſtoriale ad aliquem proſternendum. Eritne iſtiusmodi caſus ad Eccleſiaſticam Jurisdictionem referendus?

Inter Status Imperii, qui Privilegiis de non appellando pleniſſimis gaudent, ut dubiam faciant hac in parte Jurisdictionem Imperii Judiciorum, opus non habent. Multò minus cauſam, eorum patrocinium ſuſcipiendi, quorum facto Nullitates Proceſſus, vel aliæ quæſtiones incidentes, in quibus Camera olim ſuam Jurisdictionem adſeruit, ad ſuperiorem Judicem deferuntur.

Obſervatùm enim eſt, Exceptiones iſtas non fundatæ Jurisdictionis, non niſi ab iis oppoſitas, qui Judicatorum ſuorum vel Decretorum firmitati non admodum erant confiſi, Conſcientia vel Nullitatum, vel inſignis πρωσοποληψίας.

Si quæratur quis futurus ſit in tali caſu Judex, & an ſine Juris ſubſidio relinquendus ſit, qui gravatum ſe dicit per Sententiam, manifeſtâ vel Nullitate vel Injuſtitia laborantem? Reſpondebitur forte, eſſe caſum fortuitum, ideoque ferendum & Deo committendum, pari ratione ac ſi à Principe, qui Privilegio de non appellando fruitur, injuſtè quis ſit condemnatus. Verum hic comparantur diſparata. Qui Privilegio de non appellando gaudent, Judicia habent benè conſtituta, pluresque Inſtantias, ut gravatis Juris remedia non deſint. Nos loquimur de caſu, ubi hæc

deficiunt, ubi tumultu magis & affectibus res agitur, quam Juris forma. Hi enim ſunt caſus, qui occurrere ſolent plerumque, non facile alii. Quid, ſi unus è Clericis, vel quicunque Judicium Eccleſiaſticum auctoritati ſuæ obſequens habet, tanta auctoritate valeat, ut omnes ab eo metuant vel eum, tanquam oraculum reſpiciant, is verò animi affectu abreptus, recuſatus licet, vel alias ob cauſas ſuſpectus, Sententiam, Decretumve ferat, vel ferri faciat? Itane gravato auxilia, prætextu Jurisdictionis Eccleſiaſticæ independentis, erunt deneganda? vide Mev. [*part. 2. deciſ. 364. ſeq.*] *part. 3. deciſ. 415. num. 14.* Syring. *de Pace Religion. theſ. 55.* Quid, ſi forma Reipublicæ eſſet talis, quæ Magiſtratui Civico omnem poteſtatem in Eccleſiaſticis, ex. gr. circa Miniſtrorum Eccleſiæ Perſonas, non tribuat, ſed conſenſum requirat Civium, Magiſtratus verò occupare velit eam poteſtatem, contradicente magna Civium parte? Itane prætextu Cauſæ Eccleſiaſticæ excludetur ad Cameram Imperialem recurſus? confer caſum decreti Mandati Inhibitorii *in Supplicationibus* editis à Doct. Hofmanno Advoc. & Procur. Cameræ, *tit. 2. Num. 7.* Quid, ſi res tendat ad eum effectum, ut per Sententiam Judicis Eccleſiaſtici aliquis privetur Protectione Imperii, tanquam Sectis prohibitis addictus, cum denegatione defenſionis, adeoque vitæ & famæ ſit periculum. Nam, ut docet Strykius *Diſſertat. de Orig. Jurisdict. Eccleſiaſt. cap. 2. §. 25. in fin.* morem invaluiſſe, ut cum malis Eccleſiæ Miniſtris mitius agatur, quam cum probis & fidelibus, qui ſi verbo tantum peccent, mox ſine magno Proceſſu deponi & expelli ſoleant. Nonne ſic ad ſupremum Judicem Secularem licitus erit recurſus, ne quis prætextu Eccleſiaſticæ Jurisdictionis, innocens opprimatur. Novum enim non eſt, eo uſque etiam progredi odium Clericorum. Quos legiſſe oportebat, & meminiſſe eorum, quæ ſcripſit Joan. Clericus *Diſſertat. de Argumento Theologico ab invidia ducto.* Werenfelſius *de Logomachiis eruditorum cap. 7. §. 9. & alibi paſſim.* Chriſtoph. Matth. Pfaffius, Theologus & Profeſſ. Publ. Tubingenſ. celeberrimus, *Inſtitut. Theolog. in Præfatione, & part. 3. ſect. 1. §. 1. & §. 3. pag. 625. ſect. 2. pag. 696.* & *de Orig. Jurisdict. Eccleſiaſt. pag. 216. ſeq. lit. f. g.*

Ad

Ad argumenta *ſuprà* [*pag. 158. & 159.*] in compendio relata reponi poſſet: *Primò*, de ſuſpensâ Jurisdictione: ſuſpenſam eſſe Jurisdictionem non Imperatoris & Imperii, ſed Pontificis, videatur Lynckerus *Reſponſo 87. num. 31. volum. 1.* & *de Gravam. Extrajud. cap. 6. §. 27.* Hinc & in Capitulatione Cæſarea Imperator ſummus dicitur Protector non ſolum Catholicorum, ſed etiam Proteſtantium, vid. *Capitulat. Caroli VI. artic. 1. §.* So viel aber ꝛc. adde *Apolog. Auguſtan. Confeſſ. artic. 9. in fine.* Non obſtat *Secundò*, quod dicitur, Imperatorem eas partes Jurisdictionis ante Pacem Religioſam non exercuiſſe, neque per Pacem in eum translatam. Reſpondetur: omne Jus Superioritatis habere Status Imperii ab Imperatore & Imperio dependenter, adeoque ſi non expreſsè translata fuit ſuprema Jurisdictio in Imperatorem, certè ei & Imperio non poteſt dici ademta. Alias enim Status Imperii ſinguli forent independentes. Qua hypotheſi poſita, monſtroſior adhuc evadet Imperii noſtri forma, quam ille putabat, qui contra Pufendorfium, neſcio quæ monſtra ſomniaverat, repreſſus in *Eride Scandica.*

Quid reſponderi poſſit ad argumenta ſuprà recenſita.

Sententia, quæ omne Jus Superioritatis eſſe independens, ſtatuit, ſuo Auctori meritò relinquitur, perinde, ut altera, quæ Jura Superioritatis omnium Statuum Imperii, inter allodia refert, vide Stryk. *Diſſertat. de Jure Allodiali.* conf. *Tractatus noſtros de Introduct. Jur. Primogenitur. part. ſpecial. §. 6. num. 28. ſeqq.* & *de Jur. Fœminar. Illuſtr. ſect. 2. membr. 1. §. 16.* atque ſic ſatisfieri etiam poſſet argumento *Secundo.*

Exempla verò rerum in Camera judicatarum apud Barthium & alios haud dubie ad caſus pertinent, ubi agebatur de *Vinculo Matrimonii*, qui eſt Lege Camerali exceptus expreſsè *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 1. §. ult.* & ibi alleg. *Viſitat. Memor. Judic. & Aſſeſſ. 8. Decembr. 1570. §. 7.* vide Deckher. *Sentent. Camer. Num. 438. 765. 909.* & *Collection. noſtram Sententiar. Num. 729.* ubi confer Deckher. *Conſultat. Forenſ. lib. 1. cap. 27. num. 37.* Böhmer. *Jur. Eccleſiaſt. lib. 2. tit. 2. §. 17.* Si non de Vinculo, ſed de incidentibus quæſtionibus, de Facti quæſtionibus, de Poſſeſſione,

 vel

vel Nullitate, & vitiis Proceſſus agatur, in Cauſis, cum Matrimonialibus, tum aliis, quæ in Conſiſtoriis Proteſtantium tractari ſolent, fundatam eſſe Jurisdictionem Civilem & Cameralem, niſi obſtet Privilegium, conſtans ſemper fuit Cameralium ſententia, Roding. *lib. 1. tit. 23. §. 18.* & *tit. 33. §. 7.* Frider. Mindan. *de Proceſſ. lib. 1. cap. 10.* Deckher. *in Vindic.* ad Blum. *tit. 25. num. 19. pag. 133.* [*tit. 27. poſt num. 182. Satyra Connub. Illuſtr. ſive de periculis Thori Conjugalis remoto Judice §. 1. pag. 287. ſeq.*] *Edit. nov.* & *Proceſſ. Informativ. informat. cap. 1. pag. 26. ſeq.* ubi etiam de Cauſis Status & Dignitatis Paſtorum: Mynſing. *centur. 2. obſervat. 67.* & *centur. 5. obſervat. 10.* Gail. *lib. 1. obſervat. 38.* Meichſner. *tom. 3. deciſ. 20.* Gylman. *Deciſ. Camer. voce Matrimonium.* Thom. Michaëlis *Diſputat. de Cæſaris, Cameræ, & Statuum Jurisdiction. §. 41. ſeq. in Nucl. Jurispubl.* Blum. *tit. 43. num. 20.* Deckher. *in Sentent. Camer. Num. 463. & 476. Deciſ. Camer. ſub nomine* Scipionis *editæ lib. 1. deciſ. 57.* Quibus adde Deciſiones Jurisconſultorum aliorum in terris Proteſtantium, qui omnes fundatam eſſe hisce caſibus Cameræ Jurisdictionem, affirmant. Saxonicorum, Carpzovii *Definit. Conſiſtorial. 138. num. 6.* ubi Gailium citat. Caſp. Ziegleri ad Lancellot. *lib. 3. tit. 1. §. 6.* Lynckeri *in Reſponſis*, & *de Gravam. Extrajud.* & *Analect.* ad Schweder. *locis ſuprà citatis.* Hornii *Jur. Publ. cap. 42. §. 29.* Brandenburgicorum, Cocceji *in Jurisprud. Publ. cap. 32. num. 9.* Brunnemanni *Jurisprudent. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 1. §. 18.* Henniges *in Meditat. ad Inſtrum. Pac. artic. 5. §. 54. lit. c.* Rhetii *Diſputat. de Auctoritat. Jur. Canon. inter Auguſtan. Confeſſ. Conſortes ſect. 2. num. 132. ſeqq.* ubi affirmat Jurisdictionem Cameræ rectè fundari, ſi ex capite Nullitatis Proceſſus decernantur in Cauſis, quæ Eccleſiaſticæ vocantur, vel per implorationem Brachii Secularis ad Judicem deveniatur, nec non ſi Judicio agatur Poſſeſſorio, aut de facto ſit quæſtio, Böhmer. *Jur. Eccleſiaſt. lib. 2. tit. 2. num. 19. ſeqq.* [adde Joh. Sam. Stryk. *de cauſ. ad Camer. non appel. cap. 2. §. 26. 27.*] Würtenbergicorum, Lauterbachii *in Colleg. Theoret. Pract. lib. 49. tit. 5. §. 10. & ſeq.*

& ſeq. (Filius, Aſſeſſor Cameræ, hanc partem elaboravit.) Myleri *de Principib. & Statib. cap. 20. num. 21.* Schwederi *in Jure Publ. part. ſpecial. ſect. 1. cap. 13. §. 11.* ubi Fabricio in Gail. *enucleat. lib. 1. obſervat. 112.* aſſenſum præbet. His omnibus junge Mevium, JCtorum Germaniæ Principem, *part. 1. deciſ. 77. part. 2. deciſ. 364. & 365. part. 4. deciſ. 100. Commentar. ad Jus Lubecenſ. lib. 1. tit. 4. artic. 3. num. 38.* Necnon Reinkingium, JCtum Haſſiacum, poſtea Holſaticum Cancellarium, *de Regim. Secular. & Eccleſiaſt. lib. 3. claſſ. 1. cap. 10. num. 26. ſeqq.* Textorem, JCtum Palatinum, & Liberæ Civitatis Francofurtenſis Syndicum, *Jur. Publ. Cæſar. tit. 11. de Reſervatis num. 95. ſeqq.* & *Jur. Publ. Statuum Imper. tit. 3. de Jur. Diœceſan. & Eccleſiaſt. Territor. num. 222.* & *Diſputat. ad Receſſ. Imper. 2. theſ. 52. uſque 57.* Dubium de ſtylo, quod ibidem *theſ. 57.* habuit Textor, ex Deckherro & *aliis locis ſuprà dictis* reſolvitur. Linckium, JCtum Reipublicæ Noricæ, *ad tit. Decretal. de Appellat. Recuſat. & Relat. §. 7. 8. tit. de Judiciis §. 3.* & *tit. de Jur. Epiſcopal. cap. 12. §. 4.* Ittigium *de Clerici Foro Seculari §. 4. & 7.* Quorum nullus credidit, violari per Recurſum ad Cameram Imperialem in hisce caſibus Jurisdictionem Eccleſiaſticam Statuum Proteſtantium, & Cameram plus juſto ſibi ſumere. Sunt inter nominatos aliqui, qui Cameræ Imperialis mentionem non faciunt, ſed ſufficit, tradere eos competentiam Fori Secularis in genere, plerique tamen Cameræ Imperialis Jurisdictionem agnoſcunt expreſsè.

Ad *Tertium Argumentum* de Æqualitate cum Romano-Catholicis obſervanda, reſponderi poſſet. Æqualitatem de qua loquitur textus Inſtrumenti Pacis intelligi primò de Juſtitiæ Adminiſtratione, *ita ut quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum*, deinde *ſalva Reipublicæ Forma.* Ad quam etiam pertinet Judiciorum Conſtitutio. Sunt autem conſtituta Judicia Eccleſiaſtica inter Romano Catholicos ita, ut per varias Inſtantias cauſa tractari & oppreſſis ſubveniri queat, ita, ut denegata Defenſione prima vel ſecunda aut etiam tertia, quæ etiam hominibus ob capitale & publicum crimen accuſatis permittitur & permitti de-

bet, non conqueri poſſint, adeo, ut caſus inter eos vix ſit extiturus Nullitatis per plures Inſtantias commiſſæ. Nos loquimur de caſu, ubi Judicium Eccleſiaſticum primæ & ultimæ Inſtantiæ Jus ſibi attribuit, & cumprimis ubi malè eſt conſtitutum. Neque ſufficiet Acta ad Extraneos tranſmitti. Nam circa Tranſmiſſionem quoque occurrere poſſunt vitia, quæ ordinem Cognitionis turbant.

Porrò neque Romano-Catholici repugnant, Cauſas ad Forum Seculare deferri, ſi ſit *mixtæ Jurisdictionis*, ubi agitur de Poſſeſſione, de ſuſpecto Judice, de Facti quæſtione, Recurſu ad ſupremum Judicem Secularem adverſus injurias Judicum Eccleſiaſticorum, [conf. *ſuprà Auctar. IX.*] videatur Teſſaurus, JCtus Pedemontanus, *deciſ. 82.* Afflictis, Neapolitanus, *deciſ. 2.* & *deciſ. 24.* Valaſcus, Luſitanus, *Conſultat. 93. num. 5.* Salgado, Hiſpanus, cujus Opus egregium *de Protectione Regia*, ſubſidia tradit oppreſſis Appellantibus adverſus Judices Eccleſiaſticos, per viam Recurſus ad Secularem ſupremum. Idem argumentum tractat Cævallos *tractat. de Cognitione per viam Violentiæ in Cauſis Eccleſiaſticis.* Menochius, Italus, JCtus Papienſis, *Remed. retinend. poſſeſſion. 3. num. 355.* Covarruvias *Practicar. Quæſt. cap. 35.* Grivellus *Deciſ. Senatus Dolani 128.* Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *Diſceptat. cap. 146. num. 8. ſeqq.* ubi *num. 10.* laudat & ſequitur doctrinam Altimari *de Nullitat. Sententiar. part. 1. rubr. 3. quæſt. 35. num. 10.* Quod poſſit Judex Secularis requiſitus cognoſcere de Nullitate vel notoria injuſtitia Sententiæ Eccleſiaſtici Judicis, non ad finem cognoſcendi de Meritis Cauſæ, ſed ad finem concedendi brachium vel denegandi, hoc eſt ut res maneat ſalva, donec vitia Judicis Eccleſiaſtici emendentur, ne oppreſſo deſit Juſtitiæ auxilium. Multos alios JCtos ibi videas allegatos. [adde *ſuprà Auctar. IX.*] Ex *Belgis* nomino Eſpenium, Lovanienſem JCtum, *Jur. Eccleſiaſt. part. 3. tit. 2. cap. 1. num. 22.* ubi de Cauſis Matrimonialibus, ſi ſit quæſtio Facti, agit; *de Cauſis Poſſeſſoriis cap. 4. num. 39.* Königium, JCtum Salisburgenſem, *Jur. Canon. cap. 2. tit. de Judiciis num. 11. & 45.* Wieſtnerum, Jeſuitam & Juris Canonici Profeſſorem Ingolſtadienſem *Inſtitut. Jur. Canon. tit. de Foro competent. artic. 6.*

artic. 6. num. 99. ubi ſequitur Zœſium *ad tit. de Ordine Cognitionum num. 14.15.16.17. ſeqq.* Si fortè deſiderentur Exempla exercitæ inter Catholicos à Camera Imperiali Jurisdictionis in ejusmodi negotiis, reſpondebitur (1.) ex defectu querelæ non inferri ad negandam poteſtatem Judicis, cujus officium non eſt niſi imploretur. (2.) Neque etiam deſunt Exempla notabilia, vid. Deckherrum *in Sentent. Camer. Anno 1673. Num. 463.* ubi agebatur de Electione Parochi Catholici. Anno 1713. Proceſſus decreti in cauſa Extenſionis Ædificii Cœnobii ad inſtantiam Abbatis zu Ottenbeyern / vid. *infrà Rubricam Proceſſus in Appendice VIII. pag. 320. circa fin.*

Retorſionis verò *Jus*, ſi Jurisdictionem Judicii ſupremi, Conſenſu omnium Statuum, tam Catholicorum quàm Proteſtantium, conſtituti, ab Imperatore & Imperio poteſtatem ſuam agnoſcentis, impedire quis exiſtimaverit, ex Legibus publicis foret clare probandum, arbitria enim ſingulorum hic non ſufficiunt.

Tandem quod dicitur, interpretationem Legum non fieri debere à Judiciis Imperii: Reſpondetur, non fieri interpretationem contra, ſed ſecundum Legem, ſi quis huic interpretationi contradicat, ipſe interpretem aget, non Judicem. Sed hæc omnia arbitrio Superiorum relinquo. Conſulenda erunt Lectori Acta publica, quæ reperiuntur *in Elect. Jur. Publ. tom. 5. pag. 39. 741. & 899. tom. 6. pag. 69. tom. 7. pag. 217. 337. & 591.* Staats-Cantzley *tom. 26.* Fama eſt dum hæc ſcribo, Ratisbonæ à Corpore Evangelicorum Literas ad Cæſaream Majeſtatem hac de materia mittendas parari; Quas ubi publicabuntur, Mantiſſæ inſerere non negligemus. [Id quod eſſe factum vid. *ſuprà Auctar. in fine.*]

SECTIO II.

Prima noſtræ Tractationis conſideratio fuit in ordine ad Imperialis Cameræ Jurisdictionem fundandam. Altera reſpiciet *Ordinem Judiciarii Proceſſus.* Materiæ harmonia facit, ut in unaquaque Sectione occurrant quæ ad alteram referri Partitio.

etiam

etiam potuiſſent. Sectione præſente ſpectabitur Proceſſus *Forma Externa* in *Audientia Publica.* Et hæc in *Circumſtantiis*, Perſonarum, Temporis, Loci, & *Objecto:* Sententiarum Publicatione, Procuratorum Auſcultatione, cæterisque Actibus Judiciariis. *Interna Forma* in *Proceſſus Initio* & *Progreſſu.* Illud fit à *Supplicatione*, & *Decreto Judicis.* Decernitur Proceſſus *Actori*, quo numero habetur quilibet *Appellans*, vel contra *Reum*, ſive *Appellatum*, vel adverſus *Tertium*, tum inhibendo, tum promovendo Juſtitiæ curſum. *Progreſſus* conſiſtit in *Agendis Judicialibus* & *Eventu.* Ibi dicendum de Terminis, Dilationibus, Contumacia, Proclamate, Litis conteſtatione, Reconventione, Concluſione. *Eventus* ſunt: *Relatio Actorum*, *Sententiæ Publicatio* & *Executio.* Contraria verò: *Reſtitutio in integrum* & *Reviſio.* Coronidis loco agetur de *Stylo Camerali.*

§. I.

Num. 1. Audientia quid ſit.

Audientia (de qua Blum. *tit. 60.* Roding. *lib. 2. tit. 1. 2. 3.* & *tit. 11.*) [B. Auctor. *in Idea Philoſophiæ ſimulatæ Colloq. 1. pag. 58. ſeqq.*] eſt Actus publicus Judicialis quo à Judice vel Præſide & Aſſeſſoribus in Conclavi peculiari ad eum finem deſtinato & conſtituto, Sententiæ publicantur, Proceſſus extrajudicialiter decreti reproducuntur, in Reproductis Procuratorum deſideria audiuntur, Juramenta & Cautiones præſtantur & recipiuntur.

Num. 2. Diverſitas Audientiæ ſolennis & minus ſolennis.

Olim Actus erat ſolennior, quotidianus, præſentibus cum Judice Camerali omnibus Aſſeſſoribus, vide *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 1. Receſſ. Imper. 1654. §. 88. 89. & 95.* quæ Solennes Audientiæ dudum deſierunt, quod Deliberationes Senatorum impedirent maximè, auſcultatio verò, præter quam & Juramentorum vel Cautionum receptionem nihil agendum erat, per paucos fieri poſſet, videantur die Anmerckungen bey dem *Concept* Cammer-Gerichts Ordnung (quæ editioni Wezlar. acceſſerunt) *part. 1. tit. 17.* ubi multa ad hanc Sectionem pertinentia exponuntur. Hinc

Num. 3. Hodiernus Modus.

ſolennis congregatio non niſi in Publicationibus Sententiarum multos per Annos Spiræ & Wezlariæ fuit uſitata. Sed & hæc *per Noviſſ. Receſſ. Viſitat. §. 35.* eſt abolita, ubi diſponitur Publicationes

nes Sententiarum Definitivarum quavis Septimana (ſi ſcil. tales Sententiæ publicandæ adſunt, quod pro paucitate Aſſeſſorum hodierna fieri ſemper nequit) eſſe die Lunæ faciendas, præſente Judice vel Præſide cum parte Aſſeſſorum dimidia: Leviorum verò Sententiarum in Audientia ordinaria (de qua *dict. Receſſ. Viſitat. §. 55. & 85.* juncto *Receſſ. Imper. 1654. §. 89. Commun. Decret. 19. Januar. 1660.* poſt quæ Decreta nullus amplius eſt uſus *§. 88. Receſſ. Imper. Noviſſ.*) Conſilio plane ſalutari, cum Semeſtres vel Trimeſtres Publicationes Judicio multum moleſtiæ creaverint, confluente iſto tempore Litigatorum numero, quorum quilibet ſua negotia, nonnunquam importunè ſatis definiri flagitabat. (*a*)

(*a*) *Ut Partes Cauſarum, quas habent, deciſionem & maturationem petant nonnunquam præſentes, idque modeſte, impediri non debet, imo ut fiat, circumſtantiæ quandoque exigunt.* [conf. B. Auctor. Idea Philoſophiæ ſimulatæ Colloq. 2. pag. 77.] *Sed ut in loco Judicii maneant, animo Decretum vel Sententiam efflagitandi, neceſſarium neque eſt, neque tolerandum. Qui oratione compoſitâ Facti & Proceſſus Narrationem ordiuntur dum Aſſeſſores conveniunt, ſi in limine interrumpuntur, mirari non debent; ſcire enim oportebat, extra Acta Narratis Partium fidem non deberi. Acta qui legit, aut Relationi intereſt, peroratione tali, opus non habet. Carius eſt tempus quam ut ejusmodi auſcultationi, cui mens adplicari vix poteſt, vacent Aſſeſſores. Sequantur ergò Partes conſilium* Receſſ. Viſitat. § 71. [conf. Idea Philoſophiæ ſimulatæ citat. loc. pag. 78.] *Alius eſt error inſignis Sollicitantium, qui putant ſingulis Aſſeſſoribus omnium Cauſarum, quæ in Judicio verſantur notitiam eſſe perfectam. Cum multa quotidie decernantur & decidantur, de quibus nemo niſi ii, qui de Senatu iſto ſunt, aliquid ſciat. Alius denique eorum, qui mirantur, quod Cauſæ, quarum ſollicitatum veniunt deciſionem, diutius quam crediderant expectare debeant, exiſtimantes, credo, nihil plus laboris incumbere Aſſeſſoribus tunc temporis quam in illa, quam ſollicitant, cauſa.* Num. 4. Sollicitationes Partium, eorumque Modus.

Quæſitum fuit aliquando de abolitione Audientiarum, [vid. *dict. Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 94. & 95.* & B. Auctor. *in Idea Philoſophiæ ſimulatæ Colloq. 1. pag. 66.*] an eſſet è re Judicii Cameralis? Reſponſum: non eſſe de eſſentia Judicii in ſe, ſed tamen eſſe eſſentialem Solennitatem Judicio Camerali; Solennia Lege præſcripta eidem formam dare, JCti conſentiunt. Ergò Audientia eſt de Judicii Cameralis forma, vide *Elect. Jur. Publ.* Num. 5. Uſus Audientiarum an retinendus? Affirm. Ob formam Judicii.

Num. 6. Ordo Procuratorum honorificus.

tom. 4. ſect. 1. Deinde non minima accedit Procuratorum Ordini exiſtimatio, quod iis ſolis datum ſit in Audientia cauſas agere, unde conſilio prudenti Audientiæ fuere introductæ retentæque, ne deeſſent huic Judicio, quos ſemper habuit, Viri eruditi, Procuratorum munus ambientes, honore condigno merito afficiendi. Vileſcet officium, ſi publicè ſeſe exhibendi nulla daretur occaſio. Quanquam adhuc magis ſit metuendum ne vileſcat, ſi aditus foret promiſcuus cuilibet Juris ſcientia leviter tincto. Juvenes hodie vix dum ex Academiis cum titulis venalibus dimiſſi, ſtatim ad Advocatorum Supremi Judicii munus gerendum aptos ſeſe putant, & ad ſpecimina elaboranda ſeſe offerunt, non repellendi quidem à ſpecimine, ſed tamen ad officium immaturè non admittendi. [conf. *Commun. Decret. 30. Septembr. 1672.* & B. Auctor. *Idea Philoſophiæ ſimulatæ Colloq. 2. pag. 86.*] Admiſſi ad Advocati Officium mox etiam Procuraturæ ambiunt, in quo largiorem ſperant utilitatem ſine magno labore & ſtudio, vid. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 100.* & *Memorial. Advocat. & Procurator. §. 9. 10.*

Num. 7. Cæteræ Perſonæ Judicii, quæ Audientiæ interſunt, & eorum Officium.

In Audientia Menſæ peculiari aſſident ex Protonotariis, Notariis, Lectoribus, unus, qui ſingulis Septimanis alternant, Receſſus Procuratorum in Charta conſcriptos & viva voce prælectos recipiunt, [conf. B. Auctor. *in Idea Philoſophiæ ſimulatæ Colloq. 1. pag. 65. & 66.*] in Protocolla Cauſarum digerendos, Reſponſiones breves extemporaneas annotant, [quatenus hæ ſint prohibitæ vid. *Commun. Decret. 4. April. 1721. §. 1.*] Exhibita ad Acta referunt, quibus dies Exhibitionis & Numerus *Quadrangulo* incluſus à Lectore inſcribitur. (*b*)

(*b*) *Colliguntur Acta Cameralia, non uti fit in aliis quibusdam Judiciis ad formam Libri, [exceptis prioris Inſtantiæ,] ſed componuntur ſingula Producta juxta Ordinem* Quadrangulorum. *Solum Protocollum filo conligatur, in quo Receſſus Procuratorum cum Sententiis publicatis comprehenduntur, eſtque Actorum cujusque Cauſæ Directorium: Neque enim diſpoſitio* Receſſ. Viſitat. Noviſſ. Memorial. Cancellar. 1713. §. 22. *in uſum adhuc deducta eſt, vel, quod conſuetudo vetuſta, cui aſſuevere Camerales, tolli difficulter poſſit, vel quod credatur modum hucuſque conſuetum eſſe ad labores commodiorem, quam ſi Volumina compacta habeantur. Ne deperdatur aliquid, caveri poſſe alia diligentiâ. Protocolla ut involucrum ſive tegmen ex Membrana haberent, utile*

foret,

foret, & facile, ſi litigantes modico hoc ſumtu non parcerent. Originalia à Partibus repetuntur, retento in Actis exemplo authentico. Cæterum laudabilis eſt in Cancellaria Camerali Ordo Repertoriorum, ex quibus ſpatio temporis breviori conſpici poteſt, quid in cauſa aliqua licet vetuſtiſſima actum ſit uſque ad ultimum diem, & Protocollum compleri. Quam Completionem unusquisque Referens fieri curat, & proſpicere debet quotiescunque opus habet ad Votum elaborandum, cumprimis ſi de Sententia quacunque publicanda agitur. Hoc enim niſi fiat, magni naſci poſſunt errores.

Producuntur autem Scripta omnia tot exemplis, ut præter id quod Actis inſeritur, unaquæque Partium in lite verſantium unum accipiat, quod confeſtim per Pedellum una cum Copia Receſſus, viva voce prælecti, adverſæ Partis Procuratori traditur, [conf. B. Auctor. *Idea Philoſophiæ ſimulatæ Colloq. 1. pag. 70. ſeqq.*] compendio inſigni Proceſſus Judiciarii, cum alibi Communicatio non fiat ante Decretum Judicis. *Adjuncta* Scriptorum uno tantum porriguntur exemplo, quorum Copiæ ex Cancellaria redimendæ, vid. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 48. & 102. Memorial. Cancellar. §. 12. Memorial. Advocat. & Procurator. §. 14.* ubi idem de Extrajudicialium Actorum & Exhibitorum Copiis inculcatur, adde *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 36. princ.* Blum. *tit. 63. num. 30. ſeqq.* Fruſtra interdum diſputant inter ſe Procuratores de Communicatione Adjunctorum, & redemtione cum Lex ſit clara, neque habeat exceptionem. Illud verò certum quod omnium Adjunctorum Copiam redimere non teneatur alter, ſed eorum tantum quibus habet opus. Producuntur ſæpius multa ſuperflua & inutilia, non niſi ad molem Actorum augendam facientia. Num. 8. Exhibita quomodo communicentur, ubi de modo colligandi Acta Cameralia.

Igitur ut interſint Audientiis omnes Procuratores, neque abſint ſine venia, *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 56.* juncto *Memorial. Procurator. §. 2.* (ubi ne gladiati ſint, prohibetur, cum olim Aſſeſſores imitari affectaſſent) præcipua pars eſt eorum Functionis: Sedent autem in Subſelliis, Cauſas agunt, quisque in ſuo ordine, ſurgens, præmiſſa compellatione honorifica Judicis præſentis, Præſidis vel Aſſeſſoris, qui cum *Sceptro Judiciali* (Baculo, cujus pretium unicè eſt à Maximiliani I. Cæſaris Memoria, qui ipſe eum geſſit, & Judici Cameræ tradidit) reſpectivè in Solio & loco edi- Num. 9. Procuratores ſinguli intereſſe Audientiæ debent, quomodo proponant. Num. 10. Sceptrum Judiciale.

 tiori

Num. 11. Tecto capite ſedent Judex, Præſides, Aſſeſſores.

tiori ſedent, capite tecto, aperto verò, ſi Sententia publicatur in cauſa eorum propria, vid. *Commentarios* Kochianos *ad Ord. Cam. part. 1. tit. 12.* & *notam* Deckherri, qui eos edidit inter *Monumenta Lectionis Cameralis antiquæ.*

Num. 12. Ordo & Modus Proponendorum per Procuratores.

Proponunt Cauſas Procuratores juxta ordinem receptionis, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 49. §. fin. Receſſ. Imper. 1654. §. 88. Commun. Decret. 30. Octobr. 1655. Memorial. Procurator. §. 3.* adjunctum *Receſſ. Viſitat. Noviſſ.* Et ne Parti naſcatur præjudicium, ſi forte Ordo aliquem ex Procuratoribus non tangat ad faciendum ea, quæ intra Fatale erant agenda, Receſſui poſtea addere ſolent, *in primo ſuo agendi ordine*, vel: *agendi facultate*, qui Ordo etiam à Pedello, ubi quævis Audientia incipiat, ubi deſinat, in Libro peculiari eſt annotandus: adde *infrà §. 4. num. 7.*

Num. 13. Modus & Forma Receſſuum.

Modus in Receſſibus obſervandus *in dict. Memorial. Procurator. §. 4.* & *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 53.* ex præcedentibus Legibus, coërcito abuſu, repetitur, adde Blum. *tit. 63.* Varii abuſus alii ſublati per *Communia Decreta 4. April. 1721.* & *16. Julii 1723.* quorum tenor *in Corp. Jur. Cameral.* legitur.

Num. 14. Mulctæ Procuratorum.

Quem modum ſi exceſſerint, mulcta eis, Fiſco Pauperum inferenda, pro gravitate tranſgreſſionis indicitur, vide Blum. *tit. 63. num. 66. ſeqq.* Formula: Vorbehalten; indictam Mulctam ſignificat; Minima eſt die Strafe der Ordnung/ hoc eſt ein Cammer-Gulden/ ſive 20. Batzen; Gravior, die Strafe nach Ermäßigung/ quæ eſt duplo major. Si excedat hanc Summam Mulcta ſpecialiter eſt denominanda, in Marcis Argenti vel Auri, pro delicti qualitate.

Num. 15. Ordines Audientiarum.

Cauſæ in Audientia non proponuntur confuſè, ſed ſeparandæ ſunt à Procuratore, Reproductiones, Scripta in Terminis præfixis exhibenda, quæque juxta Sententias agenda ſunt, à reliquis proponendis. Hæc ſeparatio Nomen habet *Ordinum*, Blum. *tit. 61.* Roding. *Capite ſingulari poſt tit. 9. lib. 2.* quorum olim *Sex*, *Ordinat. Camer. part. 3. tit. 5. §. 1.* deinde *Tres*, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 5. princ.* poſtea *Quinque*, *Commun. Decret. 30. Octobris 1655.* erant in uſu, hodie, poſt *Commun. Decret. 13. Decembris 1659.* non niſi *Quatuor*, excepto *Ordine Fiſcalis*, cujus ſemper

eſt

eſt prærogativa, ſi aliquid habeat proponendum. Nempè *Ordo Sententiarum*, in quo aguntur ea, quæ in Sententia proximè publicata fuêre injuncta. Ex. gr. Litis conteſtatio, Recognitio Documenti, Sigilli, Mandati, Concluſio Cauſæ. Cum itaque non in omni Audientia publicentur Sententiæ, nec omnis Sententia aliquid hujusmodi agi præcipiat, hinc fit, ut Ordo iſte rarius occurrat, & ubi poſt Publicationem Sententiæ neceſſarius eſt, abſolvatur brevi. Sequitur, & plerumque initium Audientiæ eſt, *Ordo Reproductionis*, in quo Proceſſus novi decreti & inſinuati, puta Citatio cum Inhibitione & Compulſorialibus in Appellatione, vel Citatio ſimplex vel Mandatum, in præfixo Termino reproducuntur, & partis adverſæ Comparitio Reſponſioque Formula quadam ſolenni, vide Blum. *tit. 63. num. 41. ſeqq. Commun. Decret. 13. Decembr. 1659. §. 3.* provocatur. *Reproductio Proceſſuum* fundamentalis eſt lapis & centrum, ſuper quo Proceſſus Cameralis eſt ædificandus, verba ſunt Deckherri ad Koch. *Ord. Cam. part. 2. tit. 30. num. 4.* Sine Reproductione Proceſſus Cameralis eſt nullus, hoc eſt non habetur pro efficaci. Unde & à Procuratoribus ne minimum quidem neglectum eſt ſine periculo, vide Koch. *ibid. tot. tit.* adde *tit. 12. part. 3. num. 47.* Roding. *lib. 3. tit. 4. §. 14. uſque 18.* adde eundem *lib. 1. tit. 32. §. 18. ſeq.* & *lib. 3. tit. 29.* [B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 16.*]

Sententiarum.

Reproductionis, ubi de Termino Reproductionis & præjudicio neglecti Termini.

Terminus Reproductionis eſt ſemper is, qui in Citatione Reo eſt præfixus ad comparendum, additis inſuper beneficio Actoris vel Appellantis *Sex Juridicis Diebus*, hoc eſt Sex Audientiis, per *Receſſ. Deputat. 1600. §. 98.* qui mutilate repetitur *in Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 53. §. 1.* Præjudicium neglectæ Reproductionis debito tempore & ordine faciendæ, eſt in Cauſis Simplicis Querelæ, *Circumductio*, & abſolvitur Reus ab Inſtantia. In Cauſis Mandatorum wird das Mandat vor gefallen declarirt. Gravius adhuc in Cauſis Appellationis, ſcil. Appellationis totius Deſertio. Denegatur enim petitum Proclama, ſi Reproductio tempore non debito fuerit facta, vide Blum. *tit. 66. num. 34. 35.* Quæritur hic, ſi

plures ſint citati & Inſinuatio diverſis facta Diebus, quis ſit Reproductionis Terminus, an computandus ab ultima Inſinuatione, ita ut comparere queant omnes Citati, an verò toties facienda ſit Reproductio, quot ſunt Citationes diverſis Diebus factæ? ultimum ſi fiat à Procuratore, non male quidem aget, & Deſignationem Laborum augebit, ſed an teneatur ita facere ſub præjudicio, id eſt in quæſtione, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 34. princ.* & *tit. 12. §. 4.* *Diſtinctione Cauſæ diviſæ & indiviſæ*, reſolvitur quæſtio mea ſententia. Si eſt diviſa, Reproductio facienda eſt à tempore Inſinuationis cujuscunque; ſi indiviſa, ſufficiet Reproductio computato tempore à Die Inſinuationis ultimæ, vid. *dict. tit. 12. §. 4.* Porrò obſervandum, utrum fiat Reproductio intra Fatalia vel Legis, computatis ſimul Sex Juridicis, vel prorogata (proſpiciunt enim plerumque ſibi Procuratores in Supplica pro Proceſſibus Appellationis de Fatalibus abundantibus) ſi intra Fatalia, quod haud facile negligit Procurator, nullum erit periculum denegandi Proclamatis. Novum hinc naſcitur dubium: an non Fatale Reproductionis incipiat currere à tempore Inſinuationis, ita ut Fatalia majoris cautelæ gratia prorogata per factam citius Expeditionem & Inſinuationem expirent? [conf. omninò B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 186.* & *part. 4. Obſervat. 388.*] Non iniquum foret ita ſtatui, ſed ſtatutum cum nondum fuerit, praxis eſt hucuſque, non expirare, vid. infrà B. Auctor. *Animadverſ. ad Magenhorſt. Obſervat. 21. 95. 96. 97.* Abuſum inſignem Prorogationum Fatalium compeſcere intereſſet Rei Judiciariæ. Exempli meminimus, ubi ad CVII. Menſes Fatalium Prorogatione factâ Procurator ſe tuebatur contra denegatum Proclama. Acta priora, Mandata Procuratoria, Inſtrumenta & Documenta non dicuntur *reproduci*, ſed *produci.* Remedium eſt tale, ut Supplica pro Prorogatione Fatalium in Senatu examinetur & pro ratione cauſæ allegatæ & probabilitate nixæ prorogatus Terminus Fatalis coarctetur.

Novarum. Hunc Ordinem excipit Ordo Novarum, ita dictus, quod nova emergentia lite pendente proponantur, v. gr. Supplicationes pro Mandatis, Inhibitionibus exhibentur, Exceptiones

Dila-

Dilatoriæ proponuntur, Prorogationes petuntur. Summatim, quicquid ad Ordinem Sententiarum, Reproductionis, & Terminorum præfixorum referri nequit, in hoc Ordine Novarum peragitur, cui etiam maxima temporis Audientiæ deſtinati pars tribuitur. Ultimus eſt *Ordo Terminorum,* in quo exhibentur Scripta, & aguntur ea, quibus exhibendis & agendis fuit certus Terminus præfixus. Terminorum.

Terminus, vide Blum. *tit. 76.* præfigitur vel à Judice, vel à Partibus colligitur, unde vocatur *collectus*. *Colligere Terminum* ſignificat, petere in Audientia Prorogationem Termini ad Reproducendum vel Agendum ob cauſas juſtas allegatas, cui petito ſi Procurator adverſarius non contradicat, cenſetur tacitè conſenſiſſe, & cum Judex deſuper non interloquatur, dicitur hic modus obtinendi Prorogationem, *Collectio Termini*, cui pars petens æquè obtemperare tenetur, acſi à Judice eſſet præfixus, *Rec. Imp. 1594. §. 51. Viſitat. Memorial. Judic. 1575. §.* Aus ſonderen ꝛc. *5.* Blum. *tit. 76. num. 9.* Nam omnis Terminus in Camera, eſt præjudicialis, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 10. §. 2.* Blum. *num. 10. ſeqq.* Quodſi verò petitæ Prorogationi contradicatur, neceſſe eſt, ut Judex ferat Sententiam, utile verò, ut Sententia ſequatur ſine mora, vid. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 51.* & *Memorial. Procurator. §. 3.* Formula Sententiæ, die gebettene Zeit bewilligt und angeſetzt / indicat incipere Terminum à lapſu prioris, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 10. §. 22. 23.* ubi ſtatuitur, quod etiamſi Sententia non ſequatur tamen petitus Terminus obſervari debeat, & ſit præjudicialis. Ante lapſum Terminum in Sententia ulterior, quam fuit petitus, præfigi non debet, ſed ſi inſtet Terminus, expectari potius tempus collectum.

Num. 16. Terminorum Præfixio & Collectio.

Num. 17. Terminorum Prorogationes petitæ quomodo concedantur.

A Judice præfigitur Terminus, vel in Citatione, qui vocatur Terminus *Legalis*, vel in Sententia, qui vocatur in ſpecie *Præfixus*. Legalis Terminus intelligitur, non ad comparendum, nam hic in Proceſſibus aliter exprimitur, vid. Blum. *tit. 76. num. 40.* ſed agendum in Judicio, vid. *Commun. Decret. 9. Januar. 1660. §. 5.* Blum. *tit. 76. num. 5.* qui eſt utrique parti communis, perpetuus

Num. 18. Terminus Præfixus.

Num. 19. Terminus Legalis.

per

per totum Proceſſum, ſine nova Citatione, & *Præjudicialis*, hoc eſt niſi agat Pars, neque Prorogationem obtineat, proceditur in Contumaciam, vide Blum. *dict. loc. num. 22.* & *tit. 64. num. 53. Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 10. §. 2. ſeqq.* Legalis Terminus regulariter eſſe ſolet Trium Menſium, quod tamen non impedit, ut pro ratione diſtantiæ loci & cauſæ quà moram non ferat, aliarumque circumſtantiarum anguſtior determinari vel latior concedi queat, *Commun. Decret. 13. Decembr. 1659. §. 4.* quod ſæpe factum meminimus per Decretum Senatus. Olim finita Audientia ſolenni ſequebatur alia coram *Deputato* ex Aſſeſſoribus, ubi petebantur Dilationes, Commiſſiones, Confirmationes, & alia levioris momenti, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 9.* Blum. *tit. 60. num. 24.* Sed hæc Audientia coram Deputato poſt *Rec. Imp. 1654.* & *Commun. Decret. 1659.* quibus totius Proceſſus Forma multum fuit immutata & abbreviata, plane deſiit, & omnes iſtæ Petitiones in Ordine Novarum proponuntur. Audientiæ celebrantur tribus Diebus in Septimana, *Lunæ*, *Mercurii*, & *Veneris*, ab hora prima poſtmeridiana ad tertiam: ſi Procuratores citius abſolvant, quod plerumque fit, citius diſceditur. Ceſſat Audientia ob Ferias incidentes vel alias cauſas, Blum. *dict. tit. num. 34.* *Feriæ* hodie ad normam *Ordinationis Carolinæ de Anno 1555. part. 2. tit. 33.* in *Concept. part. 2. tit. 35.* ſunt redactæ per *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 38.* ut adeo Blumii *tit. 62.* de ſuo tantum tempore ſit intelligendus, hodie juxta *dict. Receſſ. Viſitat.* corrigendus. [vid. *infrà Append. VII.* & de Feriis repentinis conf. *Magenhorſt. Obſervat. 89.* & *ſuprà Auctar. XXI.*] Qui audiunt, ex annuo ſpatio tertiam ferè partem feriari in Camera, mirari deſinent, ſi ſciant, Ferias Camerales (exceptis Feſtis Cultui Divino dicatis) eſſe tantum vacationes à Senatu, non à laboribus. Nam Feriarum tempore elaborantur Relationes in Senatu proponendæ: Cætera quæ huc ſpectant, peti poſſunt ex *Notaminibus ſuprà num. 2. dictis* denen Anmerckungen zum *Concept.*

Num. 20. Audientiæ coram Deputatis non amplius in uſu.

Num. 21. Tempus Audientiarum.

Num. 22. Feriæ.

§. II.

Proceſſus Cauſarum conſideratur, vel in decernendis Proceſſibus, vel in Progreſſu eorundem.

De-

Decernuntur Proceſſus plerumque *Extrajudicialiter*, hoc eſt, in Senatu Extrajudicialium, inaudita parte adverſa, ad Narrata & Petita Actoris vel Appellantis. Num. 1. Extrajudicialiter quid fiat.

Ubi tamen notandum, in Libello ſupplici Narrata per Adjuncta aliquo modo eſſe probanda, & fidem Judici veroſimiliter faciendam, [de Adjunctis irrelevantibus vid. *infrà Append. VIII. Num. 29.*] id quod in Proceſſu primæ Inſtantiæ vel Mandati per *Receſſ. Imper. 1654. §. 79.* omninò neceſſarium. Num. 2. Probatio Narratorum in Proceſſu primæ Inſtantiæ.

In *Appellatione* verò Gravamina recenſeri debent, iisque Judex tantisper in ordine ad impetrandos Proceſſus credit, reſervata Deductione in progreſſu, unde fit, ut quotiescunque ex Sententia prioris Inſtantiæ, quæ in forma probante exhibenda, vel ex ipſis Gravaminibus allegatis, Supplicantem gravatum non eſſe apparet: Vel ſi Narrata pro obtinendo *Mandato* non ſufficiant, denegentur Proceſſus, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 4. ſeqq.* [adde *ſuprà Sect. I. §. 14. num. 29.*] Moris enim non eſt in Judiciis Germaniæ ſupremis, ut quæcunque Appellationes recipiantur, prout fit in Judiciis Galliæ, vide Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 28. num. 79.* Olim ad Narrata qualiacunque Proceſſus impetratos fuiſſe antiqua Exempla docent. Cautius hodie in decernendis Proceſſibus agitur. [conf. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 310.*] *Leodii* coram Conſilio Ordinario ſufficit de Appellatione interpoſita docuiſſe, & Actuarius Judicii inconſultis Senatoribus expedire ſolet Proceſſus plenarios, qui mos Judicii interdum Partibus multum faceſſit oneris; vide quæ dixi *ſuprà Sect. I. §. 14. num. 10. & num. 29.* Scrupuloſitati non indulgendum eſſe in Proceſſibus decernendis, Leges noſtræ volunt, *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 10.* Sed tamen nec temerè concedendi ſunt, cum non faciendis, ſed tollendis litibus Judicia ſint inſtituta. In dubio præſtat decerni Proceſſus Appellationis, vide Deckher. *Proceſſ. Informativ. informat. cap. 5. pag. 98.* Major circumſpectio eſſe debet circa *Mandata Sine Clauſula, Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 10.* In his enim ſtudiosè inquiritur, an Narrata ad Mandatum ſint qualificata; an veroſimiliter probata, an ad *Petitum*, ex quo conſtruitur

Num. 3. Quid in Proceſſu Appellationis.

Num. 4. Officium Judicis in decernendis vel denegandis Proceſſibus.

tur *Præceptum*, ſatis concludentia. De Mandatis ſatis dixi *ſuprà Sect. I. §. 10.* adde Tennagelii Aſſeſſoris *Tractatum* inprimis commendandum *de decernendis Proceſſibus*. Judicialiter quandoque per Sententiam decernuntur Proceſſus, quoties cauſa cum alia in Judicio pendente eſt connexa.

Num. 5. Quando judicialiter decernantur.

Num. 6. Supplicationes ubi exhibeantur, quando diſtribuantur & Decreta Procuratoribus reddantur.

Supplicationes traduntur per Procuratores Notariis, qui exhibitas quotidie [Dn Judici vel] Præſidi deferunt, inter Aſſeſſores diſtribuendas, & quotquot in *Senatu fiunt Decreta* ad Supplicas, poſt horam undecimam, qua finitur Conſilium, *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 39.* inſcribuntur Supplicis, & Procuratoribus una cum Supplica & Adjunctis (vocant integrum Faſciculum den Stock) redduntur. [conf. B. Auctor. *Idea Philoſoph. ſimulat. Colloq. 2. pag. 88. ſeq.*] qui deinde easdem Præfecto Cancellariæ exhibent, & expeditionem Proceſſus decreti obtinent, *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 36. §. 1. ſeqq.* Ad quam expeditionem petendam (NB. excepto caſu Appellationis, ubi Fatalia obſervanda) Anni ſpatium eſt conceſſum, quo præterlapſo, de novo eſt ſupplicandum pro *Reſcripto*, id eſt expeditione nova, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 12. §. 8.* Blum. *tit. 66. num. 36.* Koch. *in Commentar. ad Ord. Cam. part. 3. tit. 12. num. 38.* Roding. *lib. 3. tit. 52. §. 3. Obſervat. Ante-Marill. 46.* [B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 69.* ubi docet, quibus Caſibus tale Reſcriptum locum habeat.] Sed cuilibet expeditioni dies decreti Proceſſus præciſè eſt inſerendus.

Num. 7. Reſcribi quando debeant Proceſſus.

Num. 8. Supplicæ Requiſita.

Requiſita Supplicæ ſunt, vid. Blum. *tit. 64.* Compellatio Judicis, Nomina Partium, brevis & perſpicua Cauſæ Narratio, Medium Concludendi ſive Fundamentum Petitionis, [Fundamentum Jurisdictionis Cameralis, *ſuprà Sect. I. §. 1. num. 13.* & *§. 2. num. 3.*] & Petitum, quod inprimis cautè, atque juxta Leges Imperii eſt formandum, vid. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 48.* tandem Rubrica Supplicæ Latinis verbis petito congruens inſcribenda; alias ſi differat rubrum cum nigro vel in toto vel in parte, jubetur Procurator per Decretum redigere utrumque ad conſonantiam. [Alias Rubricam Cauſarum mutare non licet, conf. infrà B. Au-

ctor.

ctor. *Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 3.* ubi rationem invenies.]

Supplicæ omnes *binis* exhibentur *Exemplis*; Procurator ſubſcribit tam nigro, cum Cautione de rato, vid. *Commun. Decret. 13. Decembr. 1659. §. 2. & 4.* quam rubro, cui addit *Diem Exhibitionis*, quem etiam in privatis Actis notat, ſicuti & in Repertorio Cancellariæ accuratè annotatur. Alterum exemplum Supplicæ Procuratori cum Decreto per Notarium Cameræ (ita vocantur, qui alibi Secretarii Judiciorum audiunt) [conf. *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 42.* juncto *tit. 44.* & B. Auctor. *Idea Philoſoph. ſimulat. Colloq. 2. pag. 92.*] inſcripto, redditur, alterum in Cancellaria adſervatur, & deinde cum priore, ſi Expeditio Proceſſus petatur, confertur, quo minus aliquid privatim mutari queat, vid. die Anmerckungen zum *Concept pag. 16. §. 19. 20.* Num. 9. Duo Exempla Supplicarum.

Adjuncta Supplicarum uno ſaltim exemplo exhibentur, quarum Copias parti adverſæ communicandas Procuratores per domeſticos ſuos fieri conſuevere, interdum ſatis vitioſè. Idcircò reducta eſt in uſum Lex Cameralis, *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 36. princ.* de faciendis in poſterum Copiis in Cancellaria, *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 48. & 102.* [quæ tamen præcavere debet abuſum *in dict. Receſſ. Viſitat. Noviſſ. Memor. Cancell. §. 16.* prohibitum.] Num. 10. Adjuncta Supplicarum.

Adjuncta Supplicæ pro Appellationis Proceſſibus neceſſaria ſunt: *Inſtrumentum Appellationis*, in forma, *non Patente*, (prout ſæpe adhuc ab imperitis Notariis cum magno lectionis faſtidio fieri ſolet, & Procurator, niſi aliud ſimul offerat, Pœna ordinaria mulctatur) ſed Libelli, & in Pergameno conſcriptum, [vi *Commun. Decret. 29. Julii 1667.*] cui verba Sententiæ [& Schedulæ Requiſitionis, Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 29. num. 41.*] ſint inſerta & totius Inſtrumenti ſumma cum Fatalibus obſervatis in margine notata, vid. Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 28. num. 73.* Superflua autem eſt ſollicitudo, quam ſæpè habent Appellantes, ut à Decreto Judicis inferioris refutatorio denuò appellent. Licet enim id requirat Mynſing. *centur. 2. obſervat. 49.* & cum eo Blum. *tit. 46. num. 66.* & *tit. 55. num. 12.* tamen eſt hæc Sententia Juri Num. 11. Adjuncta, quæ neceſſaria ad Supplicam pro Appellationis Proceſſibus. Ubi de Requiſitis Actorum & Cautelis ad evitandam Deſertionem, vel Abſolutionem.

adverſa, neque recepta, & nuper per *Concluſum Pleni 15. Februarii 1715.* rejecta, ſive à Definitiva, ſive ab Interlocutoria interpoſita fuerit Appellatio. Quod ſi Appellatio viva voce, atque ut loquuntur, ſtatim poſt Publicationem Sententiæ in Judicio facta ſit, non opus eſt Inſtrumento, ſed tantum Copia Protocolli Sigillo Judiciali roborata exhibetur. Deinde *Documentum* præſtitorum vel oblatorum *Solennium :* (quorum neceſſitas eſt vel à Privilegio vel à Statuto, vid. Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 7. num. 3.*) (*a*)

(*a*) *Eſt autem modus Solennium Privilegii vel Statuti ab Imperatore confirmati præcisè obſervandus : Ita ſi cautum ſit, ut Appellantibus non liceat per Mandatarium Juramentum Calumniæ præſtare, ſed ipſi comparere debeant, (tali Privilegio gaudet Magiſtratus Civitatis Imperialis Norimbergenſis)* [vid. infrà Append. V. pag. 153. ſeq.] *niſi hoc præſtiterint, periculum incurrent Deſertionis.* [*Hoc verò ſemper cautum intelligitur, quoties Privilegium requirit, ut iſthoc jusjurandum coram Judice à quo præſtetur,* Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 117.] *Decretum fuerat aliquando in cauſa Roſt contra Magiſtratum Noricum Mandatum de admittendo Procuratore ad Juramentum Calumniæ, ſed poſt producta Privilegia caſſatum per Sententiam 31. Martii 1699. In cauſa Feblin contra Höttel, Appellans Solennia in Camera præſtiterat, lite per Tranſactionem finitâ, nihilominùs ad inſtantiam Magiſtratus Norici Sententia lata fuit 18. Maji 1714. quod iſte actus Privilegiis præjudicio eſſe non deberet, cum reprehenſione Procuratoris. Neque enim ſine cauſa gravi admittendus erit Procurator ad præſtanda Solennia in Camera, quæ in Judicio inferiore præſtare oportebat. Inter cauſas autem legitimas habetur, ſi à Judice à quo impediatur. Si Morbus, Ætas,* [*Dignitas,*] *vel alia legitima impedimenta prohibent, quo minus Appellans compareat ipſe, obtinenda erit venia à Judice. Qui ſi deneget, tunc erit Officium Superioris implorandum. Anno 1720. Menſe Julio per Sententiam injuncta fuit Uxori Appellantis præſtatio Solennium in Judicio Norico, præterhabito Mariti Juramento in Camera præſtito, quia Uxoris erat cauſa principaliter.*

Item *Requiſitionis* Actorum Supplicæ eſt addendum, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tot. tit. 35.* cum Nota Blumii; ſæpe periculo Appellationis omiſſa fuit Exhibitio Documenti iteratæ Requiſitionis Actorum, juxta *§. 63. Receſſ. Imper. 1654.* [cujus verum ſenſum explicat B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 252.*] Sæpe etiam pars in prima Inſtantia victrix ſibimetipſi deeſt, quod

non

non petat à Judice priore Termini ad redimendum Acta Præfixionem, quo neglecto per Appellantem, & non petito Documento ulteriore Requiſitionis, Abſolutio à Citatione poſſet peti certa cum ſpe, juxta *dict. §. 63. Receſſ. Imper.* difficilique reparatione per viam Reſtitutionis in integrum. [quid ſi diſputatio incidat, quænam Acta priora Appellanti ſint edenda, vid. B Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 297. §. 17.*] Quid verò, ſi Acta non ſint in Archivo Judicii, ſed penes partes litigantes? Conſuetudo hæc eſt Leodii & in Judicio Officialis Colonienſis, neſcio an etiam alibi. [conf. B. Auctor. *Symphorem. tom. 1. Conſultat. 43. pag. 1114 in fin. not.* * *& pag. 1153. lit. C.*] Nonniſi Protocollum ibi eſt in Judicio, quotiescunque eſt aliquid decernendum vel decidendum, Judex injungit parti utrique, ut Acta Judici exhibeant. Neque eſt periculum, ut aliquid contra fidem infarciatur ab una parte, cum duo utriusque partis exhibeantur exempla. Quæritur, quomodo *§. 63. Receſſ. Imper.* poſſit applicari illis in locis? Reſp. ſi pars appellans eſt in mora, quo minus Acta, quæ ipſe penes ſe habet, Judici à quo exhibeantur, & ubi opus, ex idiomate Gallico in Latinum transferantur, [de requiſitis hujus verſionis conf. omninò B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 3.* add. *ſuprà Auctar. XIV.*] & hæc mora ab adverſario fuerit allegata probataque, periculum haud dubie incurret Deſertionis vel Abſolutionis à Citatione. [hæc ulterius illuſtrat B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 76.*] Caſus recentiſſimus extitit 23. Februar. 1718. in cauſa *Du Mont contra Rabier*. In aliis Imperii Provinciis, ubi Requiſitione Actorum à Judice opus eſt, ad effectum Abſolutionis à Citatione non ſufficit Productio Teſtimonii Judicialis, quod Appellans Acta non ulterius petierit, qua in re plerumque errant Procuratores, ſed neceſſe eſt, ut moram eſſe commiſſam doceatur poſt Terminum à Judice præfixum. [conf. Roding *lib. 3. tit. 29. §. 108.*] Tandem inter Adjuncta Supplicæ eſſe debet *Libellus Gravaminum*, niſi malit Appellans ad Acta priora ſimpliciter ſe referre, *Receſſ. Imper. 1654. §. 65.* quo caſu an opus ſit Juramento Calumniæ, non fruſtra quæri poſſet? Sane Formula Juramenti ſolita ad eum

Num. 12. Et de Submiſſione ad Acta priora.

 caſum

caſum non eſt in omnibus directa, interim retinetur, quia plerumque Appellantes, Advocatorum conſilio, ulteriori deductione uti malunt. [conf. circa hanc materiam Monita B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 297. §. 13.*]

Num. 13. Adjuncta Supplicæ pro Citatione vel Mandato.

Adjuncta Supplicæ pro *Citatione* vel *Mandato* neceſſaria ſunt, quæ ad Probationem Narratorum pertinent, & omnia in forma probante ſunt exhibenda.

Num. 14. Quando Proceſſus periculo partis decernantur.

Judex olim *periculo Partis* decernebat Proceſſus, etiamſi dubia eſſet Jurisdictio Cameræ, Gail. *lib. 1. obſ. 31.* & *obſ. 119. num. 6.* Mynſing. *centur. 2. obſ. 9.* Hodie aliqualis & propemodum certa afferri debet probatio, *Receſſ. Imper. 1654. §. 79.* In Cauſis Appellationum fieri poteſt quandoque, ut *periculo Partis* decernantur Proceſſus, ſi ſcilicet Fatalium & Solennium obſervatio non niſi aſſertione Appellantis conſtet, vid. Koch. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 28. num. 73. ſeqq.* vel ſi Jurisdictionis reſpectu aliquod ſuperſit dubium. [conf. B. Auctor. *part. 3. Obſerv. Forenſ. 297. §. 18.*]

Num. 15. Sufficit Probatio veroſimilis Narratorum in Cauſis Citationis.

Narratorum verò Probatio *veroſimilis* tantum ſufficit in cauſis primæ Inſtantiæ, ſive, ut loquuntur, Simplicis Querelæ, & ponderantur in Conſilio Narrata, ne contra Conſtitutiones Imperii Proceſſus decernantur, *Receſſ. Imper. 1570. §. 77.*

Num. 16. Defectus Supplicæ quomodo emendentur.

Si Libellus defectum habeat, ſignificatur certis Formulis, quibus juxta petitum Proceſſus denegantur, *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 29. num. 10.*

Num. 17. Quando Literæ pro Informatione decernantur, & de Cauſis Pauperum.

Contra Dominum Territorii & Magiſtratus non [facile] decernuntur Proceſſus Mandati, niſi præviis Literis pro Informatione, *Receſſ. Imper. 1654. §. 105. Capitulat. Caroli VI. artic. 19.* Idem in Cauſis *Pauperum* fieri jubet, *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 10.* quarum Literarum Expenſas Impetrans ſolvit, ſed Magiſtratus ſuis Impenſis mittit. (*b*)

(*b*) *Paupertatem ſi quis alleget & doceat, non ſtatim admittitur ad Juramentum ſolitum, ſi Proceſſus petiti requirant Literas Informatorias, ſed hæ expectantur. Si tamen ea ſit inopia partis, ut ne quidem has Literas redimere queat, ex Cancellaria, prævio Decreto Senatus, dantur gratis. Præſtat enim expectare Literas, quam admittere flagitatores ad Paupertatis Juramentum, quo præſtito, vel mendicando, vel Burſam Pauperum ſemper premendo ſunt oneri. Et docet expe-*

experientia, ex magno numero Pauperum, qui in Camera litigant, vix partem vigeſimam Juſtitiam habere votis ſuis faventem.

Aliquando etiam in Cauſis Appellationum, ubi Gravamina dubia videntur, ejusmodi Literas decerni non eſt inconſultum, *dict. Receſſ. Viſitat. §. 10. in fin.* [rationem vid. apud B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 297. §. 10.* adde tamen Roding. *lib. 2. tit. 2. §. 13.*] Quod ſi tempore præfinito Literæ Informatoriæ non exhibeantur, poterit Judex decernere Proceſſus in contumaciam non informantis, vid. *Receſſ. Viſitat. dict. §. 10.* dummodo pars ipſa diligentiam ſuam in Requiſitione doceat. De iſtis Literis diſtinctè egit Deckherrus *in Notis ad Proceſſ. Informativ. informat.* adde Rhetii *volum. 2. Diſſertat. ſelect. 23.* von Schreiben um Bericht. Inprimis hic cavendum, ne in ejusmodi caſu Judex permittat partibus multiplicationem Scriptorum. Literæ Informatoriæ, & Contra-Informatoriæ Lege & Conſuetudine fundantur, ulteriora Scripta permittere abuſus foret non tolerandus. Nam ita Proceſſus Cameralis forma immutaretur, de meritis ſuſciperetur extrajudicialis deciſio, ubi tantum quæſtio eſſe debet de Proceſſibus decernendis. Sæpe dolent Procuratores per Literas pro Informatione impediri quos efflagitare ſolent Proceſſus; ſed conſiderandum foret, finem Litigii breviori via quæri, poſteaquam Cauſæ Merita & Gravaminum Juſtitia per Judicis à quo Literas & Actoris vel Appellantis Reſponſionem, qua interdum opus non eſt, fuerint examinata. Illud inprimis obſervandum, utile eſſe, ut Literæ Informatoriæ & Reſponſoriæ, Bericht und Gegen-Bericht / poſt decretos Proceſſus in Termino Reproductionis ſimul ad Acta producantur.

Quid circa hanc Informationem cavendum.

Inſeruntur Proceſſibus Nomina & Cognomina Partium, [& in Appellationibus quoque Advocati Cauſæ, rationem vid. *ſuprà Sect. I. §. 6. num. 28.*] de quibus Protonotarii certiores faciendi, ne, ut ſæpe accidit, nudum Cognomen cum aliis commune, [quando hoc ſufficiat, vid. Roding. *lib. 3. tit. 4. §. 7.*] præfixa ſolum Litera N. dubium movere queat, *Receſſ. Imper. 1654. §. 99. verſ.* Wie er *Procurator* dann ꝛc. Univerſitates generaliter

Num. 18. Forma Expeditionis Proceſſuum.

com-

compellantur, Mynſing. *centur. 1. obſ. 76. centur. 3. obſ. 18.* [*centur. 5. obſ. 50.*] conf. *centur. 2. obſ. 66.* Porrò Narratio Facti Proceſſibus inſeritur more antiquo, qui corrigitur per *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 48.* ſumma ratione, cum Narrata omnia Supplicantium interdum indecora repeterentur olim verbotenus nomine Imperatoris ſtylo relativo, vide die Anmerckungen zum *Concept pag. 16. ad part. 1. tit. 41. §. 19.* [add. *infrà §. 8. num. 6. 7.*]

Num. 19. Diſtinctio Proceſſuum Cameralium Appellationum, Citationum & Mandatorum.

In ſpecie decernuntur vel *Appellationis* Proceſſus, de quibus ſatis dictum pro inſtituto, vel *Citationis*, vel *Mandata.* Hic eſt circulus omnium Proceſſuum Cameralium, in quem ut unaquæque cauſa redigatur, non minimum ſtudii impendunt Advocati. Facilior eſt & latior Proceſſus *Reſcripti* in Judicio Cæſareo Aulico uſitatus, vid. Uffenbach. *cap. 15. ſect. 2. ſubſect. 2. pag. 193.*

Requiſita Citationis.

Requiſita Citationis Gail. *lib. 1. obſ. 48. & 53.* exponit, [de Inſinuatione Citationis extra locum habitationis ordinariæ agit B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 393.* & cautelam in Citationibus per Edictum ſuggerit *ead. part. 4. Obſervat. Forenſ. 392.*] adde Mynſing. *centur. 5. obſ. 50.* ubi quod falſa demonſtratio Citationem vitiet; de Vidimatione Libelli adjungendi Citationi vid. *Receſſ. Imper. 1654. §. 34.* Blumius *in Nota ad Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 12. §. 1.* abrogatam eſſe ait per Decretum extrajudiciale diſpoſitionem Receſſus Imperii circa Vidimationem Libelli, verum de ejusmodi Decreto nihil conſtat: Imo Copia & Libelli Adjunctorum in Cancellaria fieri moris eſt cum ſubſcriptione: [*Collationatum:*] Kayſerliche und Reichs Cammer⸗Gerichts Cantzley⸗Handſchrifft / [additis nominibus Protonotarii & Copiſtæ] vid. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 102.*

Num. 20. Quando Citatio ad Reaſſumendum decernatur.

In antiquis Proceſſibus quoties Procurator non adeſt, [vid. tamen B. Auctor. *Symphorem. tom. 1. Conſultat. 35. pag. 799. lit. C.* & *pag. 800. lit. A.*] vel mutatur Perſona Rei, decernitur Citatio *ad Reaſſumendum*, de qua legi meretur *Diſſertat. Mauritii.* [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 69.*] Eamque Procuratores in Audientia petere ſolent, cui petito Judex vel Præſes, vel Aſſeſſor Audientiæ aſſidens per voculam: Erkannt: annuit, *Conc. Ord.*

Cam.

Cam. part. 1. tit. 17. §. 2. Id quod tamen prævia aliquali cauſæ cognitione fieri conſultius ſæpe fuit judicatum, unde & *in Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 58.* differri præcipitur Decretum ad iteratam petitionem poſt Sex Juridicas faciendum. Proinde ſi Procurator extrajudicialiter petat Citationem ad reaſſumendum, remittitur ad Judicium; Nollem tamen excludere penitus modum decernendi hanc Citationem extrajudicialiter, cum cauſæ petendi facilius ex Supplica intelligantur, quam ex Receſſibus viva voce in Audientia prolatis, quos ſæpè ita deproperant nonnulli Procuratores vel demuſſitant ex Scripto, ut auribus & mente percipi non poſſint. Hinc non mirum, quod caſus, de quo loquitur *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. dict. §. 58.* exiſtere vix queat. Nullus enim Procuratorum ad reliquorum Receſſus applicat aures & animum niſi in cauſa, in qua aliàs officium ſuum gerit, & Receſſus Adverſarii eidem, eodem momento quo recitantur, communicari ſolent.

Supereſt monendum hoc loco, quod Appellante vel Hæredibus ad *reaſſumendum* citatis, neque comparentibus, poſt decretum Proclama & Sex Juridicas præterlapſas, Appellatus rectè petat Abſolutionem à Citatione, eaque decernatur per Sententiam, argum. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 51. princ.* juncto *tit. 53. princ.* & *Commun. Decret. 22. Novembr. 1661.* [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 76.* ubi de differentia inter Sententiam Abſolutoriam ab Inſtantia & Deſertoriam in Cauſis Appellationis agit.] Exempla recentia ſunt in cauſa Neetwort contra Stifft Metteln / & Otterſtett contra Fincken Erben / Appellationum.

De *Mandatorum* Cum vel Sine Clauſula differentiis *ſuprà Sect. I. §. 10. num. 4. ſeqq.* diximus.

Pœna Mandati ſimplicis ſemper eſt Decem Marcarum Auri, Num. 21. Pœna Mandatis inſerta.
quarum quælibet 96. Imperiales efficit. (c)

(c) *In Moneta currente ita intellectus fuit hucuſque valor Marcæ Auri. An rectè ſatis? Superiorum erit Judicium nam Marca Auri puri absque dubio multo plus valet. Verum eſt interim, quod Fiſcalis Cæſareus non aliter valorem in rationes retulerit*, DD. Viſitatoribus *ſcientibus neque contradicentibus.* [conf. B. Auctor. part. 2. Obſervat. Forenſ. 116.]

Num. 22. Reperita Mandata quando decernantur ulterius, adhuc ulterius & arctius.

Sequitur quandoque Mandatum *ulterius*, in quo Pœna dimidia augetur, item *adhuc ulterius*, in quo Pœna duplicatur. *Dehinc arctius* Mandatum olim decernebatur ſub Pœna Banni, ſed cum hodie Arctiora Mandata decerni moris non ſit, petita Procuratorum pro Arctiori Mandato fieri ſolita, unicè ad Formulas pertinent inutiles & nihil ſignificantes. Niſi *Arctiora* vocare velis *ſub graviori Pœna Pecuniaria*, quam decernere exigentibus circumſtantiis, Judex non prohibetur. In ſpecie Mandata *de Non-Offendendo* Subditis contra Dominum non niſi graviſſima ſævitiæ cauſa ſubſit, decernuntur. Exemplum Mulctæ 200. Marcarum Auri Fiſcali Cæſareo adjudicatæ contra Principem Imperii *in Sentent. Cameral. 10. Decembr. 1683.* legitur.

Num. 23. Circa Mandata de Non-Offendendo cautela.

Num. 24. Proceſſus ad Tertium decreti.

Proceſſus qui non ad Litigantes, ſed ad *Tertium* diriguntur, vel *inhibent*, vel *promovent* Progreſſum Cauſæ. *Inhibitio* contra inferiorem Judicem in Appellationis Proceſſibus decernitur regulariter, niſi appellatum fuerit à *Decreto extrajudiciali*, [conf. B. Auctor. *Symphorem. tom. 1. Conſultat. 36. pag. 842. lit. A.* Mev. *part. 1. deciſ. 5.*] vel aliæ ſubſint Cauſæ, cur Inhibitio omittatur, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 37. princ. & §§. ſeqq.* (*d*) Blum. *tit. 54. num. 24. ſeq.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud cap. 8 §. 12. pag. 679. ſeqq.* vid. Blum. *dict. loc. num. 22. ſeq.* Gylman. *Deciſ. voce: Inhibitio.* Brunneman. *Proceſſ. Civil. cap. 28. num. 17.* Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 4. cap. 10.*

Num. 25. Inhibitiones quando in Appellatione à Decreto extrajudiciali locum habeant.

(*d*) *Verba* Ordinationis dict. loc. princ. oder da Jure Communi die Appellatio verbotten/ *non turbare debent cupidam Legum Juventutem, quaſi reciperentur in Camera Appellationes contra Jus Commune. Subintelligi enim debent verba:* ad Effectum Suſpenſivum, *quem regulariter habet Appellatio omnis.* [Blum. tit. 54. num. 20.]

Cum tamen Judex inferior nonnunquam in fraudem Appellationis vel extrajudicialiter vel etiam aliis modis per Sententiam parti Gravamen inferat difficulter reparabile, quoties id factum eſſe apparet, Inhibitio decernitur.

Num. 26. Quando decernantur

Porrò ſi Judex vel intra Decendium à die latæ Sententiæ, vel poſt Inhibitionis Inſinuationem attentaverit, revocantur *Attentata* extrajudicialiter per Mandatum Sine Clauſula. [conf. B. Auctor.

Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 1.*] Si ante inſinuatam Inhibitionem Cameralem factum fuerit: Revocatio olim non niſi perSententiam judicialiter decernebatur, *Receſſ. Imper. 1654. §. 59.* Niſi contemptus Judicis Superioris, ad quem Appellatio interpoſita, ex Circumſtantiis eluceret. Hodie per *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 49.* Revocatio Attentatorum poſt interpoſitam, & Judici à quo inſinuatam Appellationem etiam cum Proceſſibus extrajudicialiter decernenda eſt, vid. *dict. §. 49. Receſſ. Viſitat. Noviſſ.* per quem declaratur *Receſſ. Imper. 1654. dict. §. 59.* Excipitur Caſus, ſi Juriſdictio Cameræ fuit vocata in dubium per Exceptiones non devolutæ Appellationis, Mynſing. *centur. 3. obſervat. 87.* Gail. *lib. 1. obſervat. 144. num. 4.* [conf. *Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 123.*] quo caſu earum examen præcedere debet. Ita & in Poſſeſſorio retinendæ, ſi Appellatus contendat ſe poſſidere, non revocantur Attentata extrajudicialiter, *Receſſ. Imper. 1594. §. 93.* Gail. *lib. 1. obſervat. 145. num. 2.* [Roding. *lib. 3. tit. 2. §. 35.* conf. B. Auctor. *Symphorem. tom. 1. Conſultat. 13. pag. 400. lit. B. Conſultat. 22. pag. 470. lit. A. Conſultat. 36. pag. 847. lit. A.* & *Conſultat. 41. pag. 1036. lit. B. C.*] Neque ſi Attentata ipſam rem controverſam ingrediantur ita, ut per Revocationem Attentati, Appellans victor ſit in cauſa principali, Gail. *lib. 1. obſ. 145.* Mev. *part. 4. deciſ. 35.* [exempla habet B. Auctor. *allegat. Conſultat. 36 pag. 847. lit. B. C.*] Neque ſi Appellatio ob Nullitates eſt interpoſita, Mynſing. *centur. 4. obſ. 64.* Gail. *dict. obſ. 144. num. 6.* Neque contra Tertium pro ſuo Intereſſe intervenientem & pendente Appellatione aliquid innovantem, Gail. *lib. 1. obſ. 72.* [& *dict. obſ. 144. num. 9.*] vid. tamen Mev. *part. 5. deciſ. 61. & 90.* Neque ſi Sententia jam dudum Executioni fuit data, qui Caſus tempore Juſtitii Cameralis ſæpe accidit. [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 1.*] Non eſt ſcopus noſter omnem Attentatorum materiam hic tradere, quam Lancellottus tractatione juſta de Attentatis abſolvit, multaque utilia ea de re in Mevii *Deciſionibus, Collegio* Lauterbachiano, & Lynckeri *tractatu de Gravamine Extrajudiciali* inveniuntur: Summa tantum Capita Materiarum *in hac Sectione II.*

Mandata Attentatorum Revocatoria extrajudicialiter.

Ubi de Attentatis notabilia quædam traduntur, & de Inhibitione Temporaria.

indicare fuit animus, additis nonnullis Obſervatis ex ipſis Rerum Argumentis. Attentatum committitur non ſolum intuitu Appellationis, ſed omne, quod inferior facit in præjudicium litis coram ſuperiore Judice introductæ, Attentati nomine venit, & per Mandata revocatur, vid. Mev. *part. 4. deciſ. 310.* & *part. 2. deciſ. 255.* Appellans ſi attentat, hoc eſt ſi facit aliquid in præjudicium Litis & Sententiæ, à qua appellavit, excidit beneficio Appellationis meritò, & Deſertoria ſequitur Sententia, Gail. *lib. 1. obſ. 146. num. 12.* [vel cauſa jam inſtructa Definitiva. B. Auctor. *Symphorem. tom. 1. Conſultat. 41. pag. 1021. lit. C.*] Malè verò Pars appellata eam petit, ſi Factum, quod pro Attentato allegatur, eſt diverſum ab eo, quod eſt in Sententia; licet eandem rem attingat, vide Mev. *part. 2. deciſ. 255.* & *part. 8. deciſ. 258.* [B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 1. num. 3.* & *part. 4. Obſervat. Forenſ. 319.*] Camera Imperialis, ſi Appellatio videtur ex Narratis Libelli forte non recipienda, Literas Informatorias à Judice à quo petere ſolet, cui Decreto pro qualitate circumſtantiarum additur, ne Judex ante Relationem factam, & donec de voluntate ſuperioris ſit certus, quidquam innovet, quam vocant *Inhibitionem Temporariam*, vid. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 11.* qui locus de Mandatis quidem agit, ſed multò magis ad Appellationis Cauſas poteſt applicari. Scilicet Judex inferior etiam à ſuperiore non monitus, modo de Appellatione interpoſita ſciat, ab omni Innovatione abſtinere debet. Quidni ergò abſtineat ſua ſponte, ſi Relatio ab eo petatur, vide Mev. *part. 6. deciſ. 418.* Exiſtunt tamen Caſus, ubi Appellatio magis videtur deneganda quàm recipienda, neque etiam Judici quocunque modo inhibendum. Leodienſibus ſolenne eſt confeſtim petere *Mandatum de Exequendo* Sententiam prioris Judicis *Sine Clauſula*, quamprimum de Appellatione Adverſarii interpoſita certior factus eſt alter. Supplicæ iſtiusmodi, quarum finis non eſt alius, quàm ut Judex ſuperior de cauſa informetur, ſeponuntur, donec Fatale introducendæ Appellationis præterierit. Tum verò re conſiderata, decernitur Mandatum de Exequendo, ſed *Cum Clauſula*. Qui ſupplicat *pro denegandis Proceſſibus Appellationis*, ſemper mulctatur

Num. 27. Quando decernatur Mandatum de Exequendo Sententiam priorem. Ubi de Modo Supplicandi.

ctatur *uno Floreno*, [Roding. *lib. 3. tit. 4. §. 63.*] quia refugium Appellantium eſt Camera Imperialis, neque decet partem, ut petat Appellantem repelli. Verum iſte error nonniſi novitiis Procuratoribus accidit.

§. III.

Promovetur Proceſſus excitando Judicem inferiorem, vel committendo negotium aliquod judiciale perſonæ tertiæ, vid. *§. ſeq. num. 24.* *Excitatur* Officium Judicis protrahentis, vel denegantis Juſtitiæ adminiſtrationem per Promotoriales. De quibus *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 28. §. 1. ſeq.* Blum. *tit. 37. num. 21.* Roding. *lib. 3. tit. 12.* Gail. *lib. 1. obſ. 28.* Mynſing. *centur. 3. obſ. 57.* & *centur. 5. obſ. 82.* Itaque ſi docuerit Supplicans veroſimiliter de Judiciis protractione, vel denegatione ejus, quod juſtum eſt, ſive ſit cœptum Judicium, ſive non, (vide omninò Mev. *part. 2. deciſ. 111.* [Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 3. part. 2. ſect. 1. membr. 1. §. 2.*] ubi quando appellandum ſit, diſtinctè exponit) præfigitur in Promotorialibus temporis ſpatium ad Officium faciendum, [conf. *Receſſ. Deputat. 1600. §. 27.* Roding. *lib. 3. tit. 12. §. 13.*] quod ſi labatur, neque fecerit Judex, quod oportebat, cauſa devolvitur ad Cameram per Legem Imperii, *Rec. Imp. 1600. §. 27.* vide Roding. *lib. 1. tit. 15. §. 13. 25. ſeqq.* conf. Deckher. *Proceſſ. Informativ. informat. cap. 1. pag. 34. ſeq.* Quomodo probetur Denegatio, vel Protractio, vide Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 3. part. 2. ſect. 1. membr. 1. §. 1. ſeq. pag. 86. ſeq.* junct. *cap. 5. ſect. 1. §. 4. pag. 367.* Koch. *Commentar. ad Ord. Cam. part. 2. tit. 26. num. 4.* ubi de *Juramento Perhorreſcentiæ*, & *ibi Notam* Deckherri. Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 3. cap. 13.* Locum habent *Promotoriales* in Cauſis tantum contentioſæ Jurisdictionis. [vid. Deckher. ad Koch. *citat. loc. num. 29.*] etiam Feudalibus, [Roding *lib. 3. tit. 12. §. 7.*] Klock. *Conſil. 28.* nec non in Commiſſionibus pro maturanda Commiſſione, ex. gr. contra Auſtrægas, Rulant. *part. 1. lib. 2. cap. 27.* Quæritur, an Promotoriales etiam decernantur contra Principem Imperii Privilegio de non appellando gaudentem? Quidni? Caſus enim denegatæ, vel pro-

Num. 1. Promovetur Proceſſus per Promotoriales.

Num. 2. Quando & quomodo decernantur.

Num. 3. Quando ad Cameram cauſa devolvatur.

Num. 4. Quid probandum ſit, & quomodo.

Num. 5. In quibus Cauſis locum habeant Promotoriales.

Num. 6. An contra Principem, qui habet Pri-

vilegium de non appellando.

tractæ Juſtitiæ in omni Privilegio eſt exceptus, *Aur. Bull. cap. 11. §. 3.* Knichen. *de Saxon. non provoc. Jure, verbo : Jus : cap. 12. num. 55. ſeqq.* Caſum ejusmodi in *Saxonica* Familia non extitiſſe, ut cum effectu fuerit inſtituta querela, tradit Lynckerus *Deciſ. 893.*

Num. 7. Infrequentia Promotorialium contra Status, qui habent Privilegia de non appellando.

Exiſtimo etiam inſtitutæ querelæ caſus eſſe, hodie præſertim, rariſſimos ideò, quod vel Partes, vel Advocati, ſi in Territorio, quod plerumque accidit, habitent, ab offenſa metuant. Vindictam autem exercendi, multæ ſunt Principi vel Magiſtratui occaſiones, adde *ſuprà Sect. I. §. 11. num. 5.*

Num. 8. Frequentiora Mandata de adminiſtranda Juſtitia.

Frequentiora ſunt hodie *Mandata de adminiſtranda Juſtitia*, vid. Blum. *tit. 37. num. 34.* Cujus exemplum contra die Churfürſtliche Regierung zu Dreßden de Anno 1672. recenſetur *in Supplicationibus* à Procuratore Cameræ Doct. Hofmanno editis *tit. 13. Num. 5. 6.* Vetuſtiora exempla vide apud Gylmannum & ex eo Wehnerum *in tomo 6. Symphorem. cap. 1.*

Num. 9. Ratio, quare Mandata de adminiſtranda Juſtitia ſint frequentiora.

Mandata iſta, de adminiſtranda Juſtitia ideo frequentiora ſunt, quia etiam in Cauſis, in quibus Cameræ Jurisdictio vel ob Qualitatem, vel ob Quantitatem non eſt fundata, neque Promotoriales decerni poſſent, locum inveniunt. [vid. Roding. *lib. 3. tit. 12. §. 12.*] Thyllii *Annotat.* ad Gail. *lib. 1. obſ. 28. num. 7.* adde Lynckerum *de Gravam. Extrajud. cap. 3. pag. 88.*

Num. 10. De Compulſorialibus remiſſivè.

Compulſoriales Literæ etiam contra Judicem diriguntur, de quibus nos diximus *ſuprà Sect. I. §. 13. num. 16.* addendum hic, non ſolum pro edendis Actis prioris Inſtantiæ, ſed etiam aliis in cauſis decerni, vide Gail. *lib. 1. obſ. 134. num. 11.* [Roding. *lib. 3. tit. 13. §. 1.* ubi variæ cauſæ recenſentur.]

Num. 11. Commiſſiones.

De Commiſſionibus agitur *in Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 20. & 22.* Blum. *tit. 73. num. 9. ſeqq.* Roding. *lib. 3. tit. 14.* [B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 233.* ubi varia notabilia, huc pertinentia, proponuntur.]

Num. 12. An reſtricta ſit poteſtas Cameræ in decernendis Commiſſionibus ad amicabilem Compoſitionem.

Reſtrictam eſſe poteſtatem Cameræ aliqui volunt, ne alias decernere poſſit Commiſſiones, quam ad Actus quosdam in Cauſis judicialiter introductis, non item ad amicabilem Tranſactionem, vel ad Cauſam inſtruendam, multominùs ad decidendam. Laxiorem eſſe hac in parte Praxin Judicii Imperii Aulici, ex Uffenbachio & ipſis Rerum Argumentis doce-

docemur. Falſum tamen eſt, Cameram amicabilis Compoſitionis viam inſtituere, vel ut id fiat, jubere non poſſe. Imo ſæpiſſime ſi Cauſæ perplexitas aut ambiguitas id ſuadet, in Sententiis & Decretis extrajudicialibus Judices, ut Tranſactionem omni ſtudio tentent, admonentur. Commiſſarii etiam, ut eam promoveant, inſtruuntur. Nullo Jure vel Lege publicâ Camerali Judicio hoc eſt interdictum.

Commiſſio eſt vel ordinaria vel extraordinaria *ad perpetuam Rei Memoriam.* De utraque Blumius & Rodingius *dictis locis.* [conf. omninò B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 369.* ubi in ſingularem caſum inquirit.] Decernitur Commiſſio extraordinaria etiam lite mota, vide *Receſſ. Deputat. 1600. §. 125. & 132.* & vim retinet [extrajudicialiter] decreta Commiſſio, perinde ut alia decreta Cameræ tempore annuo, ſi interim Expeditio in Cancellaria non fuerit petita, [*Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 12. §. 8.*] Schwanman. *Proceſſ. lib. 1. cap. 46. num. 18.* vide Roding. *lib. 3. tit. 20. §. 85.* [qui *num. 86.* docet omnes Proceſſus judicialiter decretos eſſe perpetuos, niſi brevior Terminus fuerit præfixus.] Forma Commiſſionum eſt vel communis, Gail. *lib. 1. obſ. 94.* vel optima. [conf. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 20. §. 16.*] Utraque differt quoad Actus plures vel pauciores: videantur Auctores Camerales, in ſpecie Textor. *ad Receſſ. Imper. Noviſſ. diſputat. 14. theſ. 55. ſeqq.* (cujus JCti Opera merito commendanda) de modo Teſtes contumaces compellendi, adde Koch. *ad Ord. Cam. part. 3. tit. 16. num. 13.* Ad Bannum procedebatur tunc temporis cum Banni pœna eſſet frequentior, Comminatione magis, quam Condemnatione & Executione. Hodie ad Pœnam Pecuniariam, Koch. *dict. loc.* & Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 2. cap. 12.* [quæ pro dimidia parte Impetranti, pro altera Fiſco, non Commiſſario, applicatur, Rulant. *de Commiſſar. part. 1. lib. 3. cap. 11.*] De *evocando Teſte*, qui eſt Subditus Imperii mediatus, notabilis eſt *Obſervatio Ante Marilliana 32. & 60.* & *ibi Notæ* Deckherri, quem etiam vide ad Kochianos *Commentar. part. 2. tit. 16. num. 16.* Ex quibus diſce, Evocationi locum non eſſe, quamdiu Magiſtratus imme-

Num. 13. Diſtinctio Commiſſionum.

Num. 14. Quamdiu duret decreta non expedita Commiſſio.

Num. 15. Forma Commiſſionum.

Num. 16. Modus compellendi Teſtes contumaces.

Num. 17. Evocari non poſſunt Teſtes mediati.

immediatus paratus eſt Teſtem examinare, & Rotulum Cameræ tranſmittere. De Domo Saxonica ſpeciatim videatur ibid. Deckherrus *ad dict. obſervat. 60.*

Num. 18. Petitur Commiſſio regulariter, interdum ex officio decernitur.

Petitur Commiſſio regulariter à Partibus. Quando decernatur ex officio, vide Roding. *lib. 3. tit. 14. §. 27.* Formam finesque Commiſſionum clarè præſcribere jubet *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 86.* Formulas Sententiarum Cameralium invenies apud Blumium & Deckherrum, & *Collectione nova Sententiarum.* De Commiſſariorum Perſonis & Qualitatibus Cautelisque Partium vide Roding. *§. 36. & 38. Receſſ. Deputat. 1600. §. 131.* [vid. inprimis Roding. *§. 52.* & Stryk. *Introduct. ad Prax. Forenſ. in Colleg. Pract. ad cap. 18. pag. m. 152. ſeqq.* de Repetitione ſive Reſtitutione Rotuli ad perpetuam Rei Memoriam in Lectoria depoſiti, vide Denaiſ. *Jus Camer. Noviſſ. tit. 44. §. 4.*] Formula Rotuli præſcribitur *Receſſ. Imper. 1654. §. 52. Receſſ. Deputat. 1600. §. 28.* Reliqua, quæ ad Officium Commiſſarii ſpectant, exponit Roding. *§. 49. ſeq.* De Salario *ibid. §. 60.* De Literis Subſidialibus ad Judices inferiores, idem *tit. 16.* ubi etiam *Titulis ſeqq.* de Sequeſtrationibus *tit. 17.* & Arreſtis *tit. 18.* agit, quæ Magiſtratui committuntur. Præcipuè hic conſulendus Rulantus *in tractatu abſolutiſſimo utiliſſimoque de Commiſſariis.* Lyncker. *in tractatu de Gravam. Extrajud.* & *Diſſertat. de Commiſſar. Imper. ad Cauſas Juſtitiæ.*

Num. 19. Formulæ Commiſſionum. Cætera de Commiſſionibus remiſſivè.

§. IV.

Num. 1. Connexio. Progreſſus Cauſarum. Termini Judiciales.

Diximus hucuſque de Proceſſibus decernendis, agendum porrò eſt de eorum Progreſſu & Eventu: Progreſſus ſpectatur in agendis Judicialibus. Fiunt ea in certis *Terminis*; Fontes doctrinæ de Terminis ſunt *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 10. 11. 12.* Blum. *tit. 76.* Roding. *lib. 3. tit. 22. uſque 25.* Nos *ſuprà §. I. hujus Sect. num. 17. ſeqq.* aliqua præoccupavimus. Cætera petantur ex Lege publica & Commentariis vulgatis, ſunt enim omnia planiſſima. Qui Praxi Camerali adſuetus non eſt, legens, quæ *dictis locis* de Terminis, (qui noviſſimis Legibus ad pauciorem numerum ſunt reducti, vide Blum. *num. 34.*) traduntur, putaturus eſt

Num. 2. Cauſæ, cur Termini exactè non obſerventur.

forte,

forte, omnia ita exactè obſervari. Poterat ſcilicet & debebat, ſed infinitæ ſunt Cauſæ Dilationum, Protractionum, contra quas Remedium ſufficiens, cumprimis in Principum & Statuum Imperii Cauſis, vix datur, vid. die Anmerckungen zum *Concept pag. 15. §. 4.* [conf. *Commun. Decret. 4. April. 1721. num. 12.* B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 297. §. 19.*]

Num. 3. Dilationum Petitio. Tarditas Relationum & Sententiarum à paucitate Aſſeſſorum.

Nimirum ægre ferunt, etiam privati quicunque Litigantes, ſi denegentur Dilationes; cum etiam concluſâ causâ, Sententia diu ſatis ſit expectanda, cumprimis ſi non urgeatur. Urgere autem Cauſas ſupervacuum eſt, ſi juxta ordinem Concluſionis ſunt diſtribuendæ, referendæ & dijudicandæ, vide *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 60. Memorial. Procurator. §. 17. num. 20.* juncto *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 12. §. 3. 4.* Numero majori & ſufficiente Aſſeſſorum aliquando conſtituto, in uſum deduci poterit felicius iſta Lex, & deſideriis & expectationibus Partium fieri ſatis. Sed adhuc verſamur in votis.

Num. 4. Diſtinctio Dilationum.

Sunt autem *Dilationes aliæ* ad probandum, de quibus Blum. *tit. 73. num. 56. ſeqq.* Roding. *lib. 3. tit. 26.* [& infrà B. Auctor. *Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 1.*] aliæ ad agendum ea, quæ in Judicio agi oportet, v. gr. Exceptiones, Replicas, Duplicas exhibere, Mandatum producere &c. Harum Dilationum materia cum præcedente de Terminis vel collectis, vel præfixis eſt connexa.

Num. 5. Ordo agendorum in Terminis.

Ordinem agendorum in Cauſis Simplicis Querelæ vide apud Blum. *dict. tit. 76. num. 42. ſeqq.* in Cauſis Appellationum *num. 63. ſeqq.* vide *Receſſ. Imper. 1654. §. 58. ſeqq.* In Cauſis Mandatorum Cum Clauſula *tit. 34. num. 55. ſeqq.* Sine Clauſula, *ibid. num. 170.* adde *Receſſ. Imper. 1654. §. 76. ſeqq. & §. 81.*

Num. 6. Simplex Paritoria, quando decernatur, quis effectus?

Mirantur, qui Cameralis Judicii Praxin, &, quod pudendum, Leges Imperii neſciunt, petitam in ipſo Termino Comparitionis Prorogationem Termini ad excipiendum, per Sententiam rejici, & Paritionem Reo injungi: Verum ab eo errore facile liberari poſſunt, ſi legerent, quæ tradit Roding. *lib. 3. tit. 41. §. 18. ſeqq.* ubi [*num. 23.*] diſcrimen *Paritoriæ ſimplicis* & *plenæ* exponit. [conf. B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 162.* ubi docet, quando Paritoria ſimplex effectum habeat plenæ, adde *part. 4. Obſervat. Forenſ. 305.*] Si quæras,

quis ſit Paritoriæ ſimplicis effectus? Reſp. eſſe eum, ut Exceptionum Productio promoveatur, ſi Reus in Contumaciam non agentis condemnari nolit. [conf. B. Auctor. *part. 4. Obſ. For. 379.*]

Num. 7. An Exceptio Non-Devolutionis & Deſertionis per Receſſum oralem proponi poſſint. Ubi de utriusque diſcrimine & prolixitate Receſſuum.

Quæſitum aliquando fuit: An liceat Exceptiones *Non-Devolutionis*, & *Deſertionis*: (male confunduntur ab Advocatis imperitis. *Non Devolutio* dicit Jurisdictionem Cameræ non fundatam, & eſt quæſtio Jurisdictionis primaria: [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 74.*] Deſertio verò Formalia Appellationis impugnat.) An liceat inquam hujusmodi Exceptiones per Receſſum Oralem proponere, tanquam ad Merita Cauſæ principalis non pertinentes, vide *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 38. §. 1. 2. 4.* [adde *Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 37. & 40.*] Unde affirmativa reſponſio deſumi poteſt. Et non metuet Procurator mulctam, niſi Receſſus iſte ob prolixitatem incurrat reprehenſionem. Olim cum dictarentur in calamum Receſſus, utendum erat verbis breviſſimis, & ad duas, ad ſummum tres Lineas conſtringendus Receſſus, *Commun. Decret. 9. Januar. 1660.* Hodie laxior aliquantò modus admittitur, ita tamen, ne prolixitas tempus Audientiæ retardet, reliquosque Procuratores præcludat, vide *ſuprà Sect. II. §. 1. num. 12.* [& *Commun. Decret. 4. April. 1721. num. 3.*] Evitandum etiam eſſet, ne Procuratores, quod finitis Feriis facere ſolent, omnia, quæcunque proponenda habent, una vice prælegerent, ſed aliqua in ſequentem reſervarent Audientiam, [vide *allegat. Commun. Decret. 4. April. 1721. num. 13.*] ordinis enim Privilegium non impedire deberet reliquos Procuratores à propoſitione magis neceſſariorum. Cum itaque, ut ad quæſtionem revertar, Exceptiones prædictæ plerumque brevitate debita proponi nequeant, ideo rectius ſcripto comprehenduntur, per Receſſum oralem producendo.

Num. 8. An adjungi debeant Exceptiones in cauſa principali eventualiter.

Alia quæſtio: An Exceptionibus Non-Devolutionis & Deſertionis ſine diſcrimine adjungendæ ſint Exceptiones eventualiter ad cauſam principalem pertinentes?

Sedes materiæ eſt *in Receſſ. Imper. 1594. §. 63. Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 38. §. 4.* juncto *§. 10. ſeq. Receſſ. Imper. 1654.*

§. 37.

§. 37. in fin. §. 40. & §. 70. Blumius *in Nota ad dict. loc. Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 38. §. 4.* diſtinguit inter Cauſas Simplicis Querelæ ſive primæ Inſtantiæ à Cauſis Appellationis, juxta textum *dict. Receſſ. Imper. 1594. §. 64.* adde ejusdem *Notam ad tit. 12. §. 1.* Diſpoſitio *Receſſ. Deputat. 1600. §. 117.* quæ repetitur *dict. tit. 38. §. 10.* ſatis eſt clara, & Praxi quotidiana eſt confirmata. Videat igitur Advocatus Cauſæ, quanti ponderis ſint Exceptiones Non-Devolutionis & Deſertionis, ne, ſi leviores eſſe atque ad molem ſcripti augendam deprehendantur, præjudicium in Legibus expreſſum purificetur. [conf. *Receſſ. Deputat. 1600. §. 118.* & Denaiſ. *Jus Camer. tit. 128. §. 2.*]

Cæterum Exceptiones Dilatorias omnes ſimul proponere, poſt expreſſam Legem *Receſſ. Imper. 1654. §. 38.* nemo niſi ſuo periculo eſt neglecturus. [conf. Strykii *Diſputat. de Remediis Cauſæ vulneratæ propter amiſſas in Proceſſu Exceptiones,* quæ eſt *in tom. 2.* Zangeri à Senckenbergio edito *num. 8.*] De Formula Litis conteſtationis vide *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 15. §. 4.* poſt ſublatas per *Receſſ. Imper. Noviſſ.* ambages *§. 37.* laborandum non eſt, quocunque modo fiat reſponſio, modo ſit clara, & directa ad Libellum, pro Litis conteſtatione ſufficiet. [vide *ſuprà Sect. I. §. 8. pag. 67.* & *infrà Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. 7. & 13.*]

De Contumacia textus eſt Legis Cameralis *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 50. uſque tit. 55.* [B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 80.* inprimis *Obſervat. 90.*] Blum. *tit. 66.* Roding *lib. 3. tit. 51. uſque 58.* ubi etiam *tit. 53.* de Proclamate agitur, in paucis Imperii Judiciis extra Cameram uſitato, per *Ordinationem antiquam Friburgenſem Anno 1500. tit. 16.* & *Carolinam part. 3. tit. 42. ſeq.* Tandem per *Receſſ. Deputat. 1600. & ſeqq.* Legibus approbato. [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 69.* ubi originem definitionem & effectum Proclamatis accuratius explicat.] Nulla ferri poteſt in Camera Sententia contra Contumacem *in Comparendo*, niſi prævio Proclamate, per Sententiam, ſi Inſinuatio Proceſſus rite facta eſt, decernendo.

Num. 9. De Contumacia.

Num. 10. Proclama in Camera uſu introductum, poſtea Lege approbatum.

Num. 11. Ante Proclama decretum, nulla Sententia in Contumaciam non comparentis nunc datur.

Num. 12. Inſinuatio Proceſſuum quomodo fiat.

Inſinuatio fit per Nuncios Cameræ regulariter, *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 49. ſeqq. de Nunciis.* Roding. *lib. 4. tit. 13.* extra ordinem, & cum venia Judicis, per Notarios non *ſimplices*, uti vocantur, ſed in Matriculam Cameræ, prævio Examine Studiorum & Praxeos relatos, vide Blum. *tit. 65. num. 34.* [Denaiſ. *Jus Cam. Edit. noviſſ. in fin.*] adde Roding. *lib. 3. tit. 29. §. 7. 8.* & *lib. 4. tit. 18. pag. m. 389.* [Notarii verò ſuper facta Executione Inſtrumentum conſcribere debent, rationem vide apud Mynſing. *centur. 1. obſ. 79.*]

Num. 13. Effectus denegati Proclamatis gravis.

Denegati Proclamatis effectus eſt Actori ſatis gravis, deſertæ Appellationis, vel Termini circumducti, vide *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 12. §. 21.* juncto *tit. 34. §. 4.* Blum. *tit. 66. num. 30. ſeqq.* Roding. *lib. 3. tit. 20. §. 87. tit. 52. §. 3. tit. 54. §. 3. ſeq.*

Num. 14. Dilatæ Sententiæ Proclamatis quæ incommoda per Publicationes frequentes Sententiarum evitanda. Protelationum occaſiones reſciſſæ.

Cum Publicationes Sententiarum trimeſtri tempore fierent vel ſerius, ad multas Protelationes occaſio ſemper erat capillata, Procurator Rei in Termino ſæpe non comparebat expectans Proclama, levi præjudicio unius Floreni [Ruff⸗Gulden] Pedello ſolvendi, vide Blum. *tit. 66. num. 39.* [B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 125.*] ſi poſt factum Proclama intra Sex Juridicas compareret, temporis interim lucro fruebatur principalis. Severitas enim illa *Decreti Communis 13. Decembr. Anno 1659. §. 3.* & *22. Novembr. 1661.* de qua Blum. *num. 41.* adde ejusdem Notam *ad Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 12. num. 20.* raro fuit exercita. Deinde exhibitis Literis, leviſſimam quandoque cauſam continentibus, ad excipiendum petebat Terminum, quem denegatum non iri ſperabat, iterum per Sententiam alio trimeſtri ſpatio publicandam. Si fortè contingeret, Acta in manus Aſſeſſorum delata non fuiſſe Termino Publicationis inſtante, majus adhuc erat in tempore lucrum Rei, Actoris damnum. Hodie cum quavis fere Septimana Sententiæ publicentur, *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 85.* petitæque Prorogationes examinentur *ibid. §. 51.* frivolis iſtiusmodi Procraſtinationibus in poſterum non erit locus.

Num. 15. De Termini Circumductione.

Contumaciæ remiſſio mutua, phraſi forenſi dicitur *Termini Circumductio*: de qua *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 12. §. 21. ſeqq.* & *tit. 34. §. 4.* Blum. *tit. 66. §. 10.* Roding. *lib. 3. tit. 52. §. 3.*

Unde

Unde cognoſcitur, pertinere hanc condonationem mutuam ad cauſas tantum primæ Inſtantiæ Camerales, non verò ſecundæ, niſi in caſu Citationis ad Reaſſumendum. Appellans enim in Termino Reproductionem Proceſſuum non niſi cum periculo Litis totius negligit, nam Deſertoria Sententia ſequitur certò. In aliis Imperii Judiciis, ubi Fatale Reproductionis, quæ etiam vocatur *Juſtificatio Appellationis*, non adeo rigide obſervatur, doctrina de Circumductione Termini etiam in Cauſis Appellationum applicari poterit. Differentiam Saxonici Juris à Camerali circa accuſationem Contumaciæ, quæ in Camera nonniſi præterlapſis Sex Juridicis diebus, hoc eſt Sex Audientiis, vide *Conc.Ord.Cam.part.3. tit.12.§.21.* Blum. *tit.66. num.13.* accuſari poteſt, obſervavit Wildvogelius Anteceſſor Jenenſis Celeberrimus *Diſputat. de Termino Circumducto, cap.2.§.12.* Circumductionis etiam eſt effectus, ut ceſſet Præventio, quia Citatio habetur pro non facta, Carpzov. *part.2. Reſponſ.47.* Wildvogel. *dict. loc. §. 14.*

Contumacia Partis citatæ evitatur, ſi in Judicio comparet, & agenda rite peragit. Exceptionum diverſitates hic exponere non eſt animus, ſatis enim in Syſtematibus Juris traduntur. De *Litis Conteſtatione* agit Hiltrop. *Proceſſ Judiciar.part.3.tit.1.* Blum. *tit. 71.* Roding. *lib.3. tit.30.* Modus Litis conteſtationis in Camera ſufficiens, hoc eſt nulli Formulæ aut Solennitati adſtrictus, & quod in priore Inſtantia omiſſa Litis conteſtatio Proceſſum non vitiet, *Conc. Ord. Cam. part.3. tit.15. §.4.* & *tit.40. §.1.* Blum. *dict. tit.71. num.9.10. & 14.* confirmant ea, quæ de vanitate Solennitatum Proceſſus *Ordinarii* in oppoſitione ad *Summarium*, *Sect.I.§.8.num.20.* diſſerui: Tametſi enim in Camera Formula ſæpe in Libellis legatur: *Animo Litem affirmative conteſtandi*, non eſt tamen dubium, ſine ullo periculo poſſe omitti, cum ſit penitus inutilis. Reus, non Actor affirmativè Litem conteſtatur, vel negative, hoc eſt Narrata Actoris vel confitetur & de Jure excipit, vel negat. Quamdiu enim non contradicitur Libello, nulla adeſt Conteſtatio Litis; Aliter Ummius *diſſertat.12.theſ.2.* vide *Diſputat.Jenenſ.* ſub Præſidio Friſiano habitam *de Litis Conteſtatione*

Num. 16. De Litis conteſtatione.

Affirmativa: Idem laudatiſſimus JCtus Anteceſſor, olim Collega meus honoratiſſimus, naturam Litis conteſtationis expoſuit ſolidè, *Diſſertatione peculiari*, quam *de Novatione neceſſaria* inſcripſit.

Num. 17. De Reconventione.

Frequentiſſima eſt in Judicio *Reconventio.* Conventionis enim & Reconventionis diſcuſſionem ſimultaneam admittit non ſolum Jus Juſtinianeum *l. 14. Cod. de Sentent. & Interlocut.* cum *Authent. Et conſequenter.* ex *Novell. 96. cap. 2.* Pontificium *tit. Decretal. de mutuis Petition.* ſed & Germanorum Mores antiquiores, de quibus Schilterus *Diſſertat. de Jure Reconvent. Perſon. Illuſtr.* Et cumprimis Dicaſteriis Cameralis, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 33.* Confuſam tamen eſſe doctrinam à Practicis, ex collatione opinionum patet, vide Umm. *Diſputat. 10. theſ. 6.* Brunneman. *Proceſſ. Civil. cap. 10.* Schilter. *dict. Diſſertat. §. 52. ſeqq.* Cui diſſenſioni obſcuritas textuum Juris Civilis dedit occaſionem. Alii Conventionem & Reconventionem ex eodem ſolum negotio admittunt, rectiſſime ad mentem Imperatoris *in l. 14. Cod. de Sentent. & Interlocut.* [conf. B. Auctor. *Symphorem. tom. 2. Conſultat. 28. pag. 1286. ſeqq.*] cui non contraria eſt *Novell. 96. cap. 2.* & ex ea deſumta *Authentica.* Neque etiam Canones Pontificii adverſantur, ſed Practicorum quorundam Schola. Reconventio, Widerrecht / Gegen-Klage / nihil aliud ſignificat quam Actionem aliquam contrariam ex eodem negotio profluentem, ut proinde *Reconventio* & *mutua Petitio* non ſint ſynonyma, ſed illa hujus ſpecies, latior eſt mutua petitio, quæ etiam ad diverſa negotia extenditur, Schilter. *citat. Diſſertat. §. 53. ſeq.* Hanc differentiam obſervat Judicii Cameralis Praxis, non admittens ſub prætextu Reconventionis petitionem mutuam ex alio negotio derivatam; [id quod latius deducit & præjudicio confirmat B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 145.*] vide *Sentent. Cam. de 7. Jul. 1687.* apud Roding. *lib. 3. tit. 50. §. 4. in fin.* qui etiam de Reconventione agit *lib. 1. poſt tit. 17. Capite ſingular. de Continentia Cauſæ §. 27. ſeqq.* tractatione fœcundiore quam Blumius *tit. 40. num. 22. ſeq.* Hiltrop. *Proceſſ. Judiciar. part. 2. tit. 10.* claritate eſt commendabilis. Itaque ſi Reus conventus ex alio negotio mutuam inſtituat petitio-

tionem in eodem Proceſſu, & Actor reſpondeat, prorogabitur quidem Jurisdictio, ſed tamen Conventionis cauſa male cum iſta petitione commiſcetur, neque Actor ut id admittat, adſtringi poteſt. Cæterum à rejecta Reconventione recte appellari, etiamſi Petitio in Reconventione Summam appellabilem non attingat, docet Mev. *part. 3. deciſ. 131.* Rationem reddit Lynckerus, quod non tam quantitas, quam privationis iniquitas ſit conſideranda, de *Gravam. Extrajud. cap. 6. §. 32. num. 4.* [& ipſe Mevius *in not. 1. dict. Deciſ. 131.*] Si in Conventione eſt Appellatio interpoſita, Reconventionem unà devolvi, idem tradit *cap. 5. ſect. 1. §. 22. num. 12.* Aliud dicendum de Petitione mutua, ex negotio diverſo, Mev. *part. 7. deciſ. 89.* In quibus cauſis locum habeat Reconventio, prædicti Auctores Syſtematici latius explicavere: Mandatorum Sine Clauſula Proceſſus ſua natura Reconventionem non admittit, quia ad facta in Jure prohibita compeſcenda eſt directus. Ita nec in Executivo Proceſſu per viam Mandati Sine Clauſula inſtituto Reconventio admittitur, ſed ad ſeparatum Judicium fiet remiſſio.

Ad cujusque Proceſſus progreſſum pertinet etiam Cauſæ Concluſio. Fons Legislationis habetur *in Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 26.* Blum. *tit. 74.* Roding. *lib. 3. tit. 36. Receſſ. Imper. 1654. §. 55. & 57.* Neceſſaria itaque eſt Jure Camerali Cauſarum Concluſio, adeo ut ante eam factam Sententia non feratur: Roding. *dict. tit. 36. §. 31.* non intelligo Formulam aliquam Solennem, qualem Proceſſus Ordinarii pictores forte requirent, ſed qualemcunque, ſive ea fiat per Contradictionem Generalem ad Producta adverſaria, ſive per Petitionem Sententiæ, ſive alio modo. Formularum Solennitatem non niſi imperitus deſiderabit; neque enim verſamur in Foro Formulario. Legibus utimur omninò & Judiciario Stylo, ſed quantum differat Stylus à Formulis, non opus erit hic explicare, dictum eſt ea de re alibi. Neque tamen arbitrio Partis, an concludere velit, relinqui debet, quæ forte Concluſionem ſemper eſſet defugitura, ſed Lege fieri jubetur, ita ut etiam non facta pro facta haberi poſſit. [*Receſſ. Viſitat. 1556. §. 22.* Denaiſ. *Jus Cam. tit. 306. §. 2.*] Habetur itaque Cauſa pro concluſa, quo-

Num. 18. Concluſio Cauſæ.

Neceſſaria eſt.

Num. 19. Quando ex officio pro concluſa habeatur cauſa. Quando injungatur Concluſio.

Num. 20. Numeri certi Scriptorum utilitas.

quotiescunque pars moram committit in concludendo, Judex verò eam ſufficienter deprehendit inſtructam ad deciſionem. Si non ſit inſtructa, injungitur Concluſio ſub præjudicio Sententiæ in Contumaciam non agentis ferendæ, vide Roding *dict. loc. §. 27. & 32. Conc. Ord. Cam. dict. tit. 26. §. 3.* Salutari itaque conſilio *Numerus certus Scriptorum*, pro cujusque cauſæ & negotii qualitate, eſt præſcriptus, quem excedere ſine venia impetrata non licet, vide Blum. *tit. 63. num. 16. 17. 18. 19.* In aliis utrique Parti unum tantum permittitur Scriptum. In aliis Actori duo, comprehenſo ſcilicet Libello, Reo tantum unum; In cæteris omnibus duo utrique. Ad triplicandum nunquam, niſi ex juſtis cauſis, conceditur venia. Semper queruntur Litigantes, qui numerum excedere amant, & Advocati, augendi Salarii gratiâ, nova eſſe duplicæ immixta, quod ſi non ſemper, plerumque tamen deprehenditur falſum. Nova non ſunt, quæ ad Jura ſpectant; facta tantum noviter allegari dicuntur. In antiquis Cauſis, quarum permultas in Archivo Cameræ eſſe indeciſas didicimus, ſi reaſſumantur, facilius eſt, ut admittatur ſcriptum Numerum Ordinationis excedens. Dici non poteſt, quanta injiciatur deciſioni cauſarum mora per Productorum ſæpe inutilium farraginem. Advocatus prudens & peritus brevibus multa ſcit complecti. Imperitus & imprudens forenſis rabula, miſcet quadrata rotundis, garrit, ineptit, ſæpius dicta tædiosè repetit, brocardicis tritis Scripta complet, Auctores, quos nunquam legit vel vidit, allegat, aliorum tantum fide nititur, & hos, perperam ſæpe, exſcribit: non ſtudio, ſed paginarum numero labores æſtimat, vid. Andr. Bouwen *in eleganti tractat. de Juris Juſtitiæque Uſu & Abuſu lib. 2. cap. 5. 6. 7.* quæ Capita utinam ſæpius perlegerent & obſervarent Cauſarum Patroni! Sunt nonnulla Judicia inferiora, ubi numerus Scriptorum modum non habet, ita ut vocabula nova barbara ſint invenienda Rubricarum, quibus iſta Scripta tum Parti, tum Judici propinantur. Quantum exinde Referenti in Appellationis Inſtantia tædium creetur, facile eſt judicatu. Saxones huic malo obviam ituri noluere in Scriptis Cauſas tractare, ſed viva voce regulariter uſque ad

Num. 21. Quid ſint Nova.

Num. 22. Multitudo Scriptorum inutilis reſcindenda. Vitia Advocatorum & Virtutes.

Num. 23. Nævi Judiciorum in permittenda multitudine Scriptorum.

Qua-

Num. 24. Saxonici Proceſſus diverſitas, & incommoda non minora.

Num. 25. Multa ab ingenio hominum dependent, quod difficulter corrigitur.

Quadruplicas. Experientia docuit, Remedium hoc aliud peperiſſe, idque pejus malum. Dictantur Scribæ Judicii quandoque plura folia inutilibus verbis referta, quam domi elaborato ſcripto fuiſſet comprehenſurus Advocatus. Qui ſi debita ſit & integritate & doctrina, parum intererit, num voce, dictando ſcilicet an ſcripto domi elaborato Judici exhibendo cauſis patrocinetur. Si avarus eſt & indoctus, neuter modus judiciariam rem promovebit. Sed quis erit Judex etiam ſapientiſſimus hominum, qui ingenia omnia formare queat æquali ubique fide, doctrina, promptitudine, induſtria? Tolerandi ſunt, quantum fieri poteſt, ſalva Juſtitia & ordine, nævi aliorum, cum nemo mortalis humani quid à ſe eſſe alienum exiſtimare debeat.

Num. 26. Judici nunquam concluditur.

Notandum eſt de Concluſione Cauſarum, Judici nunquam concludi, ſed ſemper, ubicunque quid agendum probandumve ſupereſt, reſcindere licere Concluſionem, & Partibus, quæ facienda ſunt, injungere, vide Roding. *lib. 3. tit. 36. num. 11. 12.* [Mev. *part. 7. deciſ. 218.* Mynſing. *centur. 2. obſ. 53.* & *centur. 4. obſ. 60.*]

Num. 27. An Advocatus revocare poſſit Concluſionem.

Advocato verò Concluſionem ſemel factam revocare integrum non eſt, neque Actis aliquid addere. Admiſſam tamen Revocationem, quæ facta fuit intra triduum, ex *l. ult. Cod. de error. Advocat.* meminimus. [de Genuina hujus Legis explicatione & prudenti in Foro applicatione vide Leyſer. *ad Pandect. ſpecim. 48. meditat. 7.*]

Num. 28. Informationum extrajudicialiter exhibitarum utilitas.

Ad Cauſæ Concluſionem non pertinent, ſed ad Sententiæ promotionem *Informationes ex Actis petitæ*, inter Aſſeſſores diſtribuendæ: de quibus *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 71.* [Roding. *lib. 3. tit. 36. num. 37.*] Cui curæ eſt negotiorum ſuorum promotio, ut fideliter componantur & breviter, non eſt neglecturus. Finis eſt, non ut Referens, ſed ut cæteri Aſſeſſores de Statu Cauſæ informentur, facilius Narrata domi perlecta cum recenſione Referentis collaturi, quam ex ſolo auditu momenta rei percepturi.

§. V.

Num. 1. Sententia Judicis.

Eventus Proceſſuum eſt *Sententia Judicis*, ejusque *Executio.* Generalia de Sententiis pete ex *Commentar. ad tit. 1.*

Digeſtor. lib. 42. adde Blum. *tit. 75.* Roding. *lib. 3. tit. 59.* Judicii Cameralis Leges ſunt *in Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 25. Receſſ. Imper. 1654. §. 143. Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 70. uſque 76.* Speciale eſt in hoc Judicio, quod Sententiæ non formentur in congregatione totius Collegii, ſed in Senatibus, in quos Aſſeſſores ſunt diſtincti, vide Blum. *tit. 59.* idque numero tanto, quantus requiritur pro diverſitate Cauſæ & Sententiæ Definitivæ, Interlocutoriæ, gravioris, levioris. Si in Cauſis gravioribus tria Vota à reliquis, ex Cauſis ponderoſis diſſenſerint, reliquos quatuor (vel quinque) Votorum numero vincere non debere, ſed ulteriori deliberationi cauſam eſſe ſubjiciendam, diſponitur *in Ordinat. Carolin. part. 1. tit. 13. §. 10.* conf. *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 25. §. 4.* [Hiſtoriam hujus Conſtitutionis dedit B. Auctor. *part. 3. poſt Obſervat. Forenſ. 300. Corollar. 2.*] Vidimus nos in iſtiusmodi Cauſis difficilioribus congregatos Senatores X. & plures. Sæpius ſi hoc fieret aliarum Cauſarum expeditiones multum retardari neceſſe foret. Præleguntur deinde, antequam publicentur, Collegio univerſo, ut ſi quid monendum ſuperſit, moneatur. Sententiam format Referens, qui primus reddit ſuum Votum, ſequuntur reliqui, & concluditur ſecundum Votorum conſentientium numerum majorem, aliud enim Remedium expediendi negotium diſſentientibus Votis non datur. Collectores Sententiarum fuere *Seilerus, Barthius, Blumius, Deckherrus. Nova Collectio* cura noſtra cum Præfatione ampliſſima 1715. prodiit, ubi de Collectionum iſtarum Hiſtoria, earumque uſu & alia notatu digna invenies. [adde Denaiſ. *Jus Cam. tit. 259. uſque ad tit. 264.*]

Num. 2. Quomodo in Camera formentur Sententiæ.

Num. 3. De Sententiarum Cameralium Collectionibus.

Num. 4. De Methodo referendi Acta.

Relationum Cameralium Methodum tradidere permulti. Neque Blumius neque Rodingius ea in parte voluere eſſe ἀσύμβολοι. Blumii minerva rudis, ipſe ita vocat, habetur *tit. 75. num. 16. ſeq.* verſiculis comprehendi poſſe Methodum credidit Rodingius, vel quisquis eſt *tit. 14. lib. 4.* Auctor. Veterum Aſſeſſorum viam legas in Kochianis *Commentar. ad part. 1. Ordinat. Camer. tit. 13.* Facilius iſta præſcribuntur & enarrantur, quam ipſo opere præſtantur. Non erraturum crediderim, qui Expenſis ante omnia

For-

Formalibus, Facti Speciem clarè & diſtinctè, obſervato temporis ordine tradiderit, Controverſiæ Statum bene conſtituerit, Actionem & Exceptiones diſpoſuerit, quid in Facto, quid in Jure ſit probatum, quid probandum, probè diſcreverit, quacunque demum methodo fuerit uſus. Hæc ipſa, quæ jam diximus, in Legibus publicis, ſi non verbis, ſenſu tamen præſcripta invenies *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 23. §. 9. ſeqq. §. 17. 18. Receſſ. Imper. 1654. §. 143. ſeqq. Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 71.* Judicii res eſt, Regulis Methodi Artis concludi non poſſe arbitror. De *Actione inveſtiganda* commendanda valde ſunt Capita Quinque Libri Tertii apud Rulantum *in Opere de Commiſſariis.* Vitia Relationum ſunt non toleranda, ſi Facti Narratio ſit confuſa, Controverſiæ Status perplexus, ſi de Jure quæratur, cum de facto nondum ſatis conſtet, ſi Auctoritatibus Doctorum magis, undique conquiſitis, quam firmis argumentis Sententia innitatur. [conf. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 311.*] Talia verò ab Aſſeſſore Cameræ metuere, Religio non patitur. Indignus plane Officio foret, qui & Muneris & Nominis immemor, alieno labore, & quidem inferiorum, in elaborandis Relationibus uti, eumque in Senatu pro ſuo venditare non erubeſceret, vid. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 66. Memorial. Procurator. §. 13.* De Publicationibus Sententiarum *ſuprà §. 1. huj. Sect. num. 3.* dixi. Commune habet Judicium Camerale cum aliis Imperii Judiciis Provincialibus, ut Sententiæ publicentur Partibus non citatis. Sententiis Definitivis, quæ facere quid jubent, (de Negativis, vide Blum. *tit. 77. num. 50. ſeq.*) [Deckher. *Vindic. tit. 29. num. 263.* & ad Koch. *Commentar. ad Ord. Cam. part. 3. tit. 48. num. 12.*] juxta *Receſſ. Imper. 1654. §. 159.* ſemper adjicitur Clauſula Executorialium, hoc eſt Terminus ad parendum ſub pœna 10. Marcarum Auri, partim Fiſco, partim Victori ſolvenda, vide Blum. *tit. 77. num. 5.* [plura de hac Clauſula vid. apud B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 115. & 164.*] Condemnationis in hanc pœnam exempla perpauca in Formulis Sententiarum reperi. An extituræ ſint in poſterum frequentiores & Condemnationes & Executiones, juxta *dict. Receſſ. Imper. § 160.* & *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 1.* Clau-

Num. 5. Vitia Relationum.

Num. 6. Aſſeſſorum integritas in elaborandis Relationibus ſine opera aliorum.

Num. 7. Publicantur Sententiæ Partibus non citatis.

Num. 8. Clauſula Executorialis Sententiarum Definitivarum.

Num. 9. Raræ Condemnationes in Pœnam Clauſulæ inſertam.

Clauſulæque, jetzt als dann / und dann als jetzt / major futurus effectus, quam ut nuda maneat Formula, victo impune ſpernenda, à tempore & conſilio eſt expectandum. Vide de Executione Sententiarum, quæ ex Legibus publicis excerpſit Blum. *dict. tit. 77.* Roding. *lib. 3. tit. 63.* & quæ nos *ſuprà Sect. I. §. 6. num. 6. ſeqq.* diſſeruimus. [conf. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 385.* adde Moſers Reichs-Hof-Raths-*Proceſs part. 2. tractat. 2.* qui ex Auctoribus ſatis copioſè collegit, quæ de hac materia tradiderunt.]

§. VI.

Num. 1. Sententiæ Camerales inappellabiles.

Supereſt, ut Remedia contra Sententias Camerales recenſeamus. Inappellabiles eſſe Sententias Cameræ ceu à Supremo Judicio latas, neque ſupplicari poſſe contra eas; Lex diſponit *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 61.* qui eſt *in Ordinat. Carolin. tit. 51.*

Num. 2. Declarationes quando fiant.

Declarationes à Partibus ſæpe petuntur, quæ ſi ambigua ſit Sententia denegari non debet, Gail. *lib. 1. obſ. 116.* [conf. omninò Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9 part. 2. §. 7. num. 2.* & Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 42. tit. 1. §. 23.* notabile exemplum, ubi rejecta Reſtitutionis in integrum petitione, Sententiæ declaratio facta fuit, vid. apud B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 333.*] Si nulla ineſt ambiguitas, & correctionem tacitè petat Procurator, rejicitur petitum, Blum. *tit. 75. num. 55.* [idem *Sentent. Camer. Num. 349.*] addita quandoque Mulcta.

Num. 3. Reſtitutio in integrum.

Verum, & Legibus fundatum Remedium eſt Reſtitutionis in integrum, de qua *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 62.* Roding. *lib. 3. tit. 60.* qui eſt quidem in hac materia Blumio *tit. 78.* multo plenior, ſed tamen non clarior neque diſtinctior. [longe accuratius Remedii hujus finem & abuſus exponit B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 107.* adde ejusdem *Symphorem. tom. 2. Conſultat. 11. pag. 625.*]

Num. 4. Attributa hujus Remedii non ſatis explicata.

Remedii hujus Requiſita & finem, qui eſt *Repoſitio in priſtinum ſtatum,* Legibus definita ſatis eſſe deprehendo, in attributis verò explicandis adeo non ſatisfeciſſe mihi Commentarios ad Jus Came-

Camerale, fateor, ut evolutis plerisque, ad quos ſeſe referunt, recentiores, privati Studii gratia ſcripto comprehenderim aliquando Meditationes meas, quas hoc loco inferendas eſſe conſultum duxi. Animadverti à plerisque in denominatione *Remedii Ordinarii & Extraordinarii*, neſcio quid myſterii quæri, tum vero brocardica vulgata Interpretum: *Ubi competit Remedium Ordinarium, ceſſat Extraordinarium: Electo Extraordinario non datur Regreſſus ad Ordinarium*, ita adorari, ut cum in laqueos inextricabiles, utor verbis Quintiliani *lib. 5. Inſtit. Orat. cap. 10.* inciderint, omnem etiam, quem ex ingenio ſuo poterant habere conatum, velut adſtricti certis Formularum vinculis perdiderint, & Magiſtros reſpicientes, naturam ducem ſequi deſierint. Age igitur, experiamur, quid ſenſus & ratio Legum vi & poteſtate inſtructa nos doceat. Num. 5. Defectus in Commentatoribus.

Vocabula & Denominationes *Ordinarii* & *Extraordinarii*, in ſe ad Negotia humana bene applicari, negare nemo poteſt; nam quod à regula Negotiis præſcripta recedit, id dicitur Extraordinarium: cujus rei exempla dantur infinita. Imo plura, quam ubi juxta regulam inceditur. Sed hæc denominatio non eſt hujus loci. Quot Modis Judicium dicatur Extraordinarium, explicat Maranta *in Speculo Aureo part. 4. diſtinct. 10.* Et ſeptem Modos enarrat. Quorum *Primum* facit, omne Judicium Summarium, in quo non ſervatur Ordo Juris. Sane ſi Ordo Juris non obſervatur, hoc revera diceretur aliquid Extraordinarii, verum quod eo nomine Judicia Summaria cenſeri non debeant, in ſuperioribus traditis oſtendi *Sect. I.* [*§. 7. num. 6. pag. 53.* & *§. 8. num. 20. pag. 65.*] Num. 6. Denominatio Ordinarii & Extraordinarii in genere quid ſignificet. Num. 7. Septem Modi Judicii Extraordinarii ex Maranta examinantur.

Secundum, ubicunque non eſt prodita aliqua Actio ad aliquid exequendum, ſed Prætor ex ſua Poteſtate & Officio exequitur. Hic Modus ex veteri Jure deſumtus eſt, ubi diſtincta erat poteſtas exequendi à Jurisdictione ſimpliciter ita dicta, hodierno Jure Officium Judicis in exequendo eſt æque Ordinarium quam in cognoſcendo, & quidquid vi Ordinariæ Jurisdictionis facit Judex, non rectè dicitur Extraordinarium.

Tertium, ubi in locum Actionis deficientis imploratur Officium Judicis, ut extra ordinem ſubveniat. Hoc ad antiquata Jura referri debet, ubi diſtinguebatur Officium Prætoris & Pedanei Judicis. Quodſi ea, quæ à mero Officio Magiſtratus procedunt, dici deberent hodie extraordinaria, quæ verò Jure Actionis petuntur, & decernuntur, ordinaria, numerus extraordinariorum forte ſuperabit ordinaria, ſed ea diſtinctione, quæ à veteri cognitionum ordine deſumta eſt, opus non eſſe, ſequentia oſtendent.

Quartum, ubi agitur de pœna arbitraria irroganda.

Quintum, ubi agitur per viam Inquiſitionis ſine Accuſatore: Hi duo modi non recte dicuntur extraordinarii, quia ubi Lex Pœnam non ſtatuit, neceſſe eſt, ut ſtatuatur à Judice. Leges de iis feruntur, quæ plerumque fiunt. Quæ Legislator non expreſſit, ea idcirco non dici debent extraordinaria. Porrò Inquiſitionis Proceſſus hodie regulariter ſuſcipitur in Criminibus, rarius Accuſatorius, ergo ille potius eſſet dicendus Ordinarius, confer Scacciam *de Judic. lib. 1. cap. 85. num. 6. 8.* & *cap. 97. num. 8.* Ubi Fiſcalis conſtitutus Accuſationem inſtituit contra Delinquentem, iſte Proceſſus ab Inquiſitorio externa tantum differt ſpecie.

Sextum, quando ad Inſtrumentum ſecundùm Formam ritus confectum Executio petitur. Noſtro loquendi Modo diceres *Proceſſum Executivum*. Hunc extraordinarium eſſe ideo non puto, quia eſt Legibus fundatus. Niſi etiam omnia Remedia Poſſeſſoria velis dicere extraordinaria, de verbis erit diſceptatio, de rebus nulla.

Septimum Modum Extraordinarii conſtituit *Maranta* generaliter omnium Judiciorum Criminalium, quia non obſerventur Solennitates. Et quia Judex poſſit pro ratione Cauſæ & Perſonæ Pœnam alterare. Quaſi verò hoc non ex natura Judicii ipſius & negotii proveniret. Hoc ſenſu nulla fere Actio erit prodita, quæ non ad extraordinarias eſſet referenda.

Num. 8. Denominatio extraordinarii & ordinarii Ju-

Relicto itaque *Maranta* exiſtimo Denominationes Judiciorum Ordinariorum & Extraordinariorum, uti & Remediorum non niſi ab antiquato Jure Romano Formulario deſcendere, & ab Interpreti-

pretibus, quibus Religio fuit quidquam inutile aut perperam poſitum accipere, ſed omnia ad ipſa rerum argumenta pertrahere, retentas fuiſſe, ſi utilitatem inveſtiges, nonniſi confuſionis & dubiorum materiam præbere. Nimirum Ordinariæ Cognitiones dicebantur Jure Romano, quæ *in Judicio* coram Pedaneo Judice exercebantur; Extraordinariæ, quæ *in Jure* coram Prætore ipſo. Quam differentiam exponunt perſpicue Schilterus *Exercitat. 6. ad ff. §. 3. Exercitat. 7. §. 3.* & *ad Inſtitut. tit. de Action. aphoriſm. 2.* Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. de Jurisdict. §. 15. de Interdict. §. 3. & de Extraordinar. Cognition. §. 1.* Franzkius *Exercitat. 13. quæſt. 2.* Quandocunque igitur Reſtitutio in integrum ab Officio Prætoris immediatè proveniebat, erat Remedium extraordinarium, ubi per Formulam & Judicem datum, ad ordinaria Remedia pertinebat. Nam Prætoris Auctoritati tantum illæ Reſtitutiones reſervatæ erant, quæ *Minoribus* læſis concedebantur, *l. 1. §. 1. l. 24. §. final. ff. de Minoribus.* reliquæ per Pedaneos Judices expediebantur, quod innuunt verba *Judicium dabo* in *l. 14. §. 1. & 11. ff. quod metus cauſa. l. 1. §. 1. de dolo malo.* vid. Vinn. *lib. 1. quæſt. 14.* Joh. Strauch. *Diſſertat. 3. ad 50. Deciſion. cap. 1. num. 16.* ubi etiam definitionem Pauli *lib. 1. Sententiar. tit. 7.* quod ſit *Actio* Rei vel Cauſæ redintegrandæ, defendit, adde Schilter. *Exercitat. 11. ad ff. §. 1. & 10.* Quanquam enim Reſtitutio omnis ex Prætorum Edictis proveniebat, *l. 1. ff. de in integr. Reſtitut.* unde & ſinguli tituli *Pandectarum* qui *de Reſtitutionum Cauſis* agunt, *Edicti Prætorii* faciunt mentionem. Nihilominùs aliæ per Judices datos, aliæ per ipſos Prætores exercebantur; hæ extraordinariæ erant, illæ ordinariæ Cognitionis. Cum itaque Juſtinianeo Jure ſublatus fuerit jam tum ordo iſte Cognitionum, adeo ut omnes Reſtitutiones, etiam illæ, quæ antea mero Officio Prætoris extra ordinem peragebantur, factæ ſint Jurisdictionis ordinariæ, *l. final. Cod. ubi & apud quem Cognit. in integr. Reſtitut. agitanda ſit.* vid. Joh. Strauch. *dict. Diſſertat. 3. cap. 3.* Schilter. *Exercitat. 11. ad ff. dict. §. 10.* & *Exercitat. 13. §. 6.* ſequitur, quod, audita denominatione extraordinarii & ordinarii Judicii, ad antiquas illas fabulas reſpiciendum non

dicii atque Remedii eſt ex Jure Formulario Romano.

Num. 9. Extraordinariæ & ordinariæ Cognitiones Jure Romano quæ dictæ.

Num. 10. Reſtitutio in integrum modo extraordinariæ, modo ordinariæ ſunt Cognitionis.

Num. 11. Sublato Jure antiquo ceſſavit diſtinctio ordinarii & extraordinarii Judicii.

ſit

ſit amplius, ſed ea, quæ in ipſis rerum argumentis obtinent, accipienda, monente Imperatore *Proœm. Inſtitut. §. 3.*

Num. 12. Quo ſenſu dicatur extraordinarium auxilium in l. 16. ff. de Minoribus.

Videamus, an alio quodam ſenſu denominationes iſtæ accipi queant Jure noſtro. Fundamentum rei petunt ex *l. 16. princ. ff. de Minoribus.* ubi Reſtitutio in integrum extraordinarium vocatur auxilium, diſtinctum ab eo quod communi & mero Jure competebat. Hic opus eſt indagatione, quid indicare voluerit Ulpianus per auxilium commune, & Jus merum, & quæ ab extraordinario ſit differentia. Cum enim omnis Reſtitutio in integrum à naturali procedat æquitate, & in *Clauſula generali* Edicti Prætorii, *ſi qua mihi juſta cauſa eſſe videbitur, in integrum reſtituam, quod ejus per Leges, Plebiſcita, Senatus Conſulta, Edicta, Decreta Principum licebit,* nihil inveniatur, quod à Jure ordinario recedat, mirum ſane æquitatem naturalem à communi auxilio meroque Jure diſcerni, cum omne Jus artis boni & æqui nomine veniat, & ea quæ de mero Jure, hoc eſt *Legib. XII. Tabular.* ſubtilitate, & verborum aucupiis traduntur, potiori ratione adhuc quam Cognitionum ordo antiquatus, ad fabulas antiquas ſint referenda, vide Briſſon. *de Verbor. Significat. rubr. Mero Jure.* Ad corrigendam enim Juris Civilis aſperitatem, ſive quod deerat legi, implendum, humanitate Prætoria jam dudum in multis Capitibus opus erat, *§. 3. Inſtitut. de legitim. Agnator. Succeſſione.* Non poteſt declarari hæc res concinnius quam factum eſt in Jani Vincentii Gravinæ *elegantiſſimo Tractat. de Ortu & Progreſſu Juris Civilis lib. 1. §. 38.* „Ex Prætoris, *inquit,* Jurisdictione prodierunt Edicta, „quæ oblata facultate ſingulas prope Juris Civilis partes vel ex„plendo, vel addendo, vel leniendo attigerunt. Quod *Jus Hono„rarium* fuit appellatum à Magiſtratu, ex quo proceſſit; qui *Vir „Honoratus* nuncupatur. Cujus Juris natura diſſimilis eſt ali„quanto à Jure Civili; Jus enim Civile directum eſt, ſeverum, præ„ciſum atque totum è ſubtili ratione verborumque nativa pro„prietate. (*tale erit forte noſtris ordinarium.*) Honorarium verò, „utpote proditum è re nata, & è plurium eventuum cognitione, „imo aliquando ex certarum commiſeratione Perſonarum, & ex „oppor-

Num. 13. Humanitas Prætoria quem habuerit effectum. Gravinæ locus de Origine & Progreſſu Juris Civilis.

„opportunitate temporis excitatum, (*ecce deſcriptionem extra-*
„*ordinarii*) remiſſius eſt, & humanius, plusque trahit ex æquitate
„ac ratione utilitatis communis, quam ex Religione verborum &
„ſuperſtitione vetuſtatis. Nec tamen Juri Civili & prioribus Le-
„gibus adverſatur, ne ſuo exemplo Populi venerationem ſolvat,
„cui ſe Cives jurejurando obſtrinxerunt, ſed id aliquando, ſi co-
„gatur varietate temporis, latenter facit & verecundè: plerum-
„que verò Legibus ita obſequitur, ita obtemperat, ut mentem Le-
„gis reconditam conſequatur. Unde quo Legis verba non per-
„veniunt, eo Magiſtratus poteſtate perducuntur, ſi fuerint angu-
„ſtiora; ſi verò ſeveriora ſint, per eundem Magiſtratum æquita-
„tis lenocinio mulcentur, & ad pleniorem Populi utilitatem de-
„flectuntur. Itaque Jus Honorarium lenimentum fuit & benigna
„interpretatio Juris Civilis; quæ ubi verba deſtituerent, occurre-
„bat pleniori vocabulo, ſenſuque ſuaviori. *Hactenus Gravina.*

Non poterat dari deſcriptio magis accommoda diſtinctio- Num. 14. Applicatio ad diſtinctionem vulgatam Remedii ordinarii & extraordinarii.
nis, quam faciunt Interpretes inter ea, quæ ſunt Juris Ordinarii & Extraordinarii. Sed ita quælibet pars Juris noſtri, quæ ex Prætoria æquitate deſcendit, ad extraordinaria pertinebit, ſi poſt redactum Jus Prætorium ad conſonantiam cum Jure Civili, iſta diſtinctio eſſe adhuc deberet alicujus uſus. Imo verò, ut ad ſubſtratam Num. 15. Reſtitutio in integrum hodierno Jure non poteſt dici extraordinarium Remedium.
materiam revertar, Reſtitutio in integrum, cum ex ipſo Jure Naturali & Communi utilitate proficiſcatur, hodierno Jure extraor dinarii Remedii nomine, nec eo, quo dixi ſenſu, venire poteſt. Textus *l. 16. ff. de Minoribus.* & reliqui omnes, qui tanquam paralleli allegantur *l. 12. eod. l. 3. Cod. de in integr. Reſtitut. Minor. l. 4. Cod. ſi adverſ. rem judicat. l. 3. Cod. ſi adverſ. libertat.* de alia quam Minorum Reſtitutione non loquuntur: ſunt enim omnes textus Codicis ævo Juſtiniani longe antiquiores, adeoque Juris veteris continent veſtigia, ea ſcilicet, ut in *l. 16. ff. de Minoribus.* & reliquis, Juris Communis & meri auxilium intelligatur, quod ex *Jure Civili, Leg. XII. Tabular.* extraordinarium, quod ex *Humanitate Prætoris* flueret. Exemplum dictæ *l. 16. princ.* hoc clare Num. 16. Caſus l. 16. ff. de Minoribus.
demonſtrat. Si cum Pupillo contractum eſt ſine Tutoris aucto-

ritate, nec locupletior factus eſt, Lege Civili erat Contractus invalidus, *princ. Inſtitut. §. 1. & §. 2. de Auctoritat. Tutorum. l. 1. & l. 9. ff. eod. tit.* Minorum verò Contractus, quia inviti Curatores non accipiebant, *§. 2. Inſtitut. de Curator.* invalidi non erant Jure Civili, adeoque opus erat auxilio extraordinario, *tot. tit. ff. de Minor. viginti quinque Annis.*

Num. 17. Interpretes defendunt diſtinctionem ex Zaſio.

Hæc cum ita ſeſe habeant, mirum videtur, quâ ratione ducti Interpretes adhuc in diſtinctione illa Juris ordinarii, ſive communis & meri, & extraordinarii auxilii aliquid utilitatis ad Praxin Judiciariam Germaniæ quæſiverint, ubi tamen omnes iſtæ ſubtilitates & vetuſtatis ſuperſtitio exulare debent. Animadverti plerosque habuiſſe præ oculis Udalricum Zaſium, Germaniæ JCtorum Principem, qui *ſingular. Reſponſor. lib. 1. cap. 20.* ordinariorum & extraordinariorum concurſus & effectus hactenus obſcuros *diſtinctius & novè* explicare ſtuduit. Refert ejus verba Benderus, Cameræ Imperial. Aſſeſſor. *tractat. de Reviſione concluſ. 1. num. 20. ſeqq. & paſſim.* Sed ubique loco *Libri ſingularium Reſponſ.* Zaſii, allegat *Librum ſingularium intellectuum*, qui ab illo eſt plane diverſus.

Num. 18. Examinatur locus Zaſii.

Ordinaria itaque eſſe dicit Zaſius, quæ Lege, Plebiſcito, SenatusConſultis, Prætorum Edictis, Principum Generalibus Conſtitutionibus, & omninò quidquid Jure ſcripto eſt juſſum, ut Lex ſit certa & uniformis, actus humanos ſine ſpeciali Perſonarum reſpectu ordinans, & quodam ordinato Proceſſu dirigens; *Extraordinaria*, quæ ad certa Perſonarum, Rerum, Negotiorumque Genera *extra Ordinem* reſpiciunt, quibus pro conditione, eventu, neceſſitate, commoditateve aliqua præſenti Remedio ſubvenitur. Convenit hæc deſcriptio propemodum cum ea, quam paulò ante ex Gravina dedimus *Juris Prætorii.*

Num. 19. Genera tria extraordinarii ex Zaſio.

Facit autem Zaſius extraordinariorum genera tria. *Primum*, eorum quæ ſunt Facti, cum Lex permittit proprio facto ſeſe ab injuria adſerere. *Secundum*, eorum quæ naſcuntur ex Privilegio plerumque contra Jus commune. Hæc duo genera extraordinarii nomine venire poſſe concedo. Sed quod addit *Tertium*, eorum, quæ licet extra ordinem, tamen Jure recepta ſunt, ut etiam dicantur

Juris

Juris communis, licet non ordinarii: [conf. Bender. *de Reviſion. concluſ. 1. num. 31.*] Huic, inquam, generi extraordinarii nomen nequaquam tribuendum eſſe cum effectu aliquo Juris diſtincto ab iis, quæ ordinaria dicuntur, plane exiſtimo. Neque enim exempla à Zaſio ibi allata id demonſtrant. Pergit enim: velut, cum Remedio aliquo his ſubvenitur, quibus Jure ordinario vel non eſt conſultum, vel non ita facile, aut ita commode conſultum. Conceptus ordinarii & extraordinarii diſtinctos minime ſuppeditat Diſcurſus Zaſii. Cum enim in tertio genere extraordinariorum, Jus commune ab ordinario diſtinxerit, fundamentum verò diſtinctionis, ſi aliud quoddam quam Juris antiquati in mente habuit, non aperuerit, videtur mihi nomen extraordinarii obſcurum deſcribi per aliud non minus obſcurum; Perinde ac ſi diceres: Extraordinarium eſt, quod non eſt Juris ordinarii. Quid verò eſt hoc, quod dicitur eſſe Juris communis, ſed non ordinarii; & cujus uſus iſta diſtinctio? Fruſtra in Zaſio, eorumque Scriptis, qui illum tanquam Magiſtrum adſpexere, quæſiveris. Sane cum ordinaria eſſe dixiſſet, quæ Jure ſcripto comprehenduntur, quæ Legem certam & uniformem conſtituunt ſine reſpectu ſpeciali Perſonarum, ratio fuiſſet danda, quare tertium aliquod genus extraordinariorum conſtitueret, atque inter ea Reſtitutionem in integrum referret. Clauſula Edicti Prætorii generalis concedit Reſtitutionem, *ſi qua juſta cauſa, quod ejus per Leges, Plebiſcita, Senatus Conſulta, Edicta & Decreta Principum licebit.* Ergo ex ipſa deſcriptione Zaſii eſt Reſtitutio ordinarium Remedium. Porrò reprehendit Zaſius Doctores modernos, qui putent, Remedium Reſtitutionis contra Jus commune competere, quod, ſalva venia, non ſit verum, eſſe enim abſurditatem intolerabilem, dicere ea eſſe contra Jus commune, quæ ſunt naturaliter æqua, quæ ſunt juſtiſſima, cum ipſum Jus ſit ars boni & æqui. Addit Zaſius Reſtitutionem eſſe quidem Juris communis, ſed non ordinarii, Doctores non advertiſſe, quid intereſſet inter Jus commune & ordinarium. Quid ſi dicerem, nulla ratione conſtitui differentiam inter ea, quæ Jure communi competunt, quæ naturaliter ſunt

Num. 20. Tertium genus ad extraordinarium non poteſt referri.

Num. 21. Committitur enim Circulus in Terminorum explicatione.

Num. 22. Non reddit rationem Zaſius ſufficientem, & ex ipſa deſcriptione ejus Reſtitutio eſt ordinarium Remedium.

Num. 23. Omnis ratiocinatio de iſta diſtinctione petit principium.

æqua juſtaque, & Jus ordinarium; fallor inſigniter, niſi omnis ratiocinatio redit ad id, quod erat in principio quæſitum. Id eſt, ordinarium eſſe ordinarium, extraordinarium id quod non eſt ordinarium. Neque enim reſtrictio illa rem explicat, quod extraordinaria ad certa Perſonarum, Rerum, Negotiorumque genera reſpiciant extra ordinem. Quia τὸ *extra Ordinem* erat definiendum. Omnis applicatio Juris, omnia Remedia ad certa Perſonarum, Rerum, Negotiorumque genera reſpiciunt. De Privilegiis non eſt diſputatio, quæ ad alterum genus retulerat Zaſius. Adeoque ex omni iſta explicatione de differentia Remedii ordinarii & extraordinarii tertii generis facti non ſumus doctiores. Ita ſane vel antiqui Juris myſterioſa veneratio, vel gloſſemata antiquiorum maximi etiam nominis JCtos ſuſpenſos tenent, & quaſi vinculis adſtrictos. Liberati à præjudicio dicamus confidenter, nonniſi vocabulorum eſſe differentiam, rei verò nullam. Proinde opus non eſſe, ut in Juris & Juſtitiæ Adminiſtratione ſuperſtitioſa veneratione antiquitatis bonum & æquum ex ſono vocabulorum metiamur.

Num. 24. Differentia eſt tantum vocabulorum rei verò nulla.

Num. 25. Praxis Judiciaria quæ ſit vera.

Praxin Judiciorum ſequi, Conſuetudinem Supremorum Tribunalium venerari, bonum eſt. Sed ante omnia indagandum de Praxeos veritate, ne Advocatorum nonnullorum poſitiones vel etiam JCtorum tradita ſine rationum firmitate Praxeos loco habeamus. Quæ Legibus ſunt conſtituta vel conſtanti Judiciorum Obſervantia & Judicatorum Auctoritate fundata, ea demum Praxin & Conſuetudinem vocare oportet. Quotusquisque autem eſt, qui hac via probaverit *extraordinarii* auxilii talem, quem volunt, ſenſum. Confuſæ ſane, & ad principium redeuntes ideæ ab interpretibus formatæ proferuntur, ſi ad Judiciorum modernam Praxin iſta vocabula applicare volunt. Ordinarium ſi diceretur id, quod eſt in regula, extraordinarium, quod eſt in exceptione, tunc diceretur aliquid, quod eſſet clarum. Sed in applicatione regulæ fit circulus. Reſtitutio, dicunt, eſt extraordinarium Remedium, quod ceſſat competente ordinario. Quid eſt ergo extraordinarium? Reſp. quod non eſt ordinarii Juris. Et ſic explicatur idem per

Num. 26. Non poteſt probari ex Praxi vis iſtius diſtinctionis.

per idem. Illa appellatio *Extraordinarii* in *Ord. Cam. part. 3. tit. 3.* hujus loci non eſt, eſt enim ibi ſynonymum *Summarii*, qua de re dixi *ſuprà Sect. 1. §. 8. [num. 19. & 20.]* Tranſeo itaque ad Brocardicorum iſtorum examen. Primum erat: *Competente ordinario Remedio ceſſat extraordinarium.* Nullus ferè eſt Juris interpres, qui brocardicum hoc non repetat. Eum verò volunt eſſe ſenſum & effectum; ut excluſa ſit petitio Reſtitutionis in integrum, ſi gravatus per Sententiam poteſt appellare; Viciſſim, petitâ Reſtitutione, excludatur Appellatio. Si ita formaretur axioma: Donec fieri poteſt applicatio regulæ, ceſſat exceptio, tum diceretur aliquid clari. Sed, quod τὸ *extraordinarium* exceptionem conſtituat, hoc eſt, quod erat probandum, & oſtendendum, quod iſta vox aliam, quam à modo procedendi antiquo Prætorum & Pedaneorum Judicum (quorum piâ memoriâ retinuiſſe puto JCtos denominationes ordinarii, & extraordinarii auxilii) habeat originem. Hinc Brocardicum vulgare illud ex *l. 16. princ. ff. de Minoribus.* formatum: *Quoties competit ordinarium Remedium, toties excluditur extraordinarium*, nulla Lege fundari, nulla Juris ratione ſtabiliri poſſe, & præter intentionem & mentem JCtorum antiquorum, ex quorum Scriptis Pandectarum Liber eſt collectus, à Doctoribus effictum eſſe oſtendit Schilterus *Exercitat. 13. ad ff. §. 6. in Nota ſubjecta lit. a.* Inſtituamus conſiderationem oppoſitorum. Reſtitutioni opponitur *Appellatio*, & *Nullitatis Querela.* Hæc ordinaria dicuntur eſſe Remedia. Ad quæ ſolet plerumque applicari Brocardicum, cumprimis in Camera. Hæc Remedia ordinaria nuncupat P. Rebuffus *in Præfat. tractat. de Supplicationibus & eorum Propoſitionibus.* qui reperitur *tom. 1. Commentar. ad Conſtitut. Regiar. Gallicar.* vide *dict. tractat. Præfat. num. 9. 12. 13.* adde Benderum *tractat. de Reviſione concluſ. 1. num. 8.* & *concluſ. 18. num. 1. uſque 7.* ubi *num. 30.* auctoritate Marantæ (etſi Maranta hoc non dixerit loco allegato, cujus ſummam recenſui *ſuprà num. 7.*) abſurdiſſimum putat, omnia Juris Remedia in Lege vel Conſtitutione prodita haberi pro ordinariis. Vellem, ut Vir Celeberrimus abſurditatem oſtendiſſet. Intolerabilem

Num. 27. Brocardica examinantur. Primum: Competente ordinario ceſſat extraordinarium.

Num. 28. Nulla Lege & ratione eſt fundatum.

Num. 29. Conſideratio oppoſitorum, Appellationis & Nullitatis.

Num. 30. Benderus notatur.

bilem abſurditatem dixerat Zaſius à Bendero laudatus, ſi Reſtitutionis in integrum beneficium contra Jus commune dari quis aſſereret. Si ergò datur ſecundùm Jus commune, quid obſtat, ut non habeatur æque pro Remedio ordinario? Aut igitur probandum eſt, quod Appellatio & Nullitatis Querela ſint in regula, Remedium verò Reſtitutionis in integrum in exceptione, aut certe nihil dicitur iſto Brocardico. Nam ſi quæras rationem, cur Reſtitutione uti non poſſit is, qui adhuc frui poteſt Appellationis beneficio vel Nullitatis Querela? Reſpondent: quia hæc ſunt ordinaria, illud extraordinariorum; ſi inſtes, quid velint dicere per extraordinarium? Reſpondent: quod non eſt ordinarium: ſi pergas quærere, quidnam ſit ordinarium? Reſp. Eſſe id, quod Jure ordinario competit. Relegentur itaque ad antiquas fabulas, Prætores Romanos, (à quorum cognitione totum negotium Reſtitutionis pendebat, *lib. 24. in fin. ff. de Minoribus.*) & ad Pedaneos Judices vocum ordinarii & extraordinarii ſoni, quæ nonniſi confuſionem & incertitudinem Germanicæ Jurisprudentiæ intulerunt. Vidit hoc etiam Colerus *de Proceſſ. Executiv. part. 1. cap. 5. num. 71.* ubi Brocardico illo recenſito, inter alias fallentias etiam hanc ponit, quod poſſit concurrere extraordinarium Remedium cum ordinario, ſi proditum eſt pro auxilio ordinario. Hujus verò naturæ ſunt omnia extraordinaria tertii generis apud Zaſium, de quibus *infrà* [*num. 37. 38.*] dicemus.

Num. 31. Rejiciuntur planè iſtæ Appellationes ordinarii & extraordinarii remedii.

Magis appoſitè ita quæreres: *An Remedium Reſtitutionis ſit oppoſitum Appellationi vel Nullitatis Querelæ?* Reſpondeo oppoſita non eſſe, ſed diverſa, vid. Sfort. Oddus *de Reſtitut. in integr. part. 1. quæſt. 1. artic. 6.* Nam Appellatio fit tantum ad Superiorem: Reſtitutio etiam ab eodem petitur Judice, vid. Gail. *lib. 1. obſervat. 114. num. 3.* Appellatio præſupponit ſententiam Judicis vel extrajudiciale Gravamen à Judice proveniens: Reſtitutio etiam contra Negotia alia, Contractus, Uſucapionem, &c. datur. Per modum Exceptionis etiam petitur Reſtitutio, *tit. ff. de doli mali & metus except.* vid. Schilter. *ad Inſtitut. tit. de Exception. aphoriſm. 2.* in Appellatione tale quid non locum invenit. Interponitur Appella-

Num. 32. An Reſtitutio ſit oppoſitum Remedium Appellationi & Nullitatis Querelæ. Reſp. Diſtincta eſſe, non oppoſita.

Num. 33. Differentiæ oſtenduntur & Convenientiæ.

pellatio ſuper iisdem Actis, etſi novæ Probationes accedere poſſint, *l. 6. Cod. de Probation.* [conf. B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 297. §. 13. pag. 499.* add. ejusd. *Symphorem. tom. 2. Conſultat. 17. pag. 850. lit. A.* ubi de mutatione Libelli in Inſtantiâ Appellationis.] Reſtitutio tantum ex novis Probationibus datur, talibus ad minimum, ex quibus priora in facto declarari & vim majorem accipere queant, vid. Klock. *de Contribution. cap. 19.* [& *Relat. Camer. 30. num. 26. & 93.* fruſtra ergò contra Sententiam, per quam quæſtio Juris fuit deciſa, petitur ex novis Allegationibus Doctorum, vid. B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 230.* quatenus Juramenti delatio pro novo Argumento in Reſtitutionis Inſtantia reputari poſſit, diſquirit idem *part. 4. Obſervat. Forenſ. 361.*] Faciunt huc verba *Decret. General. Cam. 7. Jul. 1669. ibi:* oder ſelbiges zu der Sachen dienlich zu ſeyn nicht vermeynet / ꝛc. Fatalibus Decendii & aliis circumſcribitur Appellatio; Reſtitutionis Fatale eſt unicum, ſcil. Quadriennii.

Oppoſita autem Remedia vel contraria dici nequeunt, quia magnam habent affinitatem. Reſtitutio poteſt peti etiam à Judice ſuperiore contra Sententiam inferioris ſecundùm quorundam Sententiam, quam tamen noſtram non facimus, vid. *ſuprà Sect. I. §. 13. pag. 122.* Siſtit petitio Reſtitutionis Judicis inferioris Jurisdictionem æque ut Appellatio. Res enim debet relinqui in ſtatu priſtino, Mynſing. *centur. 1. obſ. 48.* & *centur. 6. obſ. 80.* Brunneman. *Proceſſ. Civil. cap. 28. num. 129.* Corrigitur Sententia præcedens ſi Cauſæ ſint juſtæ, perinde ut in Appellatione: Si mavis dicere *reſcindi*, quam *reformari*, vel *reponi*, *redintegrari*, de verbis erit Tranſactio facilis. Sufficit jam finem Reſtitutionis & Appellationis effectumque eſſe eundem. [conf. Sfort. Oddus *part. 1. quæſt. 40. artic. 6.*]

Nullitatis Querela à Reſtitutione æque eſt diſtincta, ſed non oppoſita. Nam quod dicitur *in l. 17. ff. de Minoribus.* continere Reſtitutionem in integrum erroris proprii veniæ petitionem vel adverſarii circumventionem: ex hoc male Practici Forenſes aliud formarunt Brocardicum: *Qui Reſtitutionem petit,* *appro-*

Num. 34. De Remedio Nullitatis.

Num. 35. Examinatur brocardicum: Qui petit Re-

ſtitutionem is approbat Sententiam, ubi reſolvitur textus l. 17. de Minoribus.

approbat Sententiam Judicis. Quod ſi eſſet verum, tunc oppoſita eſſent Remedia Reſtitutionis & Nullitatis; imò & Appellationis. Verum iſta explicatio textus, menti Hermogeniani JCti plane non convenit: neque etiam Papiniani *in l. 3. §. 1. ff. rat. rem haberi.* In hoc textu Appellatio dicitur auxilium commune, quo uſus erat Dominus contra Sententiam, in qua Procurator falſus, qui de rato caverat, erat victus. Quid hoc ad approbationem? Nimirum ait Papinianus, *defecit Conditio Stipulationis*, hoc eſt ceſſat Exceptio non factæ Stipulationis ſive Cautionis de rato, qua uti poterat Dominus. Ergò ſequitur ex textu tale axioma: Qui appellat à Sententia contra falſum Procuratorem lata, is renunciat Exceptioni falſi Procuratoris. Quæ Exceptio geſta à Procuratore falſo reddebat nulla, vide Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. de Procurator. §. 27. ſeq.* Ergò renunciat Querelæ Nullitatis. Nemo non videt demonſtrari hoc textu differentiam Appellationis à Nullitatis Querela. Verum quid hoc ad Reſtitutionis in integrum Remedium? Forte ex altero textu *l. 17. ff. de Minoribus.* id colligetur? Minimè. En expoſitionem textus: PRÆFECTI ETIAM PRÆTORIO EX SUA SENTENTIA IN INTEGRUM POSSUNT RESTITUERE, QUAMVIS APPELLARI AB HIS NON POSSIT. Agitur hic de Jurisdictione Præfecti Prætorio circa Reſtitutiones in integrum, quorum poteſtas parvis cunabulis initiata augeri meruit, ut appellari ab iis non potuerit, *l. unic. ff. de Offic. Præfect. Prætor.* ubi etiam aliud recenſetur Privilegium, quod à Sententiis iſtius Judicis non poſſent reſtitui per alios Magiſtratus, ne quidem illi, qui ob ætatem minorem Reſtitutionem mererentur. Antequam iſta auctoritas eſſet conceſſa huic officio, appellare licebat à Sententiis Præfecti Prætorio, *dict. l. unic.* Poteſt ergò Præfectus Prætorio in integrum reſtituere *ex ſua Sententia* dupliciter, vel adverſus Sententiam Judicis inferioris, vel adverſus ſuam Sententiam. HÆC IDCIRCO TAM VARIE: inquit JCtus: Non mirandum eſſe dicit, quod Judex idem, à quo appellari non poſſit, in integrum tamen queat reſtituere. Cum enim tanta eſſet hujus officii auctoritas, ut crediderit Princeps,

eos,

eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos eſſe pro ſapientia & luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus, *l. unic. ff. de Offic. Præfect. Prætor.* mirum videri poſſe, quod Sententia à tali Judice pronunciata correctioni obnoxia eſſe debeat per remedium Reſtitutionis ab ipſo concedendæ. Juſtum tamen eſſe atque æquum, ne beneficium aliquod deeſſet per Sententiam læſis, quod ab ipſo Præfecto eſſet impetrandum: *idcirco tam varie.* QUIA APPELLATIO QUIDEM INIQUITATIS SENTENTIÆ QUERELAM: continet, & irreverenter facturus fuiſſet ſapientiæ & lucis Judicem, qui ore quaſi Principis judicaret, iniquitatis incuſare. Quid igitur faciendum erat ei, qui remedio contra Sententiam Præfecti opus habebat? Magis reverenter erat procedendum & loco iniquitatis error proprius allegandus vel adverſarii circumventio. Hoc eſt, quod dicit JCtus: RESTITUTIO VERO IN INTEGRUM ERRORIS PROPRII VENIÆ PETITIONEM VEL ADVERSARII CIRCUMVENTIONIS ALLEGATIONEM CONTINET. Pertinet igitur hic textus ad modum proponendi & petendi Reſtitutionem, minimè verò dicit: quod is, qui petit Reſtitutionem, Sententiam Judicis approbet, ſane enim qui cauſam redintegrari petit, is ea, quæ Acta ſunt, non approbat, ſed injuriam ſibi illatam eſſe dicit, etſi hoc aperte aſſerere reverentia erga Judicem non permittat, vide Sfort. Oddum *de Reſtitut. in integr. part. 1. quæſt. 1. artic. 64.* Linckerum *Reſponſor. tom. 2. Reſponſ. 15. num. 31.* diſtinguenda ſunt, res ipſa & modus proponendi. Peccatur ſæpe in modo, ut res, quæ alioqui juſte petitur, effectum conſequi nequeat, confer Auctorem veterem *Reſponſ. 7. in Nucleo Reſponſ. Cameralium edito Spiræ Anno 1678.* quem ſub Titulo novo, *Selectiſſimarum Juris Reſponſionum*, Dr. Joan. Frider. Hofmannus, Imperial. Camer. Advocat. & Procurator. frequentiorem quam antea fuit, reddere voluit *Wetzlariæ Anno 1696.* adde Deckher. *in Concord. Suprem. Tribunal. cap. 23. ſect. 3. num. 7. in fin.* ubi ad hoc Reſponſum reſpicit. Atque ita Brocardici illius de approbatione Sententiæ infirmitatem,

tem, & quod ſolida non fundetur ratione, oſtendimus. Approbat utique Sententiam, qui petit Reſtitutionem, ſed non aliter quam ita ut veneretur Judicis auctoritatem, Jurisdictionemque, ſed non approbat quoad contenta, aliter enim petit pronunciari. Verum, ne Inſtantiæ multiplicentur, & Litium eſſet aliquando finis, *nova* utique requirit *Argumenta* Reſtitutionis in integrum remedium ex clauſula generali petitum, Sfort. Oddus *quæſt. 73.* & hoc innuitur per erroris proprii veniam, vel adverſarii circumventionem. Proinde nulla oppoſitio eſt vel contrarietas inter Reſtitutionis in integrum remedium. & Appellationem vel Nullitatis Querelam. Inter remedium Ordinarium & Extraordinarium: Male autem hinc inferret quis. quod utrumque remedium poſſit ſine diſcrimine cumulari. [vid. Maurit. *Conſil. Chilon. 7. num. 46.*] Cumulare ea quæ ſunt diverſa, indiſcreti foret Juris Conſulti. In remediorum Juris uſu & applicatione diſcernenda ſunt quælibet pro rerum & negotiorum diverſitate. Facit huc *l. 9. §. 1. ff. de Tributor. Action. l. 1. Cod. de Furtis.* diſtinctæ ſunt Actiones Reales à Perſonalibus, Petitoriæ à Poſſeſſoriis, unaquæque ſuam habet indolem pro cujusque negotii qualitate hac illave eſt utendum. Fruſtra enim à nonnullis Actionum genera confunduntur, negotiorum humanorum differentiæ, neque enim hoc vult Germana Jurisprudentia. Ita ſeſe res habet in Remediis *Appellationis, Nullitatis* & *Reſtitutionis in integrum.* Si gravatus es à Judice à quo appellare potes, inutile tibi eſt remedium Reſtitutionis, quia eum in finem & eo caſu non eſt Lege vel Conſtitutionibus datum. Si appellare non potes, beneficio Reſtitutionis ex juſtis cauſis uti licebit vel Reviſionis juxta *Receſſ. Imper. 1654. §. 113.* Ita diſtinxere Jura utrumque remedium, non tanquam *Ordinarium* & *Extraordinarium*, ſed cuilibet ſuos aſſignavere fines, tempora, modos Si itaque is eſſet ſenſus Brocardici, quod pars ſuccumbens agnoſceret ex iis quæ propoſuerat in Judicio, Sententiam pronunciatam non eſſe iniquam, ſed ob nova Argumenta corrigendam, hoc ſenſu Brocardici de approbatione Sententiæ latæ utilitas foret nulla. Fluit enim ex ipſa Judiciorum au-

ctori-

Num. 36. Nova Argumenta requirit Remedium Reſtitutionis.

Num 37. Etſi non ſint Remedia oppoſita, tamen non poſſunt cumulari ſine diſcrimine.

ctoritate, quod Sententia Judicis competentis per remedium aliquod ſuſpenſivum juſtis ex cauſis fundatum, emendari queat. Ceſſante igitur Appellatione vel ob rem judicatam, vel ob Privilegium vel alias cauſas, aliis opus eſt Remediis. Quæ ne extendantur in infinitum, ſed Lites terminentur, requiritur omninò, ut nonniſi ex novis Argumentis, vel antea in facti circumſtantiis non ſatis explicatis, peti poſſit Reſtitutio. Hoc verò non eſt approbare Sententiam ita, ut ſequantur effectus Brocardico vulgò tributi. Venio ad Electionem Remediorum & Axioma alterum: *Electo Remedio Reſtitutionis, non datur regreſſus ad Appellationem.* Hujus regulæ ratio adfertur: quia *electo Extraordinario*, ceſſat *Ordinarium:* Rationem rationis ſi petas, ſiccus & ſitiens ab auctoribus recedes. Videamus an ſuppetias ferat Zaſius. Qui per quinque concluſiones earumque temperamenta *dict. cap. 20. ſingular. Reſponſ. lib. 1.* rem totam aperire voluit. *Concluſio Prima & Secunda* nihil lucis adferunt noſtræ materiæ, agunt enim de electione unius ex duobus Ordinariis, vel duobus Extraordinariis.

Num. 38. Examen Axiomatis: Electo Reſtitutionis Remedio non datur regreſſus ad Appellationem.

Concluſio Quarta & Quinta pertinent ad cumulationem de qua antea ſatis diſſeruimus. *Tertia* verò huc facere videtur. Extraordinarium, dicit, concurrit cum ordinario electivè, hoc eſt electo uno excluditur alterum. Ergò ſi Reſtitutio pertineret ad Extraordinaria tertii generis apud Zaſium, tunc excluderetur Appellatio electa Reſtitutione. Verum nimis generaliter poſita dicta concluſio Zaſii admitti non poteſt. Nam per eam excluderetur etiam remedium Reſtitutionis poſt electam Appellationem, quod verum non eſt. Ordinarii & extraordinarii conceptus obſcuri concluſiones pepererunt æque dubias. Itaque omiſſis iſtis tricis alia incedamus via.

Num. 39. Omiſſis iſtis tricis aliter eſt procedendum, diſtinguendo Judicem inferiorem à ſuperiore.

Diſtinguendi ſunt inprimis Judices, inferior, à ſuperiore. Si à Sententia Judicis inferioris appellaſti, non poteris reverti ad eundem pro Reſtitutione impetranda, quia alias fieret injuria ſuperiori, cujus elegiſti Jurisdictionem, & deſerta judicabitur Appellatio. [*cap. 54. X. de Appellation.* Mev. *part. 2. deciſ. 64.* & *part. 7. deciſ. 93.*] Si appellaſti, & non devoluta fuit declarata

Num. 40. Explicatur uſus Brocardici, & ratio reſpectu Sententiæ Judicis inferioris, & quomodo lo-

cus ſit Appellationi.

Appellatio, non impedieris ad beneficium Reſtitutionis reverti currente adhuc Quadriennio. Hoc ſi præterierit à die Sententiæ ab inferiore Judice latæ computandum, fruſtrà petes Reſtitutionem, quia tua culpa appellaſti cum appellare non debuiſſes. Si in juſto verſatus es errore, petere debes à Judice ſuperiore, ut in eventum beneficium Reſtitutionis vel aliud tibi in Sententia reſervet. Porrò ſi adverſus Sententiam inferioris Judicis petiiſti Reſtitutionem in integrum ex cauſis novis, (ea enim eſt hujus remedii natura propter Judicati auctoritatem) Judex verò tibi denegaverit, appellare non prohiberis ad ſuperiorem, Sfort. Oddus *quæſt. 16. artic. 2.* niſi Summæ Quantitas vel Privilegium, vel Cauſæ Qualitas impediat. Appellatio enim licita eſt ab omni Gravamine Judicis inferioris. Gravat autem haud dubie Judex, qui novas Probationes non admittit, neque poteſt eſſe gravior, quam hæc, iniquitas. Si non ſunt novæ Cauſæ, periculo appellabis tuo. Judex interim Appellationem ideo quod Reſtitutionis remedio uſus fueris, non rejiciet, neque frigida iſta diſtinctiuncula: *Remedii Ordinarii & Extraordinarii*, ad denegandos Proceſſus movebitur.

Num. 41. Quo ſenſu nonnullis in locis dicatur Reſtitutio Remedium ordinarium.

Quodſi alicubi Reſtitutionis in integrum Remedium *Ordinarium eſſe dicitur*, [vid. Hahn. *de in integr. Reſtitut. num. 10.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 37. num. 7.*] Brunneman. *Proceſſ. Civil. cap. 28. num. 129.* Schilter. *Exercitat. 11. ad ff. §. 30.* ubi *Brunſwicenſis* & *Pomeraniæ* Ducatus nominantur, (idem de *Paderbornenſi* Epiſcopatu, necnon *Leodienſi Judicio Officialis* in Camera obſervatum memini, conf. Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 8. §. 8. & 9.*) Impropria eſt hujus Remedii ſignificatio, quod, *ut ſuprà dixi*, nova tantum requirit Argumenta. Adeoque Ordinarium non dicitur in oppoſitione ad aliquod Extraordinarium, ſed talis intelligitur modus ſuſpendendi vim Rei judicatæ, qualis in Saxonia eſt *Leuteratio* vel *Oberleuteratio*, hoc eſt Actorum nova *Reviſio*, vide Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit. 4. artic. 1. num. 18.* & *tit. 17. artic. 5. num. 12.* coram eodem Judice, intra Fatale Decendii interponenda & proſequenda, de qua Carpzov. *Proceſſ. Jur. dict. tit. 17.* Rudolphi *Nucl. Proceſſ. part. 1.*

part.1. cap.68. Eſt itaque tale remedium ordinarium ſicut ipſa Appellatio, quia fundatur in Lege vel Conſuetudine Provinciæ ſpeciali. In qua Inſtantia ſi ſuccumbat alteruter Litigantium Appellatio haud dubiè permittitur. *Oberleuteratio*, quæ dicitur, in ſupremis tantum Saxoniæ Judiciis obtinet. Si ſuccumbat is, qui antea victor extitit, hic coram eodem Judice *Leuterationis* vel *Reſtitutionis* remedio (eodem ſcil. ſenſu & effectu) utetur. Et quemadmodum ſuccumbenti in prima Inſtantia liberum eſt an appellare velit ad ſuperiorem confeſtim, an coram eodem Judice experiri Leuterationis beneficio, (quod *Inſtantiam* vocari nolunt Carpzov. *Proceſſ. Jur. tit.4. artic.1. num.26.* & alii Saxones JCti) tum verò ſi in Leuteratione ſuccubuerit, [vel Leuteratio denegata fuerit] ad Appellationem ſe convertere; Ita etiam comparata ſunt remedia *Reſtitutionis, Reviſionis, Supplicationis*, ubi hoc ad inſtar *Leuterationis* eſt introductum, vide Ludovici *Proceſſ. Civil. cap.28.* Esbach. ad Carpzov. *part.1. conſtitut.19.* Lauterbach. *Colleg. Pract. lib.49. tit.8. §.6.8.* Gröning. *Inſtitut. Pract. lib.2. ſect.1. cap.2. §.1. in fine.* ubi de Ducatu *Brunſvicenſi.* Diverſimodè enim obſervamus appellari Remedia ſuſpenſiva adverſus Sententias coram eodem Judice inſtituenda: [conf. B. Auctor. *part.2. Obſervat. Forenſ. 113.*] De inferioribus loquor Judiciis non de Camerali vel Judicio Cæſareo Aulico. In Oſnabrugenſi Epiſcopatu uſitatum eſt remedium *Dictionis Nullitatis*, quod tamen cum Leuteratione Saxonica convenire obſervavimus. In Judicio Officialis Leodienſis uſitatum remedium *Repoſitionis*, ſive Reſtitutionis in integrum, & eo caſu à Sententia, quæ præcedentem confirmat, (*ſtamus Sententiæ noſtræ* eſt phraſis Leodienſis) haud dubiè permittitur Appellatio ad Cameram Imperialem. [conf. B. Auctor. *part.4. Obſervat. Forenſ. 335.*]

Diverſum plane eſt remedium Reſtitutionis ex Jure communi deſcendens Fatali Quadriennii circumſcriptum, de quo hucusque nobis fuit ſermo, quod requirit nova Argumenta in Facto, antea probabiliter ignorata, *l.35. ff. & l.4. Cod. de re judicat.* Umm. *Diſputat.19. theſ.12. num.58. Conc. Ord. Cam. part.3. tit.62.* nisi

Num. 42. Reſtitutio ex Jure communi requirit Argumenta nova circa Factum.

niſi fundetur in cauſa alia juſta, *Ætatis*, (obſervatis monitis Pauli JCti *in l. 24. ff. de Minoribus.*) *Metus*, *Doli* & ſimilibus Jure communi proditis. Hoc Remedium *Extraordinarium* dici non debet, ad effectum impediendi Appellationem. Si quis extraordinarium vellet dicere omne, quod non eſt Appellatio vel Nullitatis Querela, prout facit Umm. *dict. Diſputat. 19. theſ. 12. num. 55.* ubi etiam *Leuterationem* Saxonicam inter extraordinaria refert, noſtra pace licebit. Verborum tantum erit diverſitas. De eo enim effectu loquimur, qui impediat Appellationem vel in Camera Reviſionem. De verbis non diſputamus.

Num. 43. Sententia, quæ rejicit Reſtitutionem ex novis Documentis petitam, non eſt inhæſiva ad effectum denegandæ Appellationis.

Ergò Sententia Judicis quæ Reſtitutionem in integrum denegat accuratè loquendo non dicitur inhæſiva, velut Rei judicatæ inſiſtens, quia actum fuit in nova cauſæ diſcuſſione ex Probationibus novis. Leuteratio, Reviſio, & quæ iis ſimilia ſunt Remedia, novas Probationes non admittunt. Judex verò, qui novas Probationes rejicit, gravat de novo. Inhæſiva Sententia non dicitur, niſi ubi præcedens vires Rei judicatæ accepit. Petita verò Reſtitutio Judicati vim ſuſpendit: [vid. *ſuprà num. 33. circa fin.* & *infrà num. 49.*] Ergò ob Gravamen Judicis novum, Appellationi dabitur locus omninò. Quodſi Reſtitutionis petitio nihil novi comprehenderit, & ideo à Judice fuerit rejecta, Appellatio tamen admitti poteſt, quia in decernendis Proceſſibus Appellationis Cauſæ Merita ad amuſſim examinari Ordinatio Cameralis prohibet. Ex Actis verò prioribus demum cognoſcetur, num fuerint Argumenta nova an antiqua: ſi hoc, periculum erit Appellantis.

Num. 44. Officium Judicis inſtruitur.

Satius tamen facturus eſt Judex in tali caſu, ſi Literas pro Informatione decernat, quo ſecurius deinde in Appellatione vel recipienda vel deneganda procedere poſſit. Recepta Appellatione, ſi Argumenta non fuerint inventa nova & valida, Sententiam puto ferendam *Confirmatoriam*, non verò *Non Devolutoriam*, quia fuit novum in hac Inſtantia, licet apparens tantum, Gravamen. Reformatoria ferri non poteſt, licet Sententiæ primæ iniquitas eluceſcat, quia gravatus appellare debuiſſet intra Fatale, non verò negligentiam obtegere pallio Reſtitutionis in fraudem

demLegis. Aliud dicendum ſi ætatis Privilegium vel ſimiles circumſtantiæ, ob quas etiam alias Reſtitutio conceditur, intervenirent.

Venio ad Sententias Judicis ſupremi, à quo Appellatio ulterior non datur. [vid. *ſuprà Sect. I. ſ. 1. num. 7. pag. 8.*] Scopum eſſe Judiciorum omnium, ut lites terminentur nemo eſt, qui cum ratione ſit negaturus. Ergo finem oportet eſſe Inſtantiarum, & conſtare tandem Sententiæ auctoritatem. Cum tamen errare & labi ab hominibus non ſit alienum, ideo ob lapſum Judicis conſtitutum eſt Legibus Imperii ultimum remedium *Reviſionis:* [De Syndicatu vid. *infrà ſ. 7. num. 24. circ. med.*] Reſtitutionis in integrum verò ex Jure communi obtinet, ſi pars nova proferat circa Factum Argumenta. Reviſionis Judex alius eſt quam qui fuit antea. Reſtitutionis verò idem Judicium Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. ſ. 36.* Textor. *Diſputat. de Reſtitut. ex Clauſula generali theſ. 9. ſeqq.* Neque eſt abſurdum, quod nec Referens mutetur, ſi Reſtitutio fuerit petita, vid. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. ſ. 68.* ubi de augendo numero Aſſeſſorum in Senatu agitur: Quæ ad Solennia Reſtitutionis in integrum pertinent in Camera Imperiali ex Legibus Cameralibus diſcuntur. Cumulari rectè Argumenta nova cum antiquis, & antiqua ex novis clariora reddi non eſt, ut moneamus, vid. Roding. *lib. 3. tit. 60. ſ. 10. ſeq.* hinc providus Judex in tali caſu, ſi ad deciſionem res perveniret, Facti Seriem ex integro conficiet, non verò priori ſimpliciter inhærebit. Ne etiam per calumniam petatur Reſtitutio, cum Executionem ſua natura impediat *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 62. princ.* [Roding. *lib. 3. tit. 60. ſ. 29. ſeqq.*] requiritur per Decreta Generalia. (*a*) Juramentum Speciale præſtandum à Principali, & Advocato & ſimul ipſo Procuratore. [adeo quidem, ut petita Reſtitutione oblatio ad Juramentum purè ſit facienda, non ſub conditione: quatenus Judex permiſerit, *Decret. General. 9. Februar. 1733.* quod tamen à Judice pro ratione circumſtantiarum remitti poteſt vid B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 334.*] Formula Juramenti, quam vide *in Decret. General. 7. Jul. 1669. & 7. Julii 1671.* indicat cautos eſſe debere, qui eo remedio uti volunt, niſi Juramenta in luſu habeant.

(*a*) *In*

Num. 45. De Reſtitutione contra Sententiam Judicis ſuperioris.

Num. 46. Differentia à Reviſione.

Num. 47. Requiruntur nova Argumenta in facto. Ubi de eodem Referente.

Num. 48. Cumulantur antiqua cum novis.

Num. 49. Cautela Referentis.

Num. 50. Juramentum.

Num. 51. Digreſſio de Auctoritate Decretorum Generalium der Gemeinen Beſcheide.

(*a*) *In gratiam eorum, qui Cameralium Rerum adhuc ſunt ignari, addendum putavi* Decretorum Communium, *rectius* Generalium, der Gemeinen Beſcheide/ *originem eſſe antiquiſſimam, ipſi Judicio coævam. Primitus enim ab Anno 1497. fuere lata iſtiusmodi Decreta. Poteſtas ea Collegio Camerali circa formam Proceſſus, quatenus Legibus Imperii publicis non adverſa ſtatuuntur, certo modo eſt conceſſa, quia publicæ rei intererat certi quid in iſtiusmodi negotiis emergentibus ſtatui, donec à Viſitatoribus Cameræ, qui ab Imperio Legislatoria poteſtate ſunt inſtructi, approbaretur, vel quod, rariſſimè factum, corrigeretur,* vide Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. ult. Receſſ. Imper. 1654. §. 94. Bender. de Reviſion. concluſ. 20. num. 72. *vocata fuit aliquando in dubium iſta poteſtas occaſione prædictorum Decretorum Reſtitutionis in integrum modum præſcribentium,* vide Londorp. Act. Publ. tom. 3. pag. 490. Deckher. Vindic. ad Blum. tit. 2. num. 13. & Proceſſ. Informativ. informat. cap. 1. pag. 15. ſeq. Roding. lib. 3. tit. 60. §. 51. *Sed tamen hæc ipſa Decreta cum aliis, exceptis paucis, quorum vis mutatis circumſtantiis erat elevata, confirmata fuere per Viſitationis noviſſimæ Decretum, donec in Comitiis aliud fuerit conſtitutum. Celebritate inſigni ſunt conſpicua potiſſimum illud* 13. Decembr. 1659. *quo Proceſſus Cameralis antiquioris ambages fuere reſciſſa,* 9. & 12. Januar. 1660. *ubi nonnullæ habentur Declarationes præcedentis,* 7. Jul. 1669. & 7. Jul. 1671. *quæ modum præſcribunt petitionibus Reſtitutionis in integrum,* 25. Maji 1693. *ubi poſt Excidium Spirenſe forma Redintegrationis Actorum & Proceſſuum eſt conſtituta. Differunt à Decretis Generalibus ſpecialia, quæ quotidie ad Supplicationes Procuratorum in cauſis ſingulis eduntur: Ab utrisque differunt* Conſulta Cameræ, *id eſt Concluſa Collegii in quæſtionibus Juris Cameralis dubiis. Talia ſunt de Anno 1603. in Cauſis Appellationum ad Officialem Colonienſem, à Leodienſi & Monaſterienſi. Item de Summa non Petitionis ſed Gravaminis ſpectanda in Appellationibus. Utrumque extat inter Decreta Generalia ſub dicto Anno. Editio nova Decretorum Generalium cum Approbatione & Monitis Viſitationis Imperii Receſſibusque Viſitationis & Concepto Ordinationis Cameralis prodiit Wezlariæ Anno 1717.*

Num. 52. Non præſtatur actu Juramentum, niſi admiſſus fuerit Procurator per Sententiam.

Præſtationem hujus Juramenti in eadem Audientia qua Supplica pro Reſtitutione in integrum à Procuratore Cauſæ, (Notario enim id non permiſſum, aliud in Reviſionis petitione, *de qua* §. *ſeq.* vide Blum. *tit. 78. num. 3.* Roding. *lib. 3. tit. 60.* §. *18.*) exhibetur, uſus modernus non requirit, ſed tantum ut paratum ſeſe oſtendat, offerendo Mandatum Speciale. Ratio eſt haud dubie ea, ne Juramenta præcipitarentur, & in eundem abuſum dege-

generarent, qui animadvertitur ſæpius in Juramentis Appellationum, vid. *ſuprà Sect. I. §. 6. num. 28.* Itaque nonniſi examinatis Cauſis Reſtitutionis, Procurator ad præſtationem Juramenti per Sententiam admittitur, denegata verò Reſtitutione, neque Juramento opus erit. Suſpendit interim petitio Reſtitutionis Sententiæ Executionem: Hinc maturanda eſt deciſio cauſarum Reſtitutionis, ne beneficium vertatur in abuſum ad vim Sententiæ eludendam. Petitur Reſtitutio contra quamcunque Sententiam Cameralem, Definitivam & Interlocutoriam, modo Jurisdictio Cameræ fuerit fundata. *(b)*

(*b*) *Elegans diſquiſitio eſt, an Juramentum Calumniæ etiam ſit præſtandum ſi Reſtitutio petatur contra Sententiam in Contumaciam latam. Finge condemnatum fuiſſe Reum in Contumaciam, deinde Exceptiones produxiſſe cum petitione Reſtitutionis in integrum. Certè Formula Juramenti ad hunc caſum non quadrat, neque fortè intentio Decreti Generalis, quod loquitur aperte de Reſtitutione petita ex Argumentis vel Documentis novis. Ergò ſi contumacem Reum non fuiſſe appareat, Juramento etiam opus non eſſe exiſtimarem, ſi verè eſt contumax, Reſtitutione erit indignus. Idem fere eſt dubium, ſi petatur Reſtitutio contra Deſertoriam vel Abſolutoriam à Citatione, nam Juramenti Formula ad hosce caſus quadrare etiam non videtur, adeo ut ad eos caſus Formula peculiaris concinnanda foret. Interim ne aliquid neglexiſſe videantur Procuratores, uti ſolent indiſtinctè Formula præſcripta, arbitrio Judicis relinquentes, an ea opus ſit nec ne.* Num. 53. An etiam præſtetur Juramentum, ſi Sententia ſit in Contumaciam lata, vel deſertoria.

Ubi fundata non eſt Jurisdictio, neque de Reſtitutione poterit judicare, & cauſam, quam ſuæ Jurisdictionis non eſſe pronunciavit, recipere. [conf. B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 107.*] Fluit inde quod concurrentibus cauſis deſertionis & non devolutionis ſemper pronuncianda ſit Sententia non devolutoria, à qua Reſtitutio in integrum non datur, vid. Roding. *lib. 1. tit. 19. §. 42.* & *lib. 3. tit. 60. §. 36.* Mynſing. *centur. 5. obſervat. 3.* Exceptionem caſu rariſſimo habet Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 40. in fine.* Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. de re judicat. §. 23.* Exemplum latæ Sententiæ Reſtitutoriæ [brevi manu] contra Deſertoriam, ubi culpa Procuratoris interceſſerat, addita gravi mulcta, vid. apud Roding. *dict. lib. 3. tit. 60. §. 22.* [alium caſum ſingularem, in quo, rejecta per Sententiam Exceptione

Num. 54. Non datur contra non devolutoriam.

Num. 55. Concurrente deſertione cum non devolutione pronunciatur non devolutoria.

Num. 56. Reſtitutio contra Deſertoriam ob culpam Procuratoris.

non Devolutionis, & ſecuta poſt Mandatum Attentatorum Revocatorium Paritoria, nihilominùs Reſtitutio in integrum citra partis implorationem ex officio Judicis facta fuerat, videſis apud B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 346.*]

Num. 57. Differentia Reſtitutionis quæ fit brevi manu & prævia Citatione.

Contra Fatalia Reſtitutio conceditur vel brevi manu, id eſt ex officio mero Judicis, parte adverſaria inaudita, vel præcedente Citatione partis ad videndum ſe reſtitui. Hæc regulariter obtinet, propter Jus quæſitum tum Parti tum Judici priori. Illa nonniſi partis culpam nullam eſſe pateat apertè, vid. [*Decret. General. 28. Januar. 1657. §. 2.*] Blum. *tit. 78. num. 8. ſeqq.* Roding. *lib. 3. tit. 60. §. 19. ſeqq.* Mev. *part. 1. deciſ. 134. num. 5.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 3. part. 2. ſect. 1. membr. 1. §. 10.* [præjudicium vid. apud. B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 254.*] Ita poſt reſtitutum à diuturno Juſtitio Camerali Judicium, cum Fatalia Appellationum interim interpoſitarum nulla Partium culpa eſſent præterlapſa, omnes quibus decreti Proceſſus brevi manu in integrum fuere reſtituti.

Num. 58. Fatale petendæ Reſtitutionis. Cautela promovendæ Petitionis.

Tempus petendæ & finiendæ Reſtitutionis ex Jure communi eſt Quadriennium, vid. Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 4. §. 2. num. 8.* & *cap. 9. part. 2. §. 37.* Verum ne interim fruſtretur, qui in Sententia Victor extitit, remedium fuit inventum ſalutare, ut terminus parendi Sententiis adjiceretur. Si non pareatur, & Procurator Victoris auxilium Judicis imploret, coarctatur Terminus per Sententiam Paritoriam, quam mox ſequitur Mandatum de Exequendo, *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 83.* junct. *Receſſ. Imper. 1654. §. 76. & 159. ſeq.* [conf. omninò B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 14.*] Qua ratione ſuccumbens compellitur Reſtitutionis petitionem, ſi cauſas ſibi eſſe juſtas putaverit, accelerare.

Num. 59. Alia via moram compeſcendi.

Eſt & alia via moras compeſcendi, ſi quis ad Reſtitutionem petendam provocet, tempusque petat ad exhibendum Libellum, ut præfigatur ei Terminus ſub præjudicio Præcluſionis. Hoc aliquoties factum Sententiæ Camerales docent.

Num. 60. Sæpius Reſtitutio quando petatur.

Et cumprimis eſt neceſſarium, ſi denegata ſemel Reſtitutione ſecunda vice ex novis defenſionibus petatur, *l. 2. & 3. tit. Cod. ſi ſæp.*

in

in integr. Reſtitut. poſtul. De tempore Reſtitutionis petendæ adverſus Sententiam Cameralem *Deſertoriam* notandum eſt, Deſertionis cauſas eſſe varias, Blum. *tit. 55.* Roding. *lib. 1. tit. 32.* non tantum ob Fatalia Reproductionis vel Actorum Requiſitionis, vel Solennia neglecta, ſed etiam ob Attentata partis appellantis, vid. Gail. *lib. 1. obſ. 146. num. 12. ſeqq.* vel aliam Renunciationem tacitam, Blum. *tit. 44. num. 19.* [v. gr. ſi quis in cauſa principali ſe intromittat coram Judice gravante, poſt interpoſitam Appellationem, Exceptiones vide apud B. Auctor. *Symphorem. tom. 1. Conſultat. 40. pag. 947.* & *tom. 2. Conſultat. 26. pag. 1252. lit. A.*] Si in Reproductione [vel Inſinuatione, vid. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 355.*] ſit defectus, deridenda foret ſimplicitas Procuratoris appellatæ partis, ſi compareat in Judicio, cum ſecurus eſſe poſſit denegatum iri Proclama, cujus denegationis effectus eſt Appellationis deſertio, vid. Blum. *tit. 66. num. 34. 35.* [ſi tamen culpa Procuratoris defectus contigerit, Reſtitutio in integrum ex officio decerni poteſt, B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 124.* ſi vitium Inſinuationis provenerit à Mandatario Appellantis, vid. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 355.*] Ob neglectum Fatale Trigeſimi pro requirendis Actis conſtitutum, Deſertoriæ Sententiæ ſunt rariores, quia ſi hic defectus vel etiam in Solennium præſtatione ex Inſtrumento Appellationis apparet, Appellationis Proceſſus à Referente provido extrajudicialiter non decernuntur, ſed denegantur. Exemplum [Judiciale] quod legitur apud Roding. *lib. 3. tit. 22. §. 12.* extitit ante publicatum *Decret. General. 13. Decembr. 1659.* [En Hiſtoriam hujus Exempli: in cauſa Baumheuer contra de Bruyn lata eſt Sententia Deſertoria 27. Maji 1658. Blum. *Sentent. Cam. Num. 399.* ob neglectam Requiſitionem Actorum intra Fatale Legis. Ab hac Sententia Reſtitutio, ut ſero nimis petita, rejecta eſt 11. Februar. 1659. Blum. *Sentent. Cam. Num. 485.* poſtea 12. Decembr. 1659. Reſtitutio adhuc denegata, Blum. *citat. tractat. Num. 593.* & tandem 2. Martii 1660. Reſtitutoria lata fuit, Blum. *citat. tractat. Num. 626.* quæris de eventu? in cauſa principali agmen claudebat Sententia

Num. 61. De tempore Reſtitutionis petendæ adverſus Sententiam Deſertoriam vel contra lapſum Fatalis.

Confirmatoria 25.Maji 1677. vid. Deckher. *Sent. Cam. Num. 929.*] Sufficit autem Requiſitio Actorum ſemel facta legitime. Caſus enim iteratæ Requiſitionis Actorum *in Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 63.* eſt ſpecialis, ſi à Judice Terminus ad Acta extradenda præfigatur, vid. *ſuprà §. 2. num. 11. pag. 181.* adeò ut fruſtra petantur & producantur extra iſtum caſum Documenta negligentiæ in requirendis Actis. Ponamus autem caſum Deſertoriæ Sententiæ, ob defectum in decernendis Proceſſibus non animadverſum, vel circa Requiſitionem Actorum, vel Solennium, quæritur quodnam ſit conſtitutum tempus Reſtitutionis petendæ? Reſpondetur ex *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 62. §. 3.* eſſe tempus non Quadriennii, ſed tale quod re adhuc integra competebat. A qua Lege expreſſa dimoveri nemo debet, ſi Exempla forte exiſterent temporis longioris admiſſi. Nam non judicamus ab Exemplis ſed ſecundùm Leges, neque omnium Exemplorum eædem ſunt circumſtantiæ. Minimè itaque exiſtimandum, quod contra Legem expreſſam Obſervantia contraria locum habere queat. Si Deſertoriæ Sententiæ audiuntur, non putandum eſt ſtatim cauſam eſſe neglectum Fatalis, vel Solennium, & exinde præjudicium colligendum, more perverſo Cauſæ Patronorum quorundam, qui à Rationibus Decidendi male conjectis confeſtim in locos communes inferunt aliquod præjudicium, quod deinde publicis Scriptis mandatur. Ecce rationem veriſſimam quare præjudiciis paſſim ab Auctoribus allegatis, niſi de circumſtantiarum veritate ex Actis conſtiterit, parum habeatur fidei. Eadem Lex *dict. §. 3. tit. 62.* obtinet haud dubie, ſi ob lapſum Termini petatur Reſtitutio, quod in Ordine Novarum per Receſſum oralem fieri ſolet. Frequenter Procuratores ſi Terminus Legalis vel collectus fuerit effluxus, per talem petitionem conſulere ſibi tentant, plerumque ſine ulla cauſæ juſtæ allegatione vel probatione. Stricte potius eſt inhærendum Conſtitutioni, ne fruſtranea ſit Legislatio.

Num. 62. Reſtitutio non impeditur per præſtitum Juramentum.

Reſtitutioni in integrum non obeſt præſtitum ab adverſario Juramentum à Judice delatum, dummodo argumenta Reſtitutionis argumenta ſint talia, ex quibus rem aliter ſe habere concludi queat, vid. Cævallos *Specul. quæſt. 540.* Cum

CumReorum condemnatorum ſubſidium ſit fuga & variæ, quotquot injicere poſſunt Executioni, moræ; mirum non eſt, ſi plerumque petatur Reſtitutio ad Executionis curſum ſiſtendum. Hinc ſi petens Reſtitutionem implorationi ſuæ probabilem fumum non faciat, merito rejecta imploratione Judex eum ad parendum adſtringet. Falluntur qui putant ideo tantum quod Reſtitutio petita ſit, quacunque etiam ex cauſa Executionem eſſe ſiſtendam, vid. Vincent. Carocium *de Remediis contra Præjudiciales Sententias except. 47. num. 22. 46. 50. & 57.* ubi Sententiam communem multorum JCtorum auctoritate firmat, Mynſing. *centur. 1. obſ. 48.* Robert. Lancellot. *toto Tractatu de Reſtitutione in integr.* qui reperitur *in Volumine Tractatuum variorum de Reſtitut. in integr. tom. 3.* [an decretum Mandatum de Exequendo, currente adhuc Quadriennio, excludat Reſtitutionem in integrum, diſquirit, & negativè decidit B. Auctor. *tom. 2. Symphorem. Conſultat. 3. pag. 174.*] Num. 63. Quando Reſtitutio petita Executionem non impediat.

§. VII.

Ultimum eſt *Reviſionis Remedium*, ſed difficile, ſumtuoſum, anceps. Non ea Reviſionis petitio, quæ in inferioribus Judiciis obtinet, ſed quæ in Camera, vid. diſtinguentem accuratè Textor. *diſputat. 13. ad Receſſ. Imper. Noviſſ. theſ. 23. ſeqq.* Reviſionis Cameralis fontes ſunt *in Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 63.* & *Receſſ. Imper. 1654. §. 124. uſque §. 133.* Quomodo dicatur Reviſio *Extraordinarium Remedium* dixi *ſuprà Sect. I. §. 13. num. 7. pag. 128. ſeq.* Celebris eſt Tractatus *Benderi*, olim Aſſeſſoris Cameræ, de Reviſionibus magno labore & eruditione, inſertis variis digreſſionibus materias Juris explicantibus, conſcriptus, ſed ante Receſſum Imperii Noviſſimum, in quo Benderi ſententia, quod Reviſio petita Executionem non ſuſpendat in futuris Reviſionibus, fuit approbata, exceptis certis caſibus ibidem expreſſis, vid. Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 8. §. 3. num. 3.* & *cap. 9. part. 2. §. 11.* Blumius agit de Reviſione *tit. ult.* Roding. *lib. 3. tit. 61. §. 53. ſeqq.* ubi Hiſtoria controverſiæ de ſuſpendenda Executione recenſetur. Num. 1. Reviſio ultimum refugium. Fontes materiæ.

Difficile eſt Remedium, quia multas habet ambages, *Petitionis*, apud Eminentiſſimum Electorem Moguntinum, vid. Blum. Num. 2. Eſt Remedium difficile.

 num. 15.

num. 15. Roding. *ſ. 6.* *Notificationis*, Collegio Camerali faciendæ: (fit etiam notificatio ad Imperatorem per Electorem Moguntinum more antiquo, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 63. princ.* Blum. *tit. 79. num. 6.* cujus rationem eſſe puto, quod cum Viſitationes & Reviſiones eſſent antehac annuæ, Imperator, & ejus Commiſſarius certior fieri deberet de Cauſis in Reviſorio tractandis.) *Introductionis* per Notarium Collegio Camerali Juramento non obſtrictum, Blum. *tit. 78. num. 3.* & *tit. 10. num. 88.* Roding. *ſ. 78. ſeqq.* *Formulas* vide ibid. *num. 76.* plenius apud Hertium *volum. 1. tom. 2. diſputat. 2. de Reviſor. Judic. in Appendice.* Neque impeditur Notarius quicunque in Album relatus, ſive ut ajunt, Immatriculatus, [de Notariis Immatriculatis vid. B. Auctor. *Idea Philoſoph. ſimulat. Colloq. 2. pag. 92.* add. idem *part. 2. Obſervat. Forenſ. 118.* ubi de officio Notariorum in negotio Reviſionis late agit.] quia nullus iſtorum jurejurando Camerali obſtrictus eſt. Oportet autem Præſidi vel Aſſeſſori Audientiam dirigenti ante initium Audientiæ indicari, ne abſolutis Procuratorum Ordinibus, (nam antea non licet loqui Notario) hic inexpectatus velut ex inſidiis erumpat. Ineptus autem eſt Notarius, qui an liceat ſibi Reviſionem introducere quærit, & reſponſum præſtolatur. Imperitus, qui Termino Fatali Reviſionis in Camera interponendæ præterlapſo, à Camerali Judicio poſtulat Reſtitutionem contra lapſum Fatalis. *Convocationis* Reviſorum per Electorem Moguntinum, Roding. *ſ. 11.* *Congregationis*, cui variæ injiciuntur facile moræ, ceſſantibus Viſitationibus & Reviſionibus annuis, niſi hæ reducantur in uſum.

Num. 3. Eſt ſumtuoſum. *Sumtuoſum eſt* ob depoſitionem certæ Summæ in caſum Succumbentiæ Fiſco Imperiali inferendæ, [*Ord. Cam. part. 3. tit. 52. ſ. 2.*] Roding. *ſ. 20. 21. & 23.* de Pauperibus, ibid. *num. 22.* Sumtus Reviſionis à Statibus Imperii, qui Conſiliarios ſuos delegant, ſunt erogandi, eſt enim onus publicum.

Num. 4. Eſt anceps. *Anceps eſt*, ob incertitudinem eventus, & pœnam temere petentis, jacturam ſcil. Summæ depoſitæ, vel ſi pauper eſt, corporis afflictivam, vid. Roding. *dict. ſ. 22.* Sententiarum Cameralium in Reviſorio Judicio correctarum

rum Exempla numerantur perpauca, vid. Bender. *de Reviſion. concluſ. 20. num. 208.* Tantum abeſt ut metuat vel ſubterfugiat Collegium Camerale Reviſiones, vid. Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 12.* ut potius integritatis ſuæ teſtimonia fuiſſe, & futura eſſe exiſtimet. Olim cum annuæ eſſent & Viſitationes & Reviſiones, florentiſſimum fuiſſe Judicii Cameralis ſtatum Hiſtoriæ teſtantur.

Num. 5. Reviſiones non metuit Camera.

Quæ ſint Cameralis Collegii partes petitâ Reviſione paucis delibabimus. *Primò*, cognoſcit & judicat de ipſa Reviſione an cauſa ſit talis quæ Reviſionem admittat. Neque enim in omnibus Cauſis, ab omnibus Sententiis datur Reviſio, vid. *Receſſ. Imper. 1654. §. 125. & 127.* [Textor. *citat. Diſputat. 13. §. 16. ſeqq.* Bender. *de Reviſion. concluſ. 10.*] Roding. *§. 38. uſque 41. §. 67. & 103.* Blum. *num. 9. uſque 12.* Hertius & Coccejus uterque *Diſſertat. de Reviſor. Judic.* ille [*volum. 1. tom. 2. diſputat. 2.*] *§. 13.* hic [*volum. 1. diſſertat. 21.*] *§. 7. ſeqq.* Hinc multa ſunt Exempla Reviſionis denegatæ vel non acceptatæ; judicat enim Camera de non-devolutione Reviſionis, Lauterbach. *lib. 49. tit. 8. §. 7.*

Num. 6. Officium Judicii Cameralis circa Reviſiones petitas.

Num. 7. Cognitio de cauſa.

Deinde, ſi Cauſæ Qualitas Reviſionem non impedit, cognoſcit & judicat Camera de Fatalibus Reviſionis & Formalibus, [vid. *infrà num. 18.*] vide *SCtum Cameræ de Anno 1619.* Roding. *§. 68. ſeq.* conf. Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 12. 13.* Quæ ſi obſervata non fuerint, pronunciatur deſerta, Roding. *§. 73.* Striĉtiſſimè autem Fatalia & Formalia ſunt obſervanda, nihil hic ab eo qui hoc remedio vult uti negligendum. Meminimus aliquando à Sententia quæ denegabat Reviſionem, [vid. *infrà num. 18.*] novam Reviſionem petitam fuiſſe, ideò quod Camera quæ de Formalibus cognoviſſet ſemel, de eodem Gravamine rurſus cognoſcere non poſſet. Omninò fruſtra. Et ad Executionem Sententia fuit deduĉta.

Num. 8. De Formalibus & Fatalibus.

Tertiò, ſi & hic nihil deficiat, cognitio eſt Cameralis Judicii de *Cautione* præſtanda ad obtinendam Executionem, Roding. *§. 83. ſeq.* nec non de Pecunia Succumbentiæ, ſalva quoad hunc articulum ratificatione Reviſorum, *Receſſ. Imper. 1654. §. 126.* Roding. *§. 23.* Hæc omnia priusquam reĉte ſeſe habeant & ſint deciſa,

Num. 9. De Cautione, & Summa deponenda in caſum Succumbentiæ.

ciſa, petens Reviſionem, ad Juramentum Reviſionis, à quo nemo eſt immunis, vid. Lyncker. *dict. tractat. cap. 5. ſect. 1. §. 21. num. 15.* non admittitur. Vide Exempla & Formulas *in Collectionibus Sententiarum Cameralium.*

Num. 10. Quid Aſſeſſoribus incumbat in ipſa Reviſione.

Quartò, in ipſa Reviſione Aſſeſſorum Officium eſt, & eorum quidem qui Relationi & Sententiæ formandæ interfuerunt, Roding. *§. 17.* Acta unà cum Statuum Imperii Conſiliariis ſive Delegatis perpendere, Cauſas & Fundamenta Sententiæ exponere.

Num. 11. Sententia Reviſorum.

Hi verò Commiſſarii delegati ſoli, recedentibus Aſſeſſoribus, Judicium Reviſorium præſtito prius jurejurando ferunt, vid. Roding. *§. 12. 13.* ubi etiam Formulæ Sententiarum in Reviſorio.

Num. 12. Summa Tractatus Benderi de Reviſionibus.

Addere placet *ſummam Concluſionum* Benderi. ***Prima:*** tribuit Reviſioni nomen Remedii Extraordinarii. ***Secunda** & **Tertia:*** agit de Fatali interponendæ & Termino proſequendæ, qui articuli poſt *Receſſ. Imper. 1654.* aliter ſeſe habent, adde Roding. *§. 94. 95.* ***Quarta:*** declarat Reviſores eſſe Judices delegatos non ordinarios, Gailii ſententiam tamen *lib. 1. obſ. penult.* non absque ratione eſſe dicit, vid. Roding. *§. 17. 18.* ***Quinta** & **Sexta:*** agit de Depoſitione Pecuniæ in caſum Succumbentiæ, & præſtatione Cautionis. ***Septima:*** de Cautione Juratoria Pauperis, quam admittit. ***Octava:*** de Pœna temerè Reviſionem petentis. ***Nona:*** de Reſtitutione Pecuniæ depoſitæ ſi Sententia retractetur. ***Decima:*** de Sententiis cum Definitivis tum Interlocutoriis, in quibus locum habet Reviſio. ***Undecima:*** Reviſionem ſemper in Scriptis eſſe petendam. ***Duodecima** & **Decima Tertia:*** Cauſam petitæ Reviſionis exprimere non eſſe neceſſe, etiamſi ſit Sententia Interlocutoria. ***Decima Quarta:*** definit, quod Sententia Interlocutoria retractata, Cauſa ad Cameram ſit remittenda, Roding. *§. 34.* Lyncker. *dict. loc. §. 17.* ***Decima Quinta & Sexta:*** agit de Modo deducendi Gravamina & reſpondendi. ***Decima Septima:*** de Juramento Reviſorum. ***Decima Octava:*** Nullitatem Proceſſus, ſi de Meritis Cauſæ conſtet, attendendam non eſſe. ***Decima Nona:*** agit de Sententia Reviſorum, ibidemque de Paritate Votorum, quæ Sententia nuper in controverſia Monaſterienſi

fuit

fuit ventilata, vid. *Elect. Juriſpubl. tom. 2. ſect. 12. Vigeſima:* tractat prolixè quæſtionem de effectu Reviſionis ſuſpenſivo & devolutivo. *Vigeſima Prima & Secunda:* examinat Quæſtiones connexas præcedenti Articulo, de non ſuſpendenda Executione neque per Viſitatores, neque per Imperatorem. *Vigeſima Tertia & Quarta:* Cameræ eſſe Executionem Sententiæ à Reviſoribus latæ confirmat. *Vigeſima Quinta:* Reviſionem negat habere locum à Sententia Judicis inferioris, à quo appellare non licet, ſed Supplicationis remedium, ubi differentiæ utriusque exponuntur. *Vigeſima Sexta:* excluſum ab Appellatione non excludi à Supplicatione. *Vigeſima Septima:* non eſſe admittendam Supplicationem, ſi Summa ſit inferior, quam ea quæ requiritur ad Appellationem in Camera. *Vigeſima Octava:* vel etiam inferior quam Summa Privilegii ſive Statuti. *Vigeſima Nona:* negat Supplicationis beneficium tolli poſſe in totum. *Trigeſima:* certos tamen limites recte conſtitui. *Trigeſima Prima:* Contumacem verum repelli à Supplicatione, fictum non item. *Trigeſima Secunda:* admitti Reviſionem vel Supplicationem in Actione ex Lege Diffamari. *Trigeſima Tertia & Quarta:* non admitti in Cauſis Criminalibus excepta cauſa fractæ Pacis Publicæ, vid. Coccej. *de Judic. Reviſor.* §. *10. Trigeſima Quinta:* largitur Reviſionem in Judiciis Poſſeſſoriis ordinariis, quoad effectum devolutivum. *Trigeſima Sexta:* Clauſulam *Appellatione remota* non excludere Supplicationem. *Trigeſima Septima:* non dari Reviſionem ſecundam à Sententia Reviſorum Confirmatoria, non tamen excludi à Sententia, quæ priorem retractat. Diſſentiunt à Bendero Coccej. §. *32. ſeq.* Hert. §. *30.* Textor. *Diſputat. 13. ad Receſſ. Imper. Noviſſ.* §. *47.* quorum Sententia rationibus nititur à Bendero non deſtructis. [& approbatur contra Benderum à B. Auctore *part. 1. Obſervat. Forenſ. 54.*] *Hucuſque Benderus.*

De Supplicationis Remedio in Aula Cæſarea uſitato juxta *Inſtrum. Pac. Weſtphal. artic. 5.* §. *55.* noſtrum non eſt inſtitutum agere, [vid. *infrà num. 27.*] vid. Henniges *in Meditat. ad dict.* §. *55.* Lauterbach. *lib. 49. tit. 8.* §. *5. num. (6.)* Ludovici *in Proceſſ.* Num. 13. De Supplicationis Remedio remiſſivè.

Civil. cap. 29. §. 9. ſeqq. cumprimis Deckher. *Concord. Suprem. Tribunal. cap. 23. ſect. 4.* [& ad Offenbach. *de Reviſione num. 2. ſeqq.*] Rumelin. *ad Aur. Bull. cum Addit.* Myleri *part. 2. diſſertat. 2. theſ. 29. 30.* Uffenbach. *de Judic. Imperial. Aul. cap. 23. ſect. 4.* Andler. *Corp. Conſtitut. Imperial. tom. 2. voce Reviſio.*

Num. 14. Obſervationes de Reviſionibus: de Edicto Ferdinandi Imperatoris.

Subjungamus obſervationes nonnullas in Reviſionis materia celebres: *Edictum Ferdinandi III. Imperatoris 31. Decembr. 1653.* Terminum Fatalem trium Menſium conſtituit intra quem Reviſiones olim ante *Receſſum Imperii* petitæ, quia Lex hæc tantum de futuris Reviſionibus ferebatur vide *§. 124.* eſſent proſequendæ. [conf. B. Auctor. Anmerckungen zu Gerhards kurtzen Unterricht/ wie die *Proceſſe &c. Diſcurſ. 3. cap. 4. §. 10. & ſeqq.*] Scilicet nulla fere publicabatur Sententia contra quam Reviſio non peteretur. Ratione non obſcura, quia paucis cauſis exceptis vide *Receſſ. Deputat. 1600. §. 146.* ſuſpendebatur Executio Sententiæ per petitam Reviſionem. Approbatum fuit à Statibus Imperii Edictum illud Ferdinandinum *in Receſſ. Imper. §. 126. & 130.* Ergò ſi quis neglexerit Fatale illud Reviſionis proſequendæ, fruſtrà deinde, ad Reviſionem petitam provocando, Executionem Sententiæ impedire tentabit. Requiritur autem ut in Camera Imperiali etiam demonſtratus fuerit animus Reviſionem proſequendi: Legitur *Edicti Tenor* apud Roding. *lib. 3. tit. 61. §. 60.* Et apud Lünig. Reichs-*Archiv Parte Generali.* Praxin teſtantur Sententiæ Camerales recentiores, ex quibus unam hic adjunximus: (*a*)

(*a*) *Veneris 30. Martii 1703.* In entſchiedener Sachen Weyland Georg von der L. dann auch Carl Caſpar Freyherrn von der L. jetzo deſſen Erben und Conſorten in Actis benannt/ wider auch Weyland Johann Wilhelm von F. nachgelaſſene Wittib und Conſorten, jetzo Adrian Guſtav von F. Appellationis, in puncto Reviſionis; Iſt Dr. Z. ſein am 6. Septembr. und 29. Novembr. nechſt vorigen Jahrs beſchehenes Begehren noch zur Zeit abgeſchlagen/ ſondern von Amts wegen der Beſcheid: Wofern Lt. S. daß ſeine Principalen oder dero Vorfahren/ nach dem hiebevor durch Lt. R. bey dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht am 4. Junii 1621. eingebrachten/ wegen der bey damaligem Herrn Churfürſten zu Mayntz/ als Reichs-Cantzlern/ geſuchten Reviſion, aus der Chur-Mayntziſchen Cantzley erhaltenen Decret

Decret vom 31. Maji ſelbigen Jahrs/ dem hernach in das Reich unterm 31. Decembr. 1653. außgelaſſenen Kayſerlichen Edict gemäß/ in dem darin angeſetzten Termin, oberwehnter ihrer geſuchten Reviſion halber ſo wohl bey dem Herrn Churfürſten zu Maynz/ als des Heiligen Reichs Ertz-Cantzlern/ als auch bey dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht/ ſich gebührend gemeldet und erklåret haben/ daß ſie die Sache zu proſequiren gedencken/ glaublich beſcheinen wird/ wozu ihme Zeit 3. Monathen pro Termino & Prorogatione von Amts wegen angeſetzt/ daß ſolches gehöret werden / und er thue ſolches oder nicht / nichts deſto weniger auf des Gegentheils ferneres Anrufen in der Sache ergehen ſolle/ was recht iſt.

Inſecutum eſt deinde aliud *Edictum Leopoldi Imperatoris Anno 1668.* quod ad Terminum Conventus Reviſorum reſpicit, ſed effectu caruiſſe docuit eventus: vide querelas Judicii Cameralis in der Staats-Cantzley *tom. 5. pag. ~~193.~~ 189. ſeq.* Num. 15. De Edicto Leopoldino ad terminandas Cauſas Reviſionum ad effectum non deducto.

Poſt Receſſum Imperii Reviſionis petitio Executionem quidem non ſuſpendit, [conf. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. poſt Obſervat. 400. Corollar. 3.* Exceptionem vid. *in Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 124.*] & proinde moderatius eo remedio utuntur Victi per Sententiam, ſed tamen ſatis frequenter interponi Reviſiones audimus. [conf. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 306.*] Ita ut nova aliqua Lege de terminandis Reviſionibus interpoſitis opus foret. Annuæ cum eſſent olim Reviſiones & ordinariæ, brevi terminari poterant Cauſæ ad Reviſores delatæ, neque deficit ea in re Legislatio, vid. *Receſſ. Imper. 1654. §. 128. ſeqq.* ſed effectus Legislationis iſtius adhuc expectatur. Congregatio Reviſorum extra ordinem non ſine ingentibus Sumtibus impetrari poteſt; difficilis etiam praxis, ut omnes, qui hucuſque Reviſiones petierunt, in Sumtibus concurrant. Quæ enim futura eſſet proportio; An nulla? Non deerunt forte plerique, qui ſi ad erogandos Sumtus deveniendum eſt, Cauſæ diffidere incipient, neque periculum Reviſorii experiri. Interim interponuntur ſæpe Reviſiones ut Adverſarius Victor, ſi forte Cautionem præſtare nequeat, effectu Sententiæ non fruatur. Interim donec aliquando annuæ Reviſiones in uſum revocentur, multæ poſſunt intervenire rerum mutationes. Num. 16. De Fatis Reviſionum poſt Receſſ. Imper. 1654.

Num. 17. De Cautione præſtanda à Victore.

Cautionem exigit *Receſſ. Imper. Noviſſ.* §. *124.* ut Victor Executionem obtineat. Modus Cautionis non definitur, ſed Judicis Cameralis arbitrio eſt relictus. Satisdationem per Fidejuſſores neque vult Lex Cameralis, neque invenietur Fidejuſſor, qui tali in caſu fidem obſtringere velit ſuam. *Aſinina* quam vocant *Cautio*, (*b*) hoc eſt Depoſitio Quanti per Sententiam adjudicati, vel Pretii Quanti res æſtimatur, exigi non poteſt, quia non eſt in facultatibus omnium hominum, qui in Judicio triumpharunt.

(*b*) Vide Balduin de Pignor. & Hypothec. cap. 2. ex Macrob. in Saturnal. *Scipio Cornelia Gentis Princeps cum Sponſores ab eo ſolenniter poſcerentur, Aſinam cum Pecunia onere produxit in Forum, quaſi pro Sponſoribus præſens Pignus.*

Grave ſatis eſt Victori, quod Bona ſua obligare debeat, neque tamen Reviſorii Judicii prævidere queat vel initium, multo minùs exitum, & ſic in perpetua ſit incertitudine, careatque Bonorum ſuorum uſu libero, ſi fortè Hypothecæ obligare aliquid neceſſum habeat. Remedium à Legislatoria poteſtate expectatur.

Num. 18. Camera Imperii cognoſcit de Formalibus Reviſionis & de Cautione.

Interim optima ratione conſtitutum, ut Camera Imperialis de Formalibus Reviſionis, nec non de Cautione ſufficiente cognoſcat ſine ulteriori Reviſione. Alias enim infelix foret Judicii Status, nulla Sententiarum Executio. Ita ſi Reviſio non à Sententia Definitiva, ſed à ſequente Inhæſiva interponeretur, quod perperam fieri nonnunquam animadvertimus, merito rejicietur petita Reviſio. Si cum perplexitate eſſet petita ob Gravamina, quæ non pertinerent ad adverſarium Victorem ſed tertium, rejicietur etiam Reviſio. Si à Sententia per quam rejicitur Reviſio nova peteretur Reviſio, ideo quod Camera de Formalibus ſemel cognoviſſet, neque ulterius poſſet cognoſcere, frivolus petitor cum ratiocinatione ſophiſtica meritò repelletur. Cæterum ab Appellationibus argumentum eſt ad Reviſiones in Lege fundatum, vid. *Receſſ. Imper. 1654.* §. *125. in princ.* & §. *127. in fin.* [quomodo verò differant Fatalia Appellationis & Reviſionis latè exponit B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 117.*] Igitur quemadmodum Appellatio non admittitur ſi Appellans proxime ante Terminum Fatalem Quatuor Menſium præterlapſum Appellationem introduxerit, ita & Reviſio

ob

ob talem coarctationem meritò rejicietur. In Judiciis inferioribus Reviſionis Remedium etiam obtinere in Cauſis per Appellationem ad Cameram non devolvendis, notum eſt. [conf. *ſuprà Auctar. XI.*] Licet verò omnia, quæ de Reviſionibus in Camera conſtituti ſunt Juris, ad Reviſiones Judiciorum inferiorum non applicari queant; nihilominùs à Sententia, qua Cautio ſufficiens declaratur, Reviſionem novam admittendam non eſſe exiſtimo. In Camera certum eſt non admitti, quia hoc ipſo Effectus Suſpenſivus per *Receſſ. Imper. 1654. §. 124.* ſublatus reduceretur. Ergò ſi Lege Provinciæ Effectus Suſpenſivus non obtinet, ſequitur quod iſta nova Reviſio locum non habeat, quia hoc ipſo ſuſpenderetur Executio. Dici non poteſt quanto ſtudio Victus in Judicio tentet Cautionem impugnare. In Camera ſæpe in Supplementum, non tamen ſine Cauſæ Cognitione, admiſſam *Juratoriam Cautionem* vidimus. Benderus in admittendo Cautionem Juratoriam, etiam ab eo qui nihil in re præſtare poteſt, facilis eſſe videtur, vid. *concluſ. 20. num. 183. ſeqq.* ſequitur Benderum Harprechtus *Diſſertat. de Caution. Jurator. §. 45. 46.* Leges publicæ nihil definiunt, ſed arbitrio Judicis relinquunt deciſionem *Receſſ. Imper. 1654. §. 124. verſ.* Wie auch wann ein Armer ꝛc. ſane arbitrium intelligi debet non vagum, vel perſonis indulgens, ſed Juridicum, Legibus informatum, ita ne finis Legum fruſtretur. Cautionis finis eſt, ut Adverſarius reddatur ſecurus. Finis obtineri nequit, ubi agitur de reſtituendo eo, cujus petitur Executio à Paupere, cumprimis ſi eſſet quæſtio de Pecunia numerata, vel de Fructibus ex re immobili tradendis liberæ diſpoſitioni ejus, quî pro Paupere eſt habitus. Juratoria Cautio verbalis tantum, Securitatem debet curare, quantum fieri poteſt, & id voluiſſe Legislatores exiſtimo. In verbis etiam Juramento firmatis parum Securitatis erit ſi Pauperi Pecuniarum ſit facultas libera. Prudentia igitur utetur Judex. ne per Cautionem Juratoriam, quæ ſane plane exulare non poteſt, periculum inferatur parti, & ne Sententia Reviſorii fiat fruſtratoria. Multum hic intererit an ex certis Probationibus, an ex Conjecturis ſaltem, an ex Legibus vel receptis Sententiis, an

Num. 19. De Cautione Juratoria.

ex Jure controverſo cauſa aliqua ſit deciſa. Et ſic conſideratio erit, an non Reviſorum Judicia facilius in aliam Sententiam ire poſſent, quo caſu Cautio Juratoria difficilius admittetur.

Num. 20. An Reviſio admittatur poſt Sententiam quæ denegat Reſtitutionem in integrum.

Reviſionis Beneficium an detur contra Sententiam, quæ petitam ex novis Argumentis Reſtitutionem denegavit & præcedentem Sententiam confirmavit aliquando fuit dubitatum. *Rationes negandi* adferuntur: Quod utrumque ſit Remedium extraordinarium, vid. Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. §. 37. num. 7. & §. 38. num. 2.* uno vero electo excludi alterum, ne lites protrahantur in infinitum. Deinde, poſt plures conformes Sententias Appellationem non concedi, ergò nec Reviſionem. Ratio negandi prima infringitur per ea, quæ §. præcedente diſſeruimus. Alteræ opponitur, quod doctrina de tribus conformibus Sententiis in Camera non ſit recepta, vid. *ſuprà Sect. I. Membr. I. §. 14. num. 30.* *Rationes affirmandi* ſunt: Quod Reviſio ſit ultimum Remedium Juris. Quod in Legibus nullibi inveniatur hoc caſu excluſum. Neque ullum adhuc inveni Interpretem Juris, qui denegaſſet. Utique requiruntur Termini habiles, ſcil. Reſtitutionem ex Probationibus vere novis fuiſſe petitam, non frivolè & calumnioſè ſed pertinenter: facit huc argumentum *ex Receſſu Deputat. 1600. §.* Als auch Streit vorgefallen/ ꝛc. *144.* qui locus eſt inſertus *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 63. §. 5. ibi:* Wann in cauſa *Reſtitutionis in integrum* Reviſio geſucht worden/ ꝛc. Schwanman. *Proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 75. num. 27. ſeq.* & *obſ. 182. num. 2.* add. Klock. *volum. 3. conſil. 140. num. 47.* Deckher. *in Concord. Suprem. Tribunal. cap. 23. ſect. 3.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 7. part. 1. §. 2. num. 14. pag. 565.* Beſold. *Theſaur. Pract.* ibi allegatus, refert ſeſe ad Tobiæ Ulrici à Gülchen *Diſputationem de Reſtitut. in integrum:* hæc *Argentorati habita fuit Anno 1651.* ubi *theſ. 7. lit. a.* allegantur Exempla admiſſæ in caſu propoſito Reviſionis, in Cauſis (1.) Dr. Millens contra Ritterin/ Mandati de dimittendo Hypothecam. (2.) Metzenhauſen contra Metzenhauſen/ Mandati de edendo legitimum Inventarium & reddendas Rationes. (3.) Stopler contra Hamſtatt/ Appellationis tertiæ.

Acta

Acta ipſa non fuere ad manus ex quibus & tempus & circumſtantiæ potuerint cognoſci. (*c*)

(*c*) *Adde* Diſputat. *ſub Præſidio Schvvederiano Tubingæ editam* de Concurſu & Electione utiliori Remediorum contra Sententias Supremorum Tribunalium cap. 3. §. 10. pag. 55.

Id equidem eſt extra dubium, quod Reviſionis interpoſitæ effectus ſequi poſſit nihilòſecius, licet Camera Imperialis interpoſitionem rejecerit. Rejectionis ea ſaltem eſt vis, ut ad Executionem Camera procedere queat, ſine onere Cautionis præſtandæ à Triumphante. [*Receſſ. Imper. Noviſſ.* §. *125.* Blum. *tit. 79. num. 21.* Roding. *lib. 3. tit. 61.* §. *73.*] Quodſi Reviſores advenerint ad talem cauſam tractandam, tum quidem Camera vel Senatus rationes rejectionis à ſe factæ dare ſciet. Neque enim Reviſionis beneficium denegatur, niſi defectus animadvertatur in Formalibus, tum in Tempore petendæ Reviſionis, tum in Solennibus Lege requiſitis. Num. 21. Reviſio non acceptata tamen effectum ſortiri poteſt.

Differt Reviſionis remedium à Reſtitutione in integrum, ſubjecto & materia, Reſtitutionis Judex eſt idem qui fuit antea, Reviſionis, ſunt Deputati ex Statibus Imperii. [vid. *præced.* §. *6. num. 47.*] Reſtitutio petitur ex novis Probationibus; Reviſorium Judicium novas Probationes planè reſpuit. Unde eſt valdè anceps & difficile, plerumque inutile, *dict. Diſputat. de Concurſu & Electione Remediorum contra Sententias Supremorum Tribunalium cap. 4.* §. *2. pag. 64.* Num. 22. Differentia Reviſorii Judicii à Reſtitutione in integrum.

Naſcitur hinc quæſtio non inutilis, quam in facto contigiſſe non memini quidem, ſed tamen exiſtere poſſe credo: An Reviſione petitâ, excludatur remedium Reſtitutionis in integrum, ſi novæ Probationes in curſu Reviſorii fuerint inventæ? Dicam opinionem meam non pro auctoritate, quam totâ hac commentatione mihi neutiquam arrogo, ſed pro libertate ſentiendi privata, rationibus tamen ſubnixa. Axioma vulgare: quod uno remedio extraordinario electo excludatur alterum, nulla niti ratione Juris ſuprà oſtendi. Intellige ſucceſſivè, ſimultaneè enim utroque uti non licere nemo dubitat. Ergò ſi Probationes revera Num. 23. An petita Reviſio excludat Reſtitutionem in integrum ex novis Probationibus.

novæ

novæ fuerint inventæ poſt petitum & introductum Reviſionis remedium, nulla mihi videtur ratio concludens dari poſſe, quare non uti liceat ea probatione, currente adhuc Fatali Quadriennii, coram Judice anteriore, ita ut interim Reviſionis curſus ſiſtatur, ſalvo Judicis Officio in examinandis iſtis Probationibus, an aliquid inſit momenti, vel an retardandæ litis cauſa ſaltem proferantur, nec non in Solennibus Juramenti aliorumque exigendis. Si dicas, ſaltum fieri ab uno remedio ad aliud, Reſpondeo, non fieri frivolè, ſed ex cauſa juſta, neque artem boni & æqui pati, ut aliquis à Probatione, quam antea non habuit, præcludatur. Reviſorium verò Judicium de novis Probationibus judicare nequit, quia hoc foret contrarium naturæ Reviſorii. Ergò ad Judicem præcedentem, qui tulit Sententiam, contra quam petita fuit Reviſio iſta, cognitio ſpectabit. Id verò alia ratione fieri nequit quam per Reſtitutionis in integrum beneficium. Si quis contra hanc meam ſententiam rationes alias magis fundatas attulerit, eas libenter ſum accepturus. (*d*) [Huc pertinet quæſtio, an præterlapſo Fatali interponendæ Reviſionis, Reſtitutio in integrum per Notarium peti poſſit à Judicio Camerali? quam negativè decidet, & alia ad materiam Reviſionis pertinentia ſingularia illuſtrat B. Auctor. *part. 2. Obſervat. Forenſ. 118.*]

(*d*) *Cum hæc dudum ſcripſiſſem, contigit mihi lectio erudita* Diſſertat. *Tubingenſis Inauguralis* Hilleri, *ſub Præſidio* Schwederi *Celeberrimi JCti habita:* De Concurſu & Electione utilioris Remediorum contra Sententias in Supremis Imperii Tribunalibus latas. *Ubi eadem defenditur ſententia* cap. 3. §. 8. pag. 49. ſeqq.

Num. 14. An Reſtitutio aliquando concedenda, licet non adſint novæ Probationes.

Quid ſi Judex in Reſtitutionis Inſtantia ponderatis Actis deprehenderet, non adeſſe quidem nova, ſed tamen talia Argumenta, quæ ad contrariam Sententiam permoverent? Non concedi poterit Reſtitutio, ſed ad Reviſorium confugere debuiſſet is qui ſuccubuit, quod ſuo periculo neglexit. Nam ideo quod Referens modernus vel Senatus aliam foveret Sententiam, judicatum infringi nequit Senatus priſtini. Quid ſi error manifeſtus prioris Referentis doceretur. Liceat fingere talem caſum. Durum ſane foret denegare Reſtitutionem ſuccumbenti, qui de iſto errore infor-

formatus eſſe nequit, ideo quod error vel aliquid pejus ad Reviſorium Judicium vel Syndicatus pertineret. Finge eos, qui Sententiam concluſere, in vivis amplius non eſſe. Ergò ſanè Executionis Progreſſum tali caſu valdè durum fore, eſſem exiſtimaturus. Quid agendum ſit exiſtente tali caſu, Lege nihil ſanciente, cuilibet dux erit ſua conſcientia, conf. Textor. *Deciſ. Palatin. 99. num. 4. ſeqq.* Harprecht. *volum. nov. conſil. 12. num. 72.* Sfort. Odd. *de Reſtitut. in integr. part. 2. quæſt. 73. num. 32.* & *quæſt. 79.* Zaſius *in l. 33. ff. de Judic.* & *ſingular. Reſponſ. 13.* Trentacinq. *de Sentent. Reſolut. 3.* Ummius *diſputat. 19. theſ. 12. num. 57. 59. & 61.* Ne verò ejusmodi Caſus exiſtat, rectè facient Aſſeſſores, ſi cum Referentis Actorum ſumma, Acta ipſa in Senatu conferant, ut non ad ejus Relata, ſed ex propria Scientia Vota ſua dicant. Equidem id noſtro tempore fieri quotidiè, novimus. Neque deſunt unquam inter præſentes, qui Actorum Collationem ſuſcipiant libenter, quandoque pro rei gravitate domi perſcrutentur, vide *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 74.* Utile eſt ad hunc finem, ut utraque Partium Factum, de quo agitur, Scripto comprehendat inter Aſſeſſores diſtribuendo, juxta *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 71. verſ.* Zweytens ſolle beyden Theilen ꝛc. [conf. *ſuprà §. 4. num. 28.*] Et ſic conſtabit Auctoritas Judicati, augetur Judicii exiſtimatio & erga Senatores Imperialis Cameræ omnium, qui in ea controverſias habent, fiducia, atque ad Judicatum etiam contra ſe admittendum eique parendum, animus. De Reviſione & Syndicatu commentationes veterum notatu & lectione dignæ extant inter *Monumenta Lectionis Cameralis antiquæ* Deckherri *pag. 419. uſque 460.* ubi *pag. 456.* monitum habetur valdè commendandum iis non ſolum, qui ejusmodi remedio utuntur, ſed & qui ad Judicium tale conſtituendum delegantur.

Reviſorium remedium ſemel tantum dari non eſt quod moneamus, veruntamen ſi contigerit in Reviſorio Sententiam reformari, tunc non denegatum iri hoc remedium parti quæ ſuccubuit, tradit Benderus *de Reviſ. concluſ. 37.* vide quæ diximus *ſuprà num. 12.* in recenſione iſtarum Concluſionum. Interven- Num. 25. De Reviſione ſecunda & Interventione apud Reviſores intentata.

Hh tio-

tionem Tertii in Reviſorio locum non habere, ſed ad ſeparatam Actionem eſſe remittendum intervenientem, tradit Lyncker. *Deciſ. 1145.* Mev. *part. 5. deciſ. 307.* & *part. 7. deciſ. 212. & 219.*

Num. 26. Nullitatis Remedium contra Sententias Camerales non obtinet.

De *Remedio Nullitatis* contra Sententias ſupremi Judicii Cameralis notandum eſt, id non admitti, & Advocatos vel Procuratores, qui ita inſcribunt Supplicas, vel Narrata aut Petitum eo dirigunt, graviter mulctari. [conf. Klock. *de Contribution. tit. 19. num. 398.*] Ratio eſt evidens, ob Auctoritatem Judicii, & ſecurus ſit tandem Victor de litis fine. Remedium hoc alias nonniſi 30. Annorum ſpatio per Præſcriptionem excluditur. Quam multi forent quæſo Litigatores, qui ſi per Sententias quandoque in pluribus Inſtantiis ſuccubuerunt, tandem ad hoc remedium confugere vellent. Et cum Jure Imperii ſtatuta ſint duo Remedia legitima contra Sententias Camerales, *in integrum Reſtitutio* & *Reviſio*, ad quam etiam pertinet *Syndicatus* ad rariſſimos atque difficillimos caſus referendus, haud dubie excluditur Tertium, odioſiſſimum Nullitatis, vid. Roding. *lib. 1. tit. 34. §. 11. 12.* Referens apud Klock. *Relat. 31.* Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 29. & §. 38. Diſſertat. Inaugural. Tubing.* Hilleri *ſub Præſidio* Schwederiano *habita de Concurſu & Electione utiliori Remediorum contra Sententias Supremorum Tribunalium cap. 2. §. 10. pag. 31.*

Num. 27. De differentiis quibusdam circa hæc Remedia in Judicio Imperiali Aulico.

Concordiam Supremorum Tribunalium Imperii ſcripſit Deckherrus & reperitur *in Volumine Conſultationum*, cum acri quandoque, ſed non indigna cenſura contra Uffenbachium. Studium foret maxime optandum, ut conſonantia utriusque Judicii, & in quibus differant, explicaretur. Sed hoc requirit Virum in utroque Judicio verſatum, non eum qui hoſpitii inſtar & tranſeundo ſaltem informationem accepit perfunctoriam. Ergò vix ſperandum ut iſta Opera unquam plenius & fundatè tradatur.

Nobis hic viſum fuit de Remediis contra Sententias aliqua decerpere. *Nullitatis Remedium* in Judicio Aulico ſunt qui admittunt ex textu *Ordinat. Judic. Imperial. Aul. Ferdinandi III. tit. 5. §. 6.* Uffenbach. *cap. 23. ſect. 1. pag. 263.* cujus auctoritas fortè alicujus momenti viſa Auctori *Diſſertationis Inauguralis ſuprà allegatæ*

gatæ

gatæ de Concurſu & Electione utiliori Remediorum contra Sententias Supremorum Tribunalium cap. 2. §. 10. pag. 32. ſeq. Sed faceſſere debere omninò talem querelam ceu remedium peculiare nominatum etiam in Judicio Imperiali Aulico rectè ſentit Deckherrus ad Uffenbach. *dict. loc.* & is eſt verus ſenſus *Ordinat. Judic. Imperial. Aul. dict. loc.*

Supplicationis Remedium verum eſt, & loco Reviſionis introductum *Inſtrum. Pac. Weſtphal. artic. 5. §. 55.* [conf. *Capitulat. Leopold. artic. 42. Joſeph. artic. 41.*] (unde & promiſcuè etiam *Reviſio* appellatur) quod tamen à Reviſione Camerali non in Fatalibus, ſed in Effectu Suſpenſivo differt, quem retinuit in Judicio Imperiali Aulico, *Ordinat. Judic. Imperial. Aul. tit. 5. §.* Dafern ſich nun ꝛc. *6. ibi :* Das *Remedium Suſpenſivum* nicht benommen werde. Allegatur tamen ab Auctore Anonymo, qui *Notas perpetuas ad Ordinationem Judicii Imperialis Aulici* conſcripſit, Præjudicium aliquod contrarium Votis pluribus concluſum in der Oldenburgiſchen Succeſſions-Sache : adde Andler. *Jurisprud. lib. 2. tit. 20. verſ. Quod porrò dictum eſt &c.* vid. omninò Deckher. *in Concord. Suprem. Tribunal. cap. 23. ſect. 4. num. 20. ſeqq.*

Reſtitutionis in integrum Remedium in Aula Imperiali non minùs obtinere dubium non habet. Sed an eodem rigore, uti in Camera, novitas Documentorum ſive Argumentorum (non Juris ſed Facti) requiratur, & Juramenti adeo gravis præſtatio, uti exigitur per *Decreta Generalia Cameræ Anno 1669. & 1671.* & *in Receſſ. Viſitat. Noviſſ.* approbatum eſt, ita ut ne quidem Imperii Status eorumque Conſiliarii quâ Advocati ab eo ſint exemti, donec in Comitiis aliud ſtatuatur, vid. *Decret. Viſitat. 27. Novembr. 1713. ad dicta Decreta Generalia.* De eo equidem *Ordinatio Judicii Aulici* nihil diſponit, neque de Praxi iſtius Auguſti Judicii ſum certus. Si credendum eſt Auctori *Breviculi Praxeos Judicii Aulici tit. 58. num. 5. 6.* non obſervatur iſte rigor in Judicio Aulico. [confirmat hoc aſſertum Præjudicium in cauſa Comitiſſæ Bentheim-Tecklenburgenſis contra Comitem de Solms-Braunfels, quod refert Flender. *Diſſertat. de Jurisdict. Imperial. cap. 6. §. 4.*]

Num. 28. Concluſio & Tranſitus ad ſequentia.

Pertractatis hucuſque Juris Cameralis materiis illuſtrioribus conſilium erat hic ſubſiſtere, & commentationem finire. Subnatis deinde cogitationibus de *Stylo Camerali* iisque ſcripto collectis, non diſplicuiſſe eas Amicis animadverti, quamobrem eas Supplementi loco addere viſum fuit.

§. VIII.

De Stylo Camerali.

Num. 1. Ingreſſus: Quid Legibus de Stylo ſancitum?

Lex Cameralis Judicii publica jubet in decernendis Proceſſibus & Deciſionibus Cauſarum ſtylum uſitatum obſervare, *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 4.* Alibi, Obſervantiam Judicii æque ut Jus Commune ſcriptum ſequendam eſſe, neque ab eo tramite recedendum ſancitur, *part. 2. tit. 25. §. 11.* adde *part. 1. tit. 14. §. 7. 8. 9.* Theſis ergò eſt in Lege Imperii fundata, non eſſe abeundum à *Stylo* recepto. Non loquimur hic de vi obligandi an Conſuetudini iſta virtus inſit, an ex Pacto derivetur. Perinde nobis erit utrumque, & per Legem Cameralem *Stylum* quoque in Legem abiiſſe dici poſſet non perperam. Hoc verò non expeditum eſt *quid ſit Styli.* Equidem intelligi *Jus non ſcriptum, per Actus plures uniformes in Societate Civili introductum*, omnes conſentiunt. Quinam verò ſint iſti Actus in ſpecie hoc explicatum fuit particulatim, ut occaſio ferebat, à diverſis Auctoribus, qui hoc fecerit ex inſtituto, inventus eſt nemo. Et ſane res eſt ardua & difficilis.

Num. 2. Quid dicatur Stylus.

Experiamur an lineas quasdam projicere poſſimus, ex quibus figura diſtincta formari queat. An non futura ſit irregularis ipſe ego valdè metuo. Si quis primæ delineationi ſecundam perfectiorem ſuperaddere voluerit, ei gratias ſum habiturus. Blumii tradita *tit. 2. §. 19. ſeqq.* non cohærentia relinquo. Ex illo enim loco nihil, in quo animum figas, addiſces. Majori cum Judicio ea in re verſatus Deckhertus *in Vindiciis.* De *Stylo Curiarum* extant *Diſſertationes Dietherri, Beſoldi, Eybenii*, ſed hi ad Titulos reſpexere potiſſimum, de quibus nos ſolliciti non ſumus.

Num. 3. Auctores qui de Stylo egerint. Diverſitas Styli Cameralis à Stylo Curiarum.

Diſtin-

Diſtinctio Styli præcipua eſt in eum, qui pertinet ad *Statum Perſonarum Cameralium*, & qui ad *Negotiorum Tractationem*. Prior conſideratio abſolvitur omnibus iis quæ ad Perſonarum Conſtitutionem pertinent, quatenus non Lege expreſſa ſed Obſervantia nituntur. Blumius in Titulis prioribus, qui de Perſonis agunt, pauciſſima annotavit, potior pars ipſi, credo, ignota fuit. Quæ ſupplenda ſunt, Lector in ſequentibus Notis ad Titulos Blumianos reperiet. [conferenda verò inprimis ſunt B. Auctoris *Colloquia ad part. I. Ordinat. Camer.* quæ publici Juris ſunt facta 1735.] Volui enim Blumii Librum hic & in tota Commentatione noſtra adhibere non Auctoritatis gratia quæ eſt omninò nulla, ſed quia Liber iſte, (judice Deckherro *in Vindic.* ad Blum. *tit. I. in princ.*) vota ſui Auctoris longe ſupergreſſus, omnium manibus teritur, proinde ad fines ſuos merito reducendus. Poterant in hoc Articulo de Perſonis & Officiis addi plura, quæ tamen alii & tempori, & labori ad Ordinationis Partis Primæ Titulos potiores, reſervo. Neque hoc diffiteor, poſſe aliqua mutari forte in meliorem formam, ſunt enim haud dubie externa in Collegii arbitrio, ſed vel antiquitatis tenacitas, vel quod metuatur neſcio quid mali, hucuſque cogitationes mutationis removit. Tamdiu ergò *Stylus* erit, donec placito communi mutatio contigerit. De externis Solennibus loquor, quæ uſu obtinuerunt, non de iis capitibus, quæ Lege ſunt conſtituta.

Num. 4. Diſtinctio Styli ratione ſubjecti & objecti.

Num. 5. Ordo tractationis ad locos Blumianos.

Poſterior Conſideratio erat de Stylo in Negotiorum Cameralium tractatione. Eſt autem duplex, una pertinet ad Collegium Camerale & vel ad Negotia, quæ Collegii ipſius Conſtitutionem ingrediuntur, & vocantur *Materiæ Pleni*, vel ad Res Judiciarias, quæ dicuntur *Materiæ Senatuum*. Altera, ad Expeditionem Rerum concluſarum in *Cancellaria*. De hac, placet dicere primo loco. Non mutandum eſſe Stylum Cancellariæ ſine urgenti ratione teſtatur *Sententia Cameralis 30. Junii 1542.* in *Collectione Seileriana*. En *Exemplum*: olim in Expeditionibus Proceſſuum Narrata Supplicationis de verbo ad verbum inſerebantur, mutatis ſaltem verbis præſentis temporis in imperfectum vel plus-

Num. 6. Stylus circa Negotia.

Num. 7. De Stylo Cancellariæ. Circa Expeditiones Proceſſuum.

quamperfectum conjunctivi modi. Obſervatus hic Stylus fuit pro norma uſque ad *Receſſ. Viſitat. Noviſſ.* per quem mutatio contigit, vid. *ibi* §. *48.* & *Memorial. Cancellar.* §. *10.* adde die Anmerckungen zum *Concept* der Cammer-Gerichts-Ordnung *ad part. 1. tit. 41.* §. *19.*

Circa Titulos. Aliud Exemplum de *Titulis*: utitur Cancellaria Cameralis Titulatura eadem, quæ eſt in uſu Cancellariæ Imperialis Aulicæ. Nihilominùs ſi Dignitas nova & Titulus alicui ſit collatus ab Imperatore, eſt enim hoc pars *Reſervatorum*, niſi etiam ſit facta Inſinuatio in Camera & Jura Cancellariæ Camerali præſtita, non datur iſte Titulus ex Cancellaria Camerali. Eadem eſt ratio Inſinuationis Privilegiorum. Lex ea de re non exiſtit. Ergò ad *Stylum* pertinet, approbatum per Taxam Cancellariæ.

Reliqua in Legibus, cumprimis Viſitationis Noviſſimæ expreſſa eſſe reor, adeoque à conſuetudine non amplius dependere.

Circa Conquiſitionem Actorum. De Juribus *Conquiſitionis Actorum* antiquiorum nihil reperitur in Taxa per Viſitationem confirmata, vid. *Memorial. Cancellar.* §. *26.* Ergò etiam ad Stylum referre licebit.

Num. 8. Non omnia quæ fiunt ſunt Styli. Cæterum in hac materia de Stylo tenendum eſt, non omnia, quæ ſæpe facta ſunt, & quotidie fiunt, ad Stylum eſſe referenda. Poſſunt enim eſſe aliqua Legi contraria.

Num. 9. Quæ ſint arbitraria; ubi de Formulis Expeditionum. Pleraque ſunt mere arbitraria, quæ pro ratione Loci, Temporis, Commoditatis, Perſonarum aliarumque Circumſtantiarum mutantur, & propterea ad Stylum minimè ſunt referenda. Quo etiam puto pertinere *Formulas* Expeditionum Proceſſuum vel Documentorum Cameralium, quarum plerasque collegit *Lierius*. Ex quibus ſi nihil mutatur, putabis non adeſſe mutationis cauſam. Accidit tamen ſæpius in Cauſis Mandatorum, ut ex conſilio vel Referentis, vel pro rei gravitate, Senatus, expeditio ſit facienda. Sententiarum & Decretorum formatio non eſt Cancellariæ ſed Aſſeſſorum munus.

Num. 10. Quæ ſint Styli in Collegio Camerali. Ubi de ordine Votorum in Pleno. Pergo ad res quæ ſunt Collegii Cameralis. De *Ordine Votorum Pleni* ſequentes Notæ ad Blum. *tit. 6. 7.* ſufficient. Cætera quæ ad *Pleni* Directionem pertinent ſunt in Legibus & Receſſu Viſitationis clare expreſſa, adeoque nihil ex *Stylo* amplius referunt.

Niſi

Niſi forte à conſuetudine eſſe velis, (1.) quod nunquam audiantur in Pleno Miniſtri Statuum Imperii ad Cameralis Judicii locum, etiam cum Literis Credentialibus, miſſi, qui negotia ſua Judici, Præſidio, & Aſſeſſoribus privatim exponunt. Num. 11. Specialia quædam de Audientia Miniſtris Statuum danda.

(2.) Quod ad Literas Imperii Statuum in Rebus Judiciariis ad Cameram tranſmiſſas non reſpondeatur, ſed ipſo facto, id quod res exigit, ſuo tempore & ordine, expediatur. Aliud eſt, ſi ſit materia publica, Collegii conſtitutionem ingrediens, tum enim fit pro re exigente reſponſio. De Literis in Rebus Judiciariis.

(3.) Quod Literæ Collegii obſignentur non Sigillo Imperiali, ſed privato. Et quidem Judicis, vel Præſidis dirigentis & Aſſeſſorum quatuor. Hi verò ſunt non iidem ſemper, ſed juxta Ordinem Seſſionis, alii atque alii, qui ordo à Pedello obſervandus. De Obſignatione Literarum Collegii.

(4.) Quod in Collegio vel Pleno, vel Senatu negotia determinentur Votorum numero non eſt à Stylo, ſed à Lege & natura Collegii cujuſcunque, cum alia ratione exitus dari nequeat, vide Thomaſ. *de Jure Conſuetud. & Obſervant.* §. *30.* De Majoribus Votis.

De *Rebus Judiciariis* difficilior eſt inſpectio. De his enim præcipue loquitur Lex Cameralis à principio allegata: adde Denaiſium *Rubrica: Stylus Cameræ.* [*tit. 288.*] Diſtinctio inter Stylum *Proceſſuum decernendorum* & *Cauſarum decidendarum* in textu eſt fundata. [vid. *Receſſ. Imper. 1570.* §. *76.*] De Formulis Decretorum & Sententiarum hic non eſt ſermo, ſed de re ipſa. Dixi de Formulis, quæ dici fortè poterant, *in Præfatione Collectionis Novæ Sententiarum*, ad quam Lectorem Benevolum remitto. Num. 12. Diſtinctio Styli in Rebus Judiciariis.

Ad rem ipſam, ſive Cauſarum Merita ſpectat doctrina de Præjudiciis, ſive Rerum Judicatarum *Exemplis*. Hæc enim *Stylum* conſtituere, & quidem eum quem ſequi oporteat, vulgò creditur. Eo fine *Collectionem Præjudiciorum* factam eſſe putares ab *Aſſeſſore Anonymo*, quam *Symphorematis ſui Partem III.* conſtituit *Gylmannus.* Hunc eſſe uſum *Meichſneri, Gylmanni, Klockii* in Relationibus aliorumque ſimilium multi perſuadentur. Sic in Opere *Rulanti, de Commiſſariis*, in *Conſiliis* à *Klockio* collectis, in *Roſenthalio*, in *Rodingii Supplementis*, imò in ipſo *Gailio* & *Mynſingero* aliis- Num. 13. De Præjudiciis, quatenus Stylum faciant.

aliiſque ſæpiſſime Exempla ſive Præjudicia Cameralia nominari videas, idque in vim confirmandi doctrinas ibi traditas. Non alius fuit finis eorum, qui Supplicationes à Procuratoribus Judicio Camerali exhibitas collegerunt & in Claſſes redegerunt, additis *Decretis Judicii* quæ fuere deſuper reddita. Scilicet ut eſſent Exempla in decernendis Proceſſibus. Verum Blumius, quam male nonnunquam iſtis Exemplis ſit uſus, oſtendit Deckherrus *in Præfat. ad Collectas à ſe Sententias Camerales.* Poſſent monſtrari adhuc Errores longe plures, ſi eſſet operæ pretium. Econtra alii verè ſtatuerunt, quod Judex, qui normam ſui Judicii non aliam quam ab ejusmodi Exemplis peteret, inſignem proditurus eſſet vel iniquitatem vel imperitiam, vid. Deckher. *in Præfat. ad Relat. Cam.* Nobis rata ſunt verba Mauritii JCti ſuæ ætatis præſtantiſſimi, poſtea Aſſeſſoris Cameræ *in Præfat. ad Conſil. Chilon.* Præjudicia, inquit, magnam quoque Praxeos partem faciunt, ſi rectè iis utatur aliquis, ac omnia, quod rariſſimè contingere ſolet, congruant, nec Juri manifeſto repugnent, aut à pluribus numero ſuperentur. Eſt verus uſus tunc præcipuus, ſi dubia Statuti vel Legis verba iis declarentur, aut ambigua Conſuetudinis controverſia definiatur: refert ibidem Mevium *Prolegom. ad Jus Lubec.* Vultej. *Conſil. Marpurg. 34. num. 53.* Cothman. *volum. 1. Reſponſ. 13. num. 24.* Placet quoque diſtincta explicatio hujus rei à Deckherro *in Vindic.* ad Blum. *tit. 2. num. 24. ſeqq.* tradita, qui locus cum ſit prolixior, bona tamen cum ratiocinatione compoſitus, eum Lectori, prout opus erit, evolvendum & cum ejusdem *Præfat. ad Relat. Cam.* conjungendum, relinquo. Quid igitur erit habendum tandem de *Stylo Camerali* in decernendis Proceſſibus, & decidendis Cauſis? Theſis eſt vera, eſſe eum ſequendum, quia eſt in Lege fundata. Sed applicatio in hypotheſi eſt difficilis, dicerem propemodum impoſſibilis, quia id, quod ad Stylum ſive Obſervantiam pertinere dici poſſit in rei veritate, eſt incognitum plerumque. Nam licet Viſitatores Cameræ voluerint eas res in ſcripturam redigi, *Memorial. Judic. & Aſſeſſ. Anno 1562. §. 5. in fine.* tamen id factum non eſt, neque fieri potuit, vide *Præfat. noſtram*

Num. 14. Quid de Stylo Camerali in decernendis Proceſſibus Cauſisque decidendis ſit ſentiendum.

noſtram ad Collect.Nov.Sententiar.Camer. adde Deckher. *Vindic. tit. 2. num. 20. in fine.* Qui *in Præfat. Relat.* ait, & id quidem veriſſimè: Nihil Præjudiciorum nomen mereri niſi *Concluſo totius Collegii* fuerit approbatum, & eo fine ut in futuris Cauſis ſimilibus eſſet ſequendum. Verum hujus rei Exempla ſunt admodum pauca, & quæ extant, per Decreta Generalia publicari conſuevere, ut adeo vim Legis habeant proviſionaliter. Quæ poteſtas Collegio Camerali *in Ordinat. part. 2. tit. 36.* eſt tributa. Et acceſſit auctoritas Decretis iſtis antiquioribus per *Decret. Viſitat. 27. Novembr. 1713.* quod reperitur adjunctum *Editioni Novæ* der Gemeinen Beſcheide. Quæ poſt Viſitationem fuere in Collegio concluſa, ſunt autem pauca & ad Proceſſum tantum pertinentia, *in Commentatione noſtra ſuis locis* recenſuimus. Hac itaque ratione, ſi ad Præjudiciorum vim ſcil. in decernendis Proceſſibus & decidendis Cauſis requiritur Concluſum Collegii eo fine factum, omnia iſta Statuta Legis erunt, neque amplius ad *Stylum* referenda. Et ſic, quod ſuprà verebar, ſtructuram aliquam *Styli* ordinatam fieri non poſſe concluditur.

Non invidebo cuicunque, qui conſtructionem aliquam ſuſceperit. Legislatores, ubi de *Stylo Camerali* obſervando loquuntur, ſub ea voce etiam ea intellexere, licet abuſivè, quæ ex Jure, Privilegiis, & Conſuetudine Provinciæ cujusque Imperii, cumprimis ex Praxi, hoc eſt applicatione Legum ad negotia occurrentia, ſunt diſcenda. Quotusquisque enim eſt ex Neo Aſſeſſoribus, quantacunque etiam Eruditione inſtructus & alibi exercitatus, qui ea in parte informatione opus non habeat? [vid. *Viſitat. Memorial. Judic. & Aſſeſſ. 1562. §. 5.*] unde conjungi in Senatibus Aſſeſſores Veteres cum Neo receptis Leges præcipiunt. Tandem quod attinet ad ea, quæ non ad Cauſarum dijudicationem, ſed ad Ordinem Proceſſus ſpectant, quæ *externa* merito dixeris, diffitendum non eſt, quod dentur varia quæ à Conſuetudine mera repeti debent, & in Exemplis explicari poſſunt: Qui ea collegerit ſtudio peculiari, nondum eſt inventus. Blumius aliqua ſuo Operi paſſim inſperſit. Sæpius ad Stylum, ad Obſervan-

Num. 15. In externis admittitur Stylus.

Errores Blumii.

 tiam,

tiam, ad Experientiam, ad Praxin provocans. In iis ſunt aliqua, quæ *ad Stylum* ſeu Conſuetudinem rectè referuntur. Aliqua non ſunt à Conſuetudine, ſed ab ipſa Lege. Sunt alia, quæ *Styli* eſſe Blumius putavit, quæ tamen ita ſe non habent, & imperitiam Auctoris arguunt. Sunt denique alia quæ Blumio vel non fuere nota, vel prætерita. Quapropter potiſſima, quæ Styli eſſe dicuntur, ad Examen revocare inſtitui, uſus ea in re Scriptoribus duobus: Primò, Anonymo qui *Obſervationes* vulgò *Magenhorſtianas* evulgavit. Inſcriptio Libri: *Novarum Cameræ Imperialis Styli Obſervationum Centuria una*, occaſionem dedit, ut de iſtarum Obſervationum, quas paſſim allegari deprehendimus, & veritate & utilitate aliquid diceremus, & ad ſingulas noſtra adderemus Notamina: Alter Scriptor eſt qui omnium manibus teritur Blumius. Ex ejus Opere *de Proceſſu Camerali* excerpſi loca, ubi ille Styli, Obſervantiæ, Praxeos, Experientiæ fecit mentionem, & quomodo ſeſe res habeat, brevibus Annotationibus indicavi, additis iis quæ à Blumio non fuere tradita? Utraſque Annotationes pro Concluſione hujus Opuſculi ſubjungo.

Num. 16. Methodus Tractationis ſequentis.

Num. 17. Animadverſiones ad Obſervationes Magenhorſtianas de Stylo Camerali.

Animadverſiones breves ad OBSERVATIONES STYLI CAMERÆ IMPERIALIS Auctoris incerti, quæ MAGENHORSTIANÆ (*a*) vulgò citantur. In quibus nonnulla *in præcedente Commentatione* dicta, vel omiſſa, plenius explicantur & ſupplentur. Seriem Obſervationum Numerus Romanus, Summarium verò Obſervationis uniuscujusque Materiam oſtendit.

(*a*) *Pſeudonymus eſt* Julianus Magenhorſt, Practicus Germanus, *ſub cujus ficto nomine editi ſunt etiam* Commentarii in Ordinat. Camer. Anno 1600. Francofurti in 8vo. *Horum verò Auctorem fuiſſe Aſſeſſorem Cameræ ex* Deckherri Editione *conſtat. Non idem fuit* Obſervationum *neque Auctor neque Editor. Sed quia Typographus aliquis iſtas Obſervationes* Commentariis Kochianis *per Pſeudonymum* Julianum Magenhorſt *editis adjunxit, ideo creditum vulgò, ſed perperam, eundem fuiſſe Auctorem*, vide Deckher. in Bibliotheca Juris Cameralis pag. 39. 40. 41. 43. & pag. 47. 48. *Edidit has Obſervationes inter alia* Monumenta Lectionis Cameralis antiquæ cum Notis quibusdam Deckherrus. *Qui tamen multa adhuc monenda reliquit.*

I. Agit

I. Agit de Tempore producendi Articulos Defenſionales quorum hodie per *Receſſ. Imper. 1654.* nullus amplius eſt uſus. In locum hujus Obſervationis utiliorem ſubſtituere viſum fuit de *Probationibus* & Dilatione, quam vocant, probandi. Differt enim ea in re Stylus antiquus à moderno. Hujus fundamentum & occaſio eſt ex *Lege Imperii 1654. §. 34. & 37.* per quam Articulati Libelli & Exceptiones ſive Defenſionales Articuli fuere aboliti. Cum enim antehac Actor nihil quam Articulos in Judicio proponeret ſine Probatione adjuncta exſpectaturus reſponſionem: Reus excipiendo & defendendo pari ratione ageret, hinc opus erat tot ambagibus de Terminis & Dilationibus, quæ deſcribuntur *in Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 15. ſeqq.* ex quibus pleraque hodiè alio modo ſeſe habent; Atque ut diſtinctè res explicetur, diſcernenda ſunt inprimis genera Proceſſuum Cameralium primæ Inſtantiæ & ſecundæ: In illa Proceſſus Citationis & Mandatorum. In Appellationum Cauſis non adeo frequenter laboratur de Probationibus in Camera, quia plerumque Probationes in priori Inſtantia ſunt exhauſtæ. Quodſi Appellans ex beneficio Juris: *Non Deducta deducam, non Probata probabo*, novis velit uti Probationibus, eas cum Supplica & Libello Gravaminum producere tenetur ſi ſint Inſtrumenta, alias Proceſſus non impetrabit: Si Teſtimoniis uti velit, indicare oportebit & Commiſſionem petere, ad Teſtium Examen. Hæc, ſi in priori Inſtantia Probatio nulla ſuſcepta fuerit, difficultatem non habet. Ita memini à Sententia Judicis inferioris interpoſitam fuiſſe Appellationem, in qua Partes jubebantur Sorte experiri cui eſſet addicenda Domus ſub Haſta vendita, cum in Licitatione diſputatio eſſet exorta inter duos quis ultimus fuiſſet Licitator. Gravamen erat, quod Judex ad Sortem devenire non debuiſſet, cum habere potuiſſet Probationes. Decreti itaque Proceſſus & Commiſſio petita ad Examen Teſtium. Gravior eſt caſus ſi in priori Inſtantia peracta fuerit Probatio, in ſecunda verò ſuper Articulis iisdem vel contrariis Teſtium offeratur nova Probatio & eorundem vel aliorum Examen petatur. In diverſas abeunt JCti ſententias, quas hic recenſendo actum agere

Obſervat. I. Articulorum Defenſionalium nullus hodie uſus: Subſtituitur alia Obſervatio de Probationibus & Dilatione Probandi, ubi differentia Styli antiqui à moderno explicatur; Nec non de Terminis.

 nolo,

nolo, remittens Lectorem ad Carpzov. *part. 1. conſtitut. 21. definit. 1. ſeqq.* & *ibi Notas* Esbachii. Hartman. Piſtor. *lib. 4. quæſt. 24.* Umm. *diſputat. 16. theſ. 8. num. 49. pag. 700.* Bocer. *claſſ. 6. diſputat. 23. num. 8. ſeq.* Gail. *lib. 1. obſ. 103.* Mynſing. *centur. 1. obſ. 41.* Mevianarum *Deciſionum* Variationes *part. 2. deciſ. 52. & 153. part. 3. deciſ. 314. & 416. part. 8. deciſ. 48.* ubi Hartman. Piſtor. *Sententiam rejicit*, expoſuit & conciliare ſtuduit, ſed admodum difficulter Scharnhorſt. *in Conciliat. Deciſ. Mevianar. Variat. 15.* Praxi Camerali admitti novas & contrarias Probationes per Teſtes etiam eosdem teſtatur Aſſeſſor Lauterbachius *in Colleg. Pract. lib. 49. tit. 7. §. 6. in fine.* per textum *Ord. Cam. part. 3. tit. 33. §. 3.* qui *in Concepto* eſt *part. 3. tit. 39. §. 2. Receſſ. Deputat. 1600. §. 114. Receſſ. Imper. 1654. §. 64. & 73.* conferenda ſunt cum his textibus *Dubia Cameralia de Anno 1595. Dub. 97.* & *Decret. General. 13. Decembr. 1593.* Denaiſ. *Jus Cam. voce: Dilatio Probandi.* Nos hanc ſententiam cum grano ſalis accipiendam eſſe putamus, non excluſa Judicis cognitione, ne detur campus laxior litigandi & Judicata eludendi. Quid enim ſi Examen Teſtium ſolenniter, legitimè & ampliſſimè fuerit peractum, ut ei cum ratione nihil opponi queat, vel quoad Perſonas Judicis & Teſtium, vel quoad Interrogatoria & modum Examinis? Sane ad protelandam litem nimium videtur reſpicere & periculoſam eſſe novi Examinis eorundem Teſtium vel aliorum ad contrarios Articulos petitionem, ut in ea Juris Saxonici diſpoſitio omninò laudanda veniat. Ad finiendas enim Lites non ad trahendas Judicia ſunt conſtituta, vid. Bocer. *dict. claſſ. 6. diſputat. 23. num. 8. 9.* [conf. *ſuprà Sect. I. §. 10. num. 18. pag. 80. verſ. Ad finiendas &c.*] Itaque ſi Judex cauſa cognita admiſerit novas Probationes & Commiſſionem decreverit, officium erit ejusdem Terminum præfigere convenientem circumſtantiis Loci, Perſonarum, Cauſæ, & Facti vel plani vel involuti, intra quem Appellans Rotulum Examinis producere debeat, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 20.* Quem negligere non licebit ſine periculo Abſolutionis à Citatione, ubi diligentiam ſuam non docuerit. Sunt enim Termini Cameralis Judicii omnes Peremtorii

torii ad agendum, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 10. §. 2. 4. & 10.* multò magis ad probandum, quia alias magnum poſſet inferri damnum Parti Appellatæ. Neque facilis debet eſſe Judex in concedenda Dilatione, vid. Gail. *lib. 1. obſ. 91.* Mynſing. *centur. 1. obſ. 71.* Sedes Materiæ in Legibus publicis eſt, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 21. Receſſ. Imper. 1654. §. 50. in fine.* Blum. *tit. 73. num. 60. uſque 87.* explicat *Dilationes trinas*, in quibus tamen multum in arbitrio Judicis poſitum eſſe nemo non agnoſcit, prout & in adhibendis mediis ad negligentiam petentis coërcendam. *Contraria* etiam *Probatio* Appellatæ Parti permittenda haud dubie, quia utriusque Jura debent eſſe æqualia, Gail. *dict. obſ. 91.* Cæterum *de Modo Expediendi Commiſſionem* & *Officio Commiſſarii* videndus Rulantus. Blumius *tit. 73. num. 9. uſque 55.* porrò *num. 68. uſque 99.* Multa utilia etiam tradit Mevius *in Deciſionibus paſſim.*

In Cauſis Citationum: liberum quidem eſt Actori Probationes adjungere Libello vel ſuſpendere uſquedum Reus reſponderit, *Receſſ. Imper. 1654. §. 35.* Quia tamen ad abbreviandum Proceſſum inprimis conducit, ſi Documenta Probatoria una cum Supplica exhibeantur, quo facilius deliberare poſſit Reus an contendere velit an cedere, & ne Terminus Citationis ſit absque fructu. Hinc *Stylo* Camerali frequentiori obſervamus Probationes una cum Supplica pro Citatione produci, & niſi id fiat, per Decretum Prælocutorium injungi. Paratus enim debet eſſe Actor, & Judex certus eſſe aliquo modo quali Fundamento nitatur Actio, ne fruſtra in Jus vocentur Perſonæ digniores, quales ſunt plerique qui in Camera in prima Inſtantia conveniuntur. Quodſi per Teſtes offeratur Probatio, eadem obſervabuntur quæ de Appellationis Proceſſu antea ſunt dicta.

De Proceſſu *Mandatorum Sine Clauſula*, facilis eſt inſpectio, cum juxta *§. 79. Receſſ. Imper. 1654.* Probationes una cum Supplica proferri debeant. Verba: Etlicher maßen: indicant Probationem verôſimilem, ad decernendum Mandatum ſufficientem. Ergò hic ceſſabunt Dilationes Probandi. In *Mandatis Cum Clauſula*, ut & *Citationibus*, fieri poteſt in progreſſu cauſæ ut Judici vi-

deatur Probationem ulteriorem eſſe injungendam Parti huic vel alteri, & tunc obſervabuntur ea *quæ dicta ſunt ſuprà de Appellationibus*. In Proceſſu *Mandati de Exequendo Sententiam Judicis inferioris* accidit frequenter, ut licet Præceptum & Citatio ad Judicem dirigatur ſolum, tamen & is, adverſus quem Executio demandatur, compareat, & Sententiam acriter oppugnet: Leodienſes in abuſu habent, (uſus enim mea ſententia dici nequit) ut Mandata Cameralia inſinuari curent quibuscunque fuerit viſum etiam non nominatis: Alius eſt abuſus ſi Judex ad quem Præceptum dirigitur non compareat, ſed Parti curam omnem relinquat. Num ergò ſubmovendus & repellendus erit à Judicio is contra quem demandata eſt Executio? Diſtincta explicatione hic eſt opus. Mandata de Exequendo Sententiam Judicis inferioris decernuntur regulariter Cum Clauſula. Ratio Mandati Pœnalis haud dubie ſita eſt in eo, quod Judex videatur Juſtitiam denegare vel protrahere ſi Rei Judicatæ effectum dare recuſet, Schwanman. *Proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 19. num. 12. & 16.* adde Frider. Mindan. *de Mandatis lib. 2. cap. 53. num. 21. & 30.* Quare non *Sine Clauſula?* Blumius adfert rationes tres, *tit. 37. num. 36. Prima* ex Meichſnero *tom. 3. deciſ. 22. num. 49.* quæ etiam legitur apud Roding. *lib. 1. tit. 12. §. 20.* ut Condemnatus latum habeat campum Sententiam impugnandi. Hæc ratio meo judicio vera non eſt. Nam innititur Mandatum Rei Judicatæ. Abſonum valdè foret permittere latum campum Rem Judicatam impugnandi. Sibi potius imputet Condemnatus, quod Remedia, quæ contra iniquam Sententiam habere putat, non adhibuerit. [vid. *ſuprà Sect. I. §. 12. num. 5. pag. 118.*] Magis adæquata eſt ratio *altera*; quod intervenire poſſint multa, quæ Judicem ab Executione impediant, adeò ut mora in exequendo factum nullo jure juſtificabile, quale requirit Mandatum Sine Clauſula dici nequeat, adde Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 2. cap. 15. & 18.*

Tertia ratio, quod Dignitatis ratio ſit habenda, omitti poterat, nam Dignitas non impedit Mandatum ſi factum eſt Dignitati & Officio adverſum. Ad inſinuatum Mandatum de Exequendo

Judex

Judex aut eſt paratus exequi, aut recuſat. Si hoc ipſe comparebit in Judicio & tenebitur, allegando Cauſas, de quibus Judicis Superioris erit cognitio. Suam Sententiam Judex vix erit impugnaturus, ſed alias oportet eſſe Cauſas quæ Executioni obſtant. Adeoque neque Parti condemnatæ permittenda eſt impugnatio Rei Judicatæ, quia id Judiciorum Auctoritati planè repugnaret. Si Judex ad Executionem eſt paratus, ne ſic quidem admittendus erit condemnatus ad oppugnationem, & conflictum cum Judice, qui competens eſſe ſemper præſupponitur. Superioris Judicis de Sententiæ Juſtitia cognitio eſſe non poteſt, quia tranſiit in Rem Judicatam. Si enim in *Appellationibus* Rei Judicatæ Exceptio parit *Nondevolutionem*, non poterit Cauſa ad Judicem Superiorem devolvi per viam Mandati de Exequendo, conf. *Votum Referentis in Collectione* Thulemarii *part. 2. Relat. 1. num. 33. ſeqq.* Hæc tamen cum grano ſalis accipienda erunt. Nam ſi veræ adeſſent Cauſæ & Exceptiones in ipſa Executione validæ, non poterit Pars repelli, quo minus eas alleget coram Superiore, non ad effectum Devolutionis, ſed ad infringendum Mandati de Exequendo effectum. De *iſtis* Exceptionibus autem cognitio erit Inferioris, eamque ne *inſuper* habeat monebitur à Superiore & compellatur. Probationes novæ poſt Rem Judicatam in ſuperiori Judicio locum invenire nequeunt: Si ſunt veræ, Reſtitutio petenda ab inferiore Judice, vid. *quæ dixi ſuprà Sect. I. §. 13. num. 2. pag. 122.* & *Sect. II. §. 6. num. 40. pag. 219. ſeq.* vel per modum Actionis vel Excipiendo. Nullitatis Remedium ſi fundatum ſit non excluderem etiam coram Superiore, quia in eo Superioris Jurisdictio foret competens.

Obſervat. II. De ſubſcribendis Scriptis ab Advocato.

II. Ait Auctor: Legem Viſitationis de ſubſcribendis Scriptis ad Acta productis per Advocatos in uſum non eſſe deductam. Male hinc colligeres, non eſſe *Styli*. Perperam *Stylus* opponeretur *Legi ſcriptæ*. [conf. *Decret. General. 4. April. 1721. num. 2.*] Sunt nonnulla in Legibus præcepta, quæ ſi ab Advocatis & Procuratoribus negliguntur, & Judex ſine animadverſione prætermittit quandoque, idcirco Lex non tollitur, ſed Judici integrum eſt obſer-

obſervantiam Legis urgere. Solet Subſcriptio expoſci quotiescunque aliquid in Scripto occurrit animadverſione dignum, niſi ex præcedentibus Advocati nomen fuerit indicatum, is enim habebitur pro Auctore, vid. *Decret. General. 13. Decembr. 1659. §. 4. verſ.* Die *Supplicationes &c.* & *4. April. 1721. num. 2.* Deberet ſane ſtrictius obſervari Lex, quo magis tolleretur abuſus, qui in Nominatione Advocatorum occurrit. Cum enim de veritate Nominationis inquiſitio non inſtituatur niſi exiſtat ſuſpicio gravior, accidere poteſt facile, ut is qui verus Cauſæ Patronus non eſt, ſed alius quispiam, qui levi brachio rem attigit, nominetur atque ad Juramentum Appellationis vel Reſtitutionis in integrum, quod alter melius informatus jurare erubeſceret forte, præſtandum, ſubornetur.

Obſervat. III. De Rubricis Cauſarum noſcendis, neque mutandis.

III. Inſcriptiones ſive Titulos, vulgò *Rubricas* Cauſarum non mutandas eſſe, ad *Stylum* non pertinet ſed eſt Legis, vid. Denaiſ. *tit. 318.* [conf. *Decret. General. 4. April. 1721. num. 8.*] Ratio Legis eſt aperta, quia alias in multitudine Cauſarum magna eſſet oritura confuſio, & in Repertoriis ordinandis difficultas. Hinc omnibus, qui in Camera de cauſa aliqua informari cupiunt, neceſſaria eſt Notitia *Tituli*, hoc eſt Nominum Perſonarum Actoris & Rei, & Cauſæ, puta Appellationis, Citationis, Mandati, &c. Alias fruſtra apud *Lectores*, hoc eſt, Actorum Cuſtodes & Concinnatores, agit. Hi verò ſolent Cauſis quibuscunque Titulum ab initio inſcribere. Alia eſt cautela de Inſcriptionibus non mutandis in Supplicationibus Extrajudicialibus, qua de re vid. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. Memorial. Advocat. & Procurator. §. 11.* Ergò ſi Procurator novâ velit uti Rubrica, oportebit priorem Supplicam cum Decreto inſcripto ſimul apponere, alias mulctabitur.

Obſervat. IV. De Compulſorialibus.

IV. De Compulſorialium differentia ſatis dictum *in Commentatione præcedente Sect. II. §. 3. num. 10. pag. 190.* de iis quæ in Litis Progreſſu ad Probationis ſubſidium petuntur, Auctor hic *quædam* dicere voluit. Utiliora invenies in Aſſeſſ. Koch. *Commentar. ad Ord. Cam. part. 2. tit. 31. num. 19. ſeqq.* ubi vid. Deckherrum.

V. An

V. An Dominus Territorii Subditum ad Cameram in prima Inſtantia citatum & comparentem, avocare poſſit propria Auctoritate vel per appoſitas in Judicio Exceptiones? eſt quæſtio dudum ad antiquas fabulas pertinens. Poſteaquam enim per Leges publicas Subditos in prima Inſtantia exceptis Cauſis in Legibus expreſſis ex. gr. Fiſcalibus Continentiæ Cauſæ, evocare non licet, caſus iſte non dabitur. Et ſi daretur extra Cauſas exceptas Dominus ſane prohibebit eum licite, neque opus habebit, ut in Judicio de Foro non competente excipiat. [vid. *ſuprà Sect. I. §. 1. num. 20. pag. 16.*] Inutilis eſt igitur hæc Obſervatio Auctoris Anonymi: Utilior eſt conſideratio, ſi Cauſa in Judicium deducta Domini Jura ſimul attingat, puta Jurisdictionem, Regalia & ſimilia. De qua agit *Obſervatio Ante-Marilliana 3.* ex qua etiam intelligitur harum Obſervationum Auctorem fuiſſe Cameræ Imperialis Aſſeſſorem. Deckherrus *ad dict. Obſervat. 3.* Axioma ſequens, quod eſt veriſſimum & Praxi comprobatum annotat. Ubicunque Jus Superioritatis Territorialis, Jurisdictionalium, Regalium, Privilegiorum & conſimilium à Judice inferiore ita gravatur, ut Domini non poſſit non principaliter intereſſe, ob Subditi Commiſſionem vel Omiſſionem, ignorante Domino admiſſam, nihil Præjudicii contrahi ſuperiori, ſed illi ſemper liberum vel per Appellationis vel Mandati viam, pro Qualitate Facti, Juri ſuo eminenti, neglecto Subdito conſulere. *Obſervat. V.* De evocatione Subditi ad Cameram, & quatenus Dominus vel prohibere queat, vel intervenire.

VI. Tradit hic Auctor Obſervationum, Cameram Imperialem Modum Cautionis præſtandæ præſcribere, ſi Partes inter ſe non convenerint. Hæc res ſane obſervatione digna non erat, quia dubitatio ulla eſſe non poterat. Indicium eſt ex hac & pleriſque reliquis Obſervationibus, vulgò *Magenhorſtianis*, Auctorem Exempla promiſcuè arrepta ſine magno judicio pro Obſervationibus ſingularibus venditaſſe. Alia eſt Obſervatio an Cautio aliqua petatur cum effectu, lite per Sententiam nondum deciſa & eventu adhuc dubio, quod regulariter negatur, ut rectè animadvertit Deckherrus *in Nota huic Obſervationi* ſubjecta, vid. *Monument. Lection. Cameral. antiq. pag. 636.* *Obſervat. VI.* De Cautione petenda & præſtanda.

Obſervat. VII. De Litis conteſtatione conditionali, eventuali, & quando non habeatur Lis pro conteſtata in Contumaciam etiam poſt Proclama. Removenda Exceptio non-Devolutionis. Imperitia Advocatorum in opponendis Exceptionibus non-Devolutionis.

VII. Agitur hic de Litis conteſtatione conditionali, quam illicitam eſſe per *Ord. Cam. part. 3. tit. 32. §. 3.* in *Concept. tit. 38.* monet hoc loco Deckherrus. Quod ut rectè intelligatur ſciendum eſt differre Litis conteſtationem conditionalem ab eventuali. Hæc dicitur, ſi Exceptiones Dilatoriæ proponantur eisque Litis conteſtatio in eventum ſubjiciatur, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 38. §. 4. Receſſ. Imper. 1654. §. 64.* Illa in Lege eſt reprobata, & nihilominùs toto die videmus, Deſertionem opponi vel non-Devolutionem ſine allegatione Cauſæ, quod ſine pœna dimittendum non foret. Imperitus iſtum morem Legibus prohibitum pro *Stylo* forte eſſet habiturus. Ita ſumma cum imperitia adhæſerat aliquis Appellationi, cum in principio exceptionum non-devolutam Appellationem pronunciari petiiſſet. Litis conteſtatio, quo nomine nobis ſemper venit ad Libellum Reſponſio, [vid. *ſuprà Sect. I. §. 8. num. 20. verſ. Præſupponendum eſt &c. pag. 67.*] purè fieri non ſolet niſi agnita Cameræ Jurisdictione, neque imponi vel acceptari per Judicem, niſi remota non-Devolutionis Exceptione. Cum appellaſſet aliquis à Sententia Magiſtratus ordinarii in favorem Univerſitatis Pagi cujusdam lata, Univerſitas verò citata non comparuiſſet, nequidem poſt Proclama, Magiſtratus interveniendo non-Devolutionem oppoſuiſſet, Judex videns has Exceptiones locum non habere, non tamen poterat litem habere pro conteſtata in Contumaciam, priusquam removeretur non-Devolutio: Ergò hoc prævio, injungebatur Appellatis Conſtitutio Procuratoris & Litis conteſtatio.

Obſerv. VIII. De Circumſtantiis Injuriarum allegandis.

VIII. Obſervatio de circumſtantiis Injuriæ illatæ allegandis ſpeciatim pro obtinenda Citatione nihil continet peculiari Obſervatione dignum, vid. Gail. *lib. 1. obſ. 64.*

Obſervat. IX. De Expenſis Victoriæ.

IX. Expenſas vel adjudicari Reo abſoluto per Sententiam, vel compenſari ex arbitrio Judicis tradit Obſervator. Addendum erat non mero arbitrio, ſed ex cauſis juſtis inter quas præcipua, an aliquis probabilem habuerit cauſam litigandi an non habuerit. A regula recedendum non eſſe temerè animadvertit Deckherrus *in Vindic. tit. 29. num. 160.* Lauterbach. *diſputat. de Expenſ. Victor.*

Victor. volum. 2. diſputat. 80. Edit. noviſſ. [de Expenſis Victoriæ, retardatæ Litis & Contumaciæ, earumque diverſitate & refuſione diſtinctè agit B. Auctor. *part. 1. Obſervat. Forenſ. 80.*]

X. An Reviſio locum habeat à Laudo ſi Compromiſſum initum Appellatione remota? Quæſtio eſt deciſa *in Receſſ. Imper. 1594. §. 66.* Roding. *lib. 3. tit. 61. §. 38.* *Obſervat. X.* De Reviſione à Laudo.

XI. An Solutio in Moneta quæ Imperialis non eſt, fieri poſſit, inutilis eſt hodierna tempeſtate quæſtio niſi de certo Monetæ genere fuerit conventum. Obſervator putat Thaleros Philippicos hoc eſt Hiſpanicos accipi. Ego quoque crediderim non repudiaturum eos, qui Solutionem expectat. Cum hodie etiam Gallorum Moneta Aurea, *Piſtoles*, in quotidiana ſint & acceptabili receptione. Parallela Obſervatio eſt *infrà XLIV.* *Obſervat. XI.* De Moneta uſitata.

XII. De Requiſitis Supplicationis pro Commiſſione ad perpetuam memoriam non opus habebat Gailius *lib. 1. obſ. 92. num. 3.* Obſervatoris noſtri calculo: adde Roding. *lib. 3. tit. 20. §. 60. ſeqq.* ubi plura utilia de Commiſſionibus traduntur. *Obſervat. XII.* De Requiſitis Supplicæ pro Commiſſione ad perpetuam memoriam.

XIII. Obſervator Gailium *lib. 1. obſ. 76.* haud dubie non inſpexit, nam ea quam addi vult Gailio, limitatio, in ipſo Auctore reperitur. Litis conteſtatio requiritur in Camera in omnibus Cauſis. Sed qualis? Quæ verbis ſolennibus conceptis profertur, ex doctrina de ordinario Proceſſu eſt nata, à nobis *in Commentatione præcedente Sect. I.* [*§. 8. num. 20. pag. 67. ſeqq.*] exploſa. Sufficit igitur qualiscunque ad Libellum Reſponſio. Licet vocibus Litis conteſtationis aliquis non utatur. Reſponſio ipſa pro Litis conteſtatione erit, vid. *Receſſ. Imper. 1654. §. 37. 58. & 70.* non utimur Jure Formulario. Abuſum diſtinctionis Proceſſus in Ordinarium & Summarium agnovit jam dudum Hubert. Giphan. *tractat. de Judicior. Ordine cap. 6. & 15.* De Litis conteſtatione vid. Bocer. *claſſ. 6. diſputat. 20.* *Obſervat. XIII.* De Litis conteſtatione in Camera.

XIV. De conjungendis ad Summam appellabilem computandam diverſis Summis, Auctor ſubſidium vult adferre Gailio *lib. 1. obſ. 123. num. 3.* ſed frigida ratiuncula, quod Appellatio eſſet favorabilis. Eundem ob favorem Appellationes in dubio *Obſerv. XIV.* De conjungendis Summis diverſis ad conficiendam Sum-

 non

mam appellabilem.

non habendas pro deſertis, Gail. *lib. 1. obſ. 31.* Rectius ita dicendum. Sententia ſi continet plures Summas diſtinctas, hæ ſunt vel connexæ ex eadem petendi cauſa vel non ſunt. Si ſunt connexæ, Sententiæ natura individua facit ut ad Summam appellabilem conſtituendam conjungantur legitimè. Si ſunt planè ſeparatæ, Judex quidem prudentius facturus eſſet, ſi tot Sententias ferat ſeparatim, quot ſunt litis capita. Quodſi tamen diverſa objecta una Sententiæ Formula complexus fuerit, vereor ut cumulatio Summarum admittatur, quia reipſa foret Sententia non una ſed plures, adeoque nec una Appellatio, vid. Vant. *de Nullitat. tit. 13. num. 100.* Hofmanni *tractat. de Individuitate cap. 5. ſect. 2. aphoriſm. 1.*

Obſervat. XV. Notatur Auctor Obſervationum.

XV. Inſignis Obſervatio Cameralis Styli, quod non admittantur Narrata Supplicæ (intellige ad decernendos Proceſſus) ſi notorie ſint falſa; Remittendus Obſervator ad Jubentium Celſum JCtum *in l. 27. ff. qui Teſtamenta facere poſſunt.*

Obſerv. XVI. De Formula Mandati Procuratorii à Judæo dandi reſpectu Juramenti, ubi de Juramentis Judæorum.

XVI. Stylus ita fert, ut loco verborum Mandati Generalis (vid. Formulam *Conc. Ord. Cam. part. 3. poſt tit. 14.*) Einen jeden ziemlichen in Rechten zugelaſſenen und mit Urtheil auferlegten Eyd in meine und reſpectivè meiner Erben Seel zu erſtatten/ in Mandato Generali *Judæi* alia ſubſtituantur de alio Procuratore Judæo cum Mandato Speciali ſiſtendo. Sed non fruſtra dubitares cujus utilitatis ſint prædicta verba Mandati Generalis, cum in omni Juramenti Præſtatione requiratur ſine exceptione Mandatum Speciale? Dubitares etiam annon fruſtra à Judæis Juramenta ſuſcipiantur in Audientia publica, (Formula & Solennitates deſcribuntur *in Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 98.*) quandoque ob levem cauſam, ex. gr. Expenſarum Litis, ſi verum eſt, quod ex Judaica ſuperſtitione Juramentum niſi in Synagoga ſua præſtitum, non obliget, [conf. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 382.*] & ſi verum eſt, quod certis temporibus ab omni Juramento Chriſtianis præſtito exſolvantur. Ipſi quidem à Chriſtianis interrogati negant. Sed dudum iis objecit *Eiſenmengerus, Profeſſ. Heidelberg.* quod credant ſibi licere erga Chriſtianos vera cela-

celare. Francofurti Juramenta Judæorum nonniſi in Synagoga ſuſcipiuntur. In Camera Imperiali in Audientia publica ſæpius Juramenti Judaici Solennitates audiuntur, & habent Judæi ordinarium aliquem Mandatarium, qui eſt ſatis perfrictæ frontis ad verba illa aſpera enuncianda ſine rubore.

Obſerv. XVII. De Sex Juridicis antequam in Contumaciam procedatur, ubi de Proclamate, de Floreno dem Ruf-Gülden/ & de Termino circumducto.

XVII. Hæc res ad *Stylum* Cameralem proprie pertinet, quod poſt abolitas Audientias quotidianas, quibus poſt *Decret. General. 1659. 13. Novembr.* opus amplius non erat, tamen *Sex Juridicæ* expectandæ ſint, antequam in Contumaciam procedatur, vide *Receſſ. Deputat. 1600. §. 90. Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 51. princ.* & *tit. 52. §. 3.* junct. *tit. 54. princ. & §. 2. Receſſ. Imper. 1654. §. 36.* Proclama decerni poteſt, ſi in Termino Citationis Reus non comparuerit etiam intra Sex Juridicas, argum. *dict. textuum.* Solenne enim eſt Procuratoribus licet inſtructi ſint, ut in Termino compareant rariſſimè, levi periculo unius Floreni, des Ruf-Gülden/ Pedello ſolvendi ſi intra Sex Juridicas *Proclama*, de quo Aſſeſſores niſi adverſarius urgeat & Pedelli ſollicitent, vix cogitant, publicetur. Eſt tamen res neceſſaria, Proclama, quia ſine eo præcedente nihil in Contumaciam decerni poteſt, vid. Gail. *lib. 1. obſ. 55.* A præſtatione verò des Ruf-Gülden poſt decretum Proclama nemo liberatur, neque ulla datur Exemtio, niſi forte in Paupere. Proclama non denegatur niſi vitium in Executione Citationis appareat, vel Terminus ſit circumductus. *Terminus circumductus* non dicitur quouſque Actori integrum eſt comparere & reproducere Citationem, ſed intra Sex Juridicas poſt Terminum Citationis integrum eſt Actori comparere, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 12. §. 21.* Ergò ante Sex Juridicas non circumducitur Terminus. Ergò Proclama locum habet. Quid ſi plures ſint citati Conſortes, an Reproductio repetenda juxta diem Inſinuationis cuique factæ? *Reſp.* Id quidem facere conſueviſſe Procuratores ad augendum numerum Receſſuum, neque ſine vitio, ſed tamen eſt arbitrii meri, neutiquam *Styli* conſtantis. [Nollem tamen circa hanc obſervantiam quidquam innovare propter diſtinctionem à B. Auctore *ſupra Sect. II. §. 1. num. 15. pag. 174.*

allatam, inter cauſas diviſas & indiviſas, cujus ſubtilitas facile aliquem in periculum deducere poſſet.] Adeoque ſi non fiat repetitio Reproductionis, Proclama nihilominùs decernitur. De *Citatione* loquimur, non de *Appellationum* Cauſis, in his enim non circumducitur Terminus ſed neglecto Fatali Reproductionis, Appellatio redditur deſerta. Semel verò facta *Reproductio* etiam *Appellationis Proceſſuum*, ſufficiet.

Obſerv. XVIII. De Diei certæ præfixione in Citationibus, & de coarctatione Termini Legalis.

XVIII. Benè Deckherrus ad hanc Obſervationem monuit Diei certæ præfixionem in deſuetudinem abiiſſe: Et regulariter præfigi 30. Dies ad comparendum in Cauſis Mandatorum Sine Clauſula, in cæteris omnibus Sexaginta. Additur Citationi, ſi Dies 30. vel 60. non eſſet Juridica, ut compareat Citatus in proxima. Celeritatem autem exigunt Mandata Sine Clauſula, idcircò ſpatium eſt brevius. Et hæc quidem ad *Stylum* Cameralem referre licebit. Cum verò Judicem huic tempori adſtrictum eſſe nemo facile dixerit, ita ſi circumſtantiæ Loci, non longe diſſiti, vel Cauſæ, id exigant, aut ſuadeant, ſæpe Terminus *Citationis*, qui eo ipſo fit *Reproductionis*, decernitur brevior, & Præfecto Cancellariæ ut in Expeditione Proceſſuum id obſervetur, indicatur. Idem factum fuiſſe circa *Terminum Legalem*, qui regulariter eſt Trium Menſium, aliquoties meminimus.

Obſervat. XIX. De Promotorialibus. Ubi notatur Auctor Obſervationum.

XIX. Hac Obſervatione de *Promotorialibus*, qua declarare Gailium *lib. 1. obſ. 1. num. 26.* voluit Auctor, anguſtiam ſui Judicii ſatis oſtendit, merito correctus à Deckherro in Nota ſubjecta. Summa eſt: quod Promotoriales nunquam decernantur, niſi contra Judicem immediatum, non verò contra inferiorem, niſi intermedius quoque protractæ & denegatæ Juſtitiæ reus ſit.

Obſervat. XX. De Literis pro Informatione in Cauſis Pauperum, ubi de utilitate Literarum pro Informatione in Appellatio-

XX. Gailio *lib. 1. obſ. 31. num. 9. ſeq.* ſenſum perverſum ab Obſervatore fuiſſe tributum animadvertit hic Deckherrus. Id enim quæritur apud Gailium: An in Appellationibus Pauperum, ſi ante decretos Proceſſus Judici à quo pro Informatione ſcribatur, an iſti Informationi qualicunque, etiam non bene fundatæ, fides habenda ſit ad Proceſſus denegandos? Et reſpondetur *Negando*. Hoc tamen verum, eandem eſſe rationem in reliquis Cauſis etiam

non

non Pauperum. Verum etiam, quod Appellationis Proceſſus ad inſtantiam Appellantis, non auditis neque Appellato neque Judice à quo, decernantur regulariter, (delenda eſt vocula *non* in Editione harum Obſervationum Deckherriana, eſt enim vitium Typothetæ) ſed tamen frequenter Judex ſuperior prævиis Literis pro Informatione de Meritis cognoſcere ſatagit, quoties Narrata Appellantis ſunt vel involuta, vel ſpeciem Gravaminis juſti non habent. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ.* Productis deinde Literis Informatoriis Appellanti communicantur, quas ſi contraria oſtenſione elidat, Proceſſus decernuntur auf Bericht und Gegen-Bericht / ſi non removeat, denegantur. Cum enim multæ Appellationes interponantur eo fine, ut ex mora quæratur utilitas, quæ verò Victori in priori Inſtantia magnum quandoque adferre poteſt damnum, præſtat ſane injuncta Informatione & ſuſceptâ Cognitione ſummaria, litem evitare quam facere. Finiendis enim, non conſtruendis Litibus Judicia ſunt conſtituta. Cæterum ſi Narrata ſunt clara, Gravamina ſpecioſa, non deſcendit Judex Cameralis facile ad Literas Informatorias, ſed Proceſſus decernit, jubente ita Ordinatione Judiciaria, *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 10.* Ad *Stylum* quoque referendum eſt, quod Literæ Informatoriæ exhibitæ communicentur Supplicanti zum Gegen-Bericht ſi id petat, vid. Auctorem *Proceſſ. Informativ. cap. 5.* vel ex officio ſi neceſſarium videatur Judici. Nec tamen ita eſt *Styli* communicatio, ut ſine ea Judex procedere nequeat. Imo ſi ex Literis Informatoriis Magiſtratus ordinarii Narratorum falſitas & Fori incompetentia evidenter eluceat, repellere à Judicio Supplicantes jubet *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 10.* adde *Capitulat. Carolin. artic. 15.* viciſſim ſi in Literis Informatoriis Gravamina non elidantur, refutatione opus non erit. Ad exhibendas Literas contra Informatorias Terminus non datur regulariter, quia mora eſt Actoris vel Appellantis periculo. Quodſi is ex mora commodum quærat, Judicis erit officium, Terminum Præjudicialem præfigere: Ad quem dirigendæ ſint Literæ Informatoriæ non ignorant niſi plane hoſpites in Rebus Cameralibus. Inſtitui poſſunt *ex Proceſſu Informati-*

num Cauſis, & alia notabilia.

mati-

mativo ſæpe dicto cap. 4. ubi etiam Formula reperitur vel ad Imperatorem ipſum, cujus Auguſtum nomen præfert Decretum Camerale, vel ad Judicem Cameræ, aut ejus Vicarium. Hinc cognoſcitur qualis debeat eſſe Literarum & Inſcriptio & Stylus. Si Proceſſus decernantur neceſſarium eſt, ut Literæ Informatoriæ cum Refutatoriis Actis Judicialibus adjungantur. Vitium eſt ſi hoc negligatur. De *Literis Informatoriis* ſcripſit Rhetius *Diſſertatione integra*, ſed magis ad Praxin accommodatus eſt Tractatus Auctoris Anonymi Cameræ Imperialis Advocati *de Proceſſu Informativo*, quem *cum utiliſſimis Notis Vindiciis* ſuis adjunxit Deckherrus. Extat alius Liber Tranquilli Ambroſini, quem *Proceſſum Informativum* inſcripſit. *Francof. 1598. 8vo.* [*Colon. 1701. 4to.*] ſed huic Auctori *Proceſſus Informativus* eſt Inquiſitorius Criminalis, ergò nihil ad noſtrum ſcopum.

Obſervat. XXI.

Vitium Expeditionis, ſi Prorogatio Fatalium non inſeratur Proceſſibus.

Ubi de Prorogationum abuſu & de Reproductione intra Fatalia prorogata.

XXI. Hæc Obſervatio nihil aliud quam vitium in Expeditione Proceſſuum commiſſum arguit, ſi fortè per incuriam, omnino reprehendendam, Fatalium Prorogatio Expeditioni Proceſſuum non fuerit inſerta. Prorogationes Fatalium conceſſæ Decreto Senatus inſeri, Stylus requirit. Hoc potius obſervandum & cavendum ne inutiles Prorogationes, neque ſine cauſa concedantur. Deinde ne prorogata Fatalia ſe ultra extendant quam eſt neceſſe, v. gr. ſi Prorogatio ſit conceſſa ad Quatuor Menſes, Inſinuatio verò Proceſſuum facta Menſe Primo, Reproductionis Terminus haud dubie curret à die Inſinuationis, ita ut Prorogatio Fatalium non ultra duos Menſes à tempore Inſinuationis computandos valida eſſe cenſeatur. Nam Prorogatio intelligi non poteſt ultra quam neceſſitas exigit. [conf. B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 388.*] Nulla autem neceſſitas veroſimilis eſſe poteſt amplius, ſi Proceſſus inſinuati fuêre maturius, quam crediderat Procurator ab initio. Moræ ſtudioſè quæſitæ tolerandæ non ſunt. [vid. *ſuprà Sect. II. §. 1. num. 15. pag. 174.*] Si huic noſtræ Obſervationi opponatur Stylus contrarius, reſpondebo, eum non eſſe probatum, neque verum. Nam quæ Procuratores Cameræ admittunt, & ſibi invicem condonant quandoque, Stylum Judicii utique

que non faciunt. Illud etiam obſervandum : ſi Appellatio intra Fatale Quadrimeſtris eſt introducta, ſupervacuam videri petitionem pro Fatalium Prorogatione. Nam ubi mora eſt Judicis in decernendis Proceſſibus, Fatalia non currunt Appellanti. [conf. Blum. *tit. 49. num. 33.* Koch. *Commentar. in Ord. Cam. part. 3. tit. 12. num. 48. ſeq.* Gail. *lib. 1. obſ. 140. num. 6.* Mev. *part. 2. deciſ. 9.*] Sed peti plerumque una cum Proceſſibus Prorogationem & concedi, conſuetudine invaluit. Qua Prorogatione an eſſet opus, cum plerumque ad moras nectendas unicè faciat, deliberatione foret dignum, adde *infrà Obſervat. LXII. & XCV. ſeqq.*

XXII. Actionem ex Conſtitutione Pacis Publicæ reſpectu Actionis Prætoriæ civilem eſſe dicit Obſervator. Crediderim pertinere hæc ad ſupervacuas curas; & Scholaſticæ Theoriæ partem illam, qua carere poteſt Germana Jurisprudentia Judiciaria.

Obſerv. XXII. De Actione ex Conſtitutione Pacis Publicæ an ſit civilis.

XXIII. Si juxta Legem Cameralem, de qua nullum eſt dubium, Triginta Dies tantum in unumquemque Menſem computantur, Obſervatio hæc nihil habet ſingulare, niſi quod turpiter errent, qui neſciunt Jus in quo verſantur.

Obſerv. XXIII. Triginta Dies in Menſem unum computantur.

XXIV. Quæritur hic, an Appellatio admittatur à Juramenti Oblatione (puta ſi Judex admittit offerentem ad Juramentum) ſi Sententia in qua Juramentum delatum in Rem Judicatam tranſiit: & contra doctrinam Mynſingeri *centur. 1. obſ. 39.* & *centur. 2. obſ. 14.* qui affirmavit, Praxi Cameræ negativam obtinere refert Obſervator. Vera omninò ſunt, quæ hic traduntur, ſed neque ipſi Mynſingero incognita, in poſterioribus Obſervationibus indicata, vid. *centur. 5. obſ. 95.* conf. de Fatalibus interponendæ Appellationis Koch. *Commentar. in Ord. Cam. part. 2. tit. 28. num. 55. ſeq.* Gail. *lib. 1. obſ. 139.* Quæ ad hanc Obſervationem annotavit Deckherrus, conſideratione hoc loco non ſunt indigna. *In judicando Stylo & Jure Camerali*, ait, *Annos ſuperioris Seculi* (ſcripſerat hæc Deckher. Anno 1690.) *omne momentum facere; Et tantum intereſſe, quantum inter adoleſcentiam & virilem ætatem:* Hoc credo voluit dicere, in judicando Stylo Camerali reſpiciendum eſſe ad utramque Judicii Cameralis ætatem, non arri-

Obſerv. XXIV. De Appellatione à Sententia quæ admittit ad Juramentum, cui delatum erat. Colliſio Obſervationum Mynſingeri. Styli Mutatio, & Præjudiciorum Auctoritas.

pienda promiſcue pro *Stylo*, quæ in adoleſcentia à Jurisconſultis Cameralibus fuêre tradita, Mynſingerum priori ætati ſcripſiſſe, poſteriori verò Gailium. In illa apprehenſa fuiſſe principia ſimpliciora & Magiſtris magis addicta: in hac verò robuſtiora & proprio ſtudio innixa. Hinc collidendos non eſſe prælaudatos Doctores, ſed cum Judicio adhibendos. Quid noſtra ætas ſibi arroget? Modeſta ignorantia præterire voluit Deckherrus. Nobis ea de re ita ſentire licebit: Aliam eſſe inſpectionem de *Stylo* proprie ſic dicto, aliam *de Jure Camerali*, quatenus hanc illamve Interpretum Juris communis ſententiam vel ſequitur vel reprobat, idque Praxi conſtante. Quod attinet ad *Stylum*, res eſt mutationi ob varias circumſtantias obnoxia, licet non ſine cauſa juſta ab eo recedamus. Hinc tantum licere ſibi putabit Collegium Camerale modernum, quantum ſibi ſumſere Anteceſſores, Lege publica permittente. De Jure verò in Camera recepto, quatenus ſcil. Legibus expreſſis non eſt definitum, ſed ex diverſis Interpretum ſententiis, communibus contra communes dubium eſſe videtur: Non minor eſt Collegii moderni Auctoritas, quam priſcæ ætatis, ita ut in Conſilio pleno ex diverſis ſententiis eligere poſſint eam in judicando ſequendam, quæ videretur Analogiæ Juris & Juſtitiæ convenientior: Hoc quouſque factum non eſt, unusquisque Aſſeſſor ex ſua Conſcientia judicaturus eſt, & fiet Sententia juxta Vota Senatus vel unanimia vel majora. Præjudicia itaque antiquiora, & recentiora, fruſtra allegantur, in vim deciſionis quod ſæpius *in Commentatione noſtra* fuit monitum. Nam rariſſimè Caſus Caſui convenit per omnia. Ratio omnibus Præjudiciis prævalere debet: Hæc ſequenda eſt, non Exemplum. Si alicui in mentem veniret ſuam ſententiam vel votum alias redditum pro præjudicio allegare, is honorificam contradictionem haud dubie eſſet laturus. Habuit Collegium Camerale omni ætate Viros & Studio Jurisprudentiæ & rationum acumine & laborum fortitudine, & prudentia judicandi inſignes. Æqualitas talenti & conſtantia, inter homines eſſe non poteſt. Hinc ſaluberrimo Conſilio Legislatorum Senatus ex pluribus conſtituitur, quorum talenta,

& vir-

& virtutes notæ eſſe debent Collegii Directori, quo felicius Senatus ordinentur, ut alter alterum vel ſublevet, vel ſi opus eſt, moderetur.

XXV. Quæritur an Inhibitio decernatur, ſi Appellatio recipiatur à Sententia, in qua Judex pronunciavit ſe competentem ſive expreſsè ſive tacitè. Teſtatur Obſervator de Praxi Camerali, quod non inhibeatur Judici, quia Sententia non eſſet Definitiva. Non diſſentire videtur Deckherrus, ſed tamen neque Gail. *lib. 1. obſ. 130. num. penult.* neque Mynſing. *centur. 3. obſ. 35.* in caſu propoſito Inhibitionem denegant, neque Praxis moderna rationi ſufficienti innixa, quod Gravamen ſit haud dubie graviſſimum litigare coram Judice incompetente, cui propterea inhibendum eſt Jure, ne gravans in eo articulo, in reliquis gravare pergat. Accedit ratio validiſſima: ſi incompetens eſt Judex, omnia quæ ab eo adminiſtrantur, ſunt nulla, quare ergo ei non inhibeatur? Num verò competens ſit nec ne in Appellationis Inſtantia cognoſci debet. Notatu digna ſunt, quæ de *Rotwilenſibus* addit ibidem Deckherrus, fræna eis à Camerali Judicio per bene præſcriptam Conſuetudinem injicienda eſſe, adde Koch. *ad Ord. Cam. part. 3. tit. 31. num. 2.* & *ibi Notam* Deckherri. (*a*) Commoda hoc loco eſt Obſervatio de Sententia Judicis intermedii, qua tollitur Inhibitio antea Appellanti decreta. Si ab ea Sententia appelletur ad Cameram, non eſt dubium admitti poſſe Gravamine exiſtente juſto Appellationem, ſed ita ut cauſæ principalis progreſſus Judici à quo relinquatur. Ita factum Anno 1715. in cauſa *Barme* contra *Barme*: in alia cauſa *Jennet* contra *Nuit*, denegati fuêre Proceſſus Anno 1716. non quod Judex tollens Inhibitionem non gravet, ſed quia hac in cauſa recte feciſſe Judicem exiſtimabatur. Accidit hic caſus ſublatæ Inhibitionis in illis Judiciis, ubi Proceſſus Appellationis ab inferiori ſine ulla cauſæ cognitione recipiuntur & ab Actuario expediuntur. Fieri hoc coram Conſilio Ordinario Leodienſi edocti ſumus.

Obſerv. XXV. De Inhibitione decernenda ſi appellatur à Sententia Competentiæ. Ubi de Appellatione à Sententia Judicis intermedii, qua tollitur Inhibitio.

(*a*) Rotwilenſe Judicium *etiam Appellationum Cauſas recipere ſunt qui exiſtiment:* vide Lynckerum in Inſtructorio Forenſi lib. 2. ſect. 2. part. 2. in Tabella ubi de Judicio Rotwilenſi agitur. *Sed contra-*

rium docet Sententia Rotvvilenſium in Camera producta, cujus Copia ex Originali deſumta hic ſequitur : In Sachen Geigers *contra* die Schlapperitziſche Erben zu Ravensberg/ iſt erkannt/ weil laut Protocolli in Sachen ſchon judiciret/ folglich das Forum præveniret/ dieſem nach die Sache auch ſchon vormals remittiret worden / zumal dieſes Kayſerliche Hof-Gericht allein *pro Cauſis Simplicis Querelæ*, nicht aber *Appellationis* fundiret iſt; als läſt man die Sache nochmals bey vorigem Beſcheid lediglich bewenden. Geben mit Urthel und diß Kayſerlichen Hof-Gerichts zu Rotweil aufgedruckten Secret beſiegelt. Zünſtags (i. e. die Martis) nach Hilarii 1703.

Obſerv. XXVI. De Reſtitutione in integrum adverſus lapſum Fatalium.

XXVI. Nihil continet hæc Obſervatio, quod habeat utilitatem poſt abolitos Articulos Libelli. Præſtat obſervare, quod Reſtitutio adverſus præterlapſa Fatalia tempore Juſtitii omnibus brevi manu fuerit conceſſa ex Officio Judicis. Alias nonniſi prævia Citatione Partis conceditur, ſi probabilis adſit cauſa, inter quas etiam habetur mora vel culpa Advocati, contra quem non eſt regreſſus uti contra Procuratorem. Sed tamen non ſine mulcta dimittendus, vide Gail. *lib. 1. obſerv. 45.* Meminimus aliquando Procuratorem petiiſſe Reſtitutionem in integrum adverſus neglectam Requiſitionem Actorum allegando culpam Advocati, qui ſolvendo non eſſet: In Appellationis Inſtrumento appellaverat Principalis ipſe. Et deprehendebatur Fatale introducendæ Appellationis fuiſſe neglectum, ſed calliditate quadam, viſibili tamen, tentabatur Reſtitutio in ſtatum, qui erat tempore interpoſitæ Appellationis. Neque conſtabat, an Advocatus nominatus unquam fuiſſet Mandato inſtructus. Jam verò novitius aliquis erat adhibitus. Hinc ſequenti Decreto præliminari cauſam inſtrui placuit: Noch zur Zeit abgeſchlagen; ſondern wofern *Supplicant* das *Fatale introducendæ juſtifici*ren/ ſodann einen mehr deutlichen- und *ad Merita Cauſæ* ſchlüßlichen *Libellum*, mit Außlaſſung unnöthiger Umſtände/ übergeben/ nicht weniger des angegebenen vorigen *Advocati* würckliche Bedienung und Vollmacht/ ſamt deſſen Unvermögen/ glaubhafft beſcheinen/ endlich auch *Supplicantens Principal* ſich eines *graduir*t- und *approbir*ten *Advocati* gebrauchen wird/ ſoll ferner ergehen/ was recht iſt. *In Conſil. 15. Junii 1718.*

XXVII. Re-

XXVII. Relaxationem Captivorum etiam Sine Clauſula mandari res eſt tritiſſima, neque Obſervatione peculiari digna, ut monuit hic Deckherrus. Parallela eſt huic *Obſervatio XCI.*

Obſ. XXVII. De Mandato Sine Clauſula pro relaxandis Captivis.

XXVIII. Conciliat hic Mynſingerum cum Gailio Deckherrus adverſus cenſuram Anonymi Obſervatoris ita: Si Juramentum eſſet ipſo jure nullum, id quod ex Circumſtantiis probatis cognoſcitur, rectè decerni Relaxationem ad effectum agendi etiam ſine Citatione prævia, aliud dicendum ſi majori cognitione res opus habet, Mynſingeri locus eſt *centur. 6. obſervat. 84.* Gailii *lib. 1. obſervat. 22. num. 3.*

Obſ. XXVIII. De Relaxatione Juramenti ad effectum agendi.

XXIX. De Documentis Paupertatis nihil ſingulari obſervatione dignum hic reperitur. Si à Magiſtratu non impetretur Teſtimonium quare non admitterentur alia fide digna? Abuſus eſt ſi quæcunque locum inveniunt. Neque etiam ſequitur, quod admittendus ſit ad Juramentum quicunque Paupertatis Teſtimonia fide digna produxerit, ſi non ſimul ſpeciem quandam veroſimilem ſuæ cauſæ attulerit. Nam ex Pauperibus pauciſſimi cauſam fovent bonam. Admiſſi ad Juramentum oneri ſunt Judicio, Advocatis, Procuratoribus, & Burſæ Pauperum. Homines maximam partem otioſi quos tædium cepit, ut labore proprio victum quærant Maſculi & Fœminæ.

Obſerv. XXIX. De Documentis Paupertatis.

XXX. De Cauſis Nullitatum *aliquid* dicere voluit Obſervator. Dixit, ſed vix operæ eſt pretium. Monuit Deckherrus, ſi Nullitatis Actio principaliter fuerit inſtituta ſufficere Reproductionem Compulſorialium, neque opus eſſe Actorum Requiſitione ſolenni.

Obſerv. XXX. De Compulſorialibus in Cauſis Nullitatum.

XXXI. Nihil vel parum facere hanc Obſervationem de *Mandatis de non offendendo*, ad locum Gailii *lib. 1. obſervat. 4. princ.* ex quo omnia ſunt aperta.

Obſerv. XXXI. De Mandatis de non offendendo remiſſivè.

XXXII. De Floreno Proclamatis, dem Ruf-Gülden/ à Pauperibus non præſtando, dixi *ſuprà ad Obſervat. XVII. in fin.* Non credo in mentem venturum alicui, quod Pauper impune poſſit non comparere, nam haud dubie in Contumaciam contra eum petente parte Judex procedet. Sunt Actores non Rei, plerique Pauperes, vel Appellantes, quorum Contumacia eſt rarior.

Obſ. XXXII. De Floreno Proclamatis à Paupere præſtando.

Obſ. XXXIII. De Reductione à Laudo, plenior Commentatio.

XXXIII. Gailius hic taxatur *lib. 1. obſ. 150.* quod intricate de *Reductione* à *Laudo* docuerit. Neque tamen ab Obſervatore res extricatur. Sufficiebat ei credo hic & alibi, fortuita cogitata ſua Literis mandare ſine examine ulteriore.

Gailius hanc materiam tradidit *lib. 1. obſ. 1. num. 49. ſeq. obſ. 149.* & *obſ. 150.* Prima Obſervatione Juriſdictionem Cameræ, omiſſis Auſtrægis, fundatam eſſe docet, in caſu ubi Reductioni locus foret. Cum enim à Sententia Arbitri non detur Appellatio regulariter, Reductione ſive viâ Simplicis Querelæ opus eſſe in Camera. Itidem ad *Alciatum* & alios remittit Lectorem ubi Exceptiones inveniantur, quando Appellatione ſit opus.

Tandem de Executione Laudi Homologati per Cameram faciendi agit *num. 50.* Et hæc quidem dicta *obſ. 1.* in ordine ad fundandam Cameræ Juriſdictionem: in ſequentibus Obſervationibus plenius rem explicat *obſ. 149.* Reductionem peti debere à Judice ordinario & à Sententia Reductionis Appellationem admitti ad ſuperiorem, *obſ. 150.* Tempus Reductionis petendæ non eſſe coarctandum intra Fatale Decendii, ſed ſpatio Annorum Triginta. Tum verò explicata differentia inter *Arbitrum* & *Arbitratorem*, an Reductioni locus ſit adverſus utriusque Sententiam dubium nonnihil relinquit Lectorem. Nam & certis Caſibus Appellationem à Sententia Arbitri admittit, v. gr. in læſione immodica, *num. 9.* & tamen *num. 10.* Citationis viam in Camera uſitatam eſſe tradit, poſtea *num. 12. ſeqq.* ſi ſimpliciter ſine Stipulatione Pœnæ Compromiſſum fuerit initum, ceſſante Proviſione hominis obtinere dicit proviſionem Legis: Qualem? Reſp. *l. penult. Cod. de recept. arbitr.* ita ut per lapſum Decendii homologatio tacita inducatur, hoc eſt Laudum pro Re Judicata habeatur: Hæc eſt doctrina Gailii. Blumius *tit. 58.* & Roding *lib. 1. tit. 35.* ea quæ Gailius præcecinit repetunt. Exemplum reformati per Sententiam Cameralem 13. Decembr. Anno 1664. Laudi in cauſa *Comitum Solmenſium* Blumius *Num. 4.* ad Exceptiones in quibus Appellatio valeat retulit, non ſatis memor *Supplicationum tit. 17.* unde patet per viam Citationis ad videndum ſe reſtitui, cauſam hanc

hanc ad Cameram fuiſſe deductam. Meminere iſtius Exempli etiam Lynckerus *tractat. de Gravam. Extrajud. cap. 9. §. 26. in fin.* & *Diſputat. de Laudi Vitiis aphoriſm. 26.* Deckher. ad Tennagel. *de decernend. Proceſſ. claſſ. 4. cap. 5.* Alia Exempla recentiora decretarum Citationum ad videndum ſe reſtitui leguntur *in Supplicationibus* à Dre. Joh. Frider. Hofmanno, Advoc. & Proc. Cameræ editis *tit. 21. Num. 1. ex Anno 1679.* & *Num. 4. ex Anno 1688.* adde Rulant. *de Commiſſar. part. 3. lib. 9. cap. 3. num. 8.* Deckherrus ad Tennagel. *dict. cap. 5.* Appellationes non ſolum ſed & Reductiones à Sententiis *Arbitrorum Conventionalium* excludere videtur, & locum facere tantum Proceſſui Reductionis adverſus Sententias *Arbitratorum.* Ergò ſi Appellatio omnis interdicta: ſi Reductio ad arbitrium boni Viri, ut vocant, intra Triginta Annos inſtitui poteſt: ſi Læſionis enormiſſimæ querela eodem ſpatio durat: ſi Reſtitutio in integrum & Nullitatis remedia competunt, dubium eſſe poſſet, quid utilitatis habeat doctrina de *lapſu Decendii,* quam & Gailius & plures alii amplectuntur: ita ut rejectâ etiam ſententia Gailii de Triginta Annorum Præſcriptione Fatale Decendii obſervandum eſſe ſtatuant, vide Lyncker. *Diſputat. de Laudi Vitiis aphoriſm. 24.* Nobis, quia hanc materiam *ſuprà in Commentatione Syſtematica Sect. I. §. 12. num. 5. pag. 118.* leviter ſaltem attigimus, viſum fuit eandem hic brevibus aphoriſmis illuſtrare.

1. Differentia eſt inſignis inter *Arbitrum* & *Arbitratorem* juxta Gail. *lib. 1. obſerv. 150.* Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. de Receptis. §. 4.* Struv. *ad ff. exercitat. 8. §. 96.* Arbitratoris Sententiam vi omni Juris deſtitui, & libere recedere partes ab ea docet Lauterbach. *dict. loc.* Libertas hæc ſi intelligatur de auctoritate propria, fruſtranea foret plane iſta conventio, & imprudenter aliquis ſuis rebus conſulturus, qui relicta via Juris ordinaria, Arbitratorem eligeret, ſi inquam propria auctoritate Sententiam Arbitratoris ſpernere licet. Idcircò, quod dicitur vim non habere Sententiam Arbitratorum: ita eſt capiendum, ut non eadem ſit vis iſtius Sententiæ, quæ ineſt Sententiæ Arbitri

Com-

Compromiſſarii ; A qua, cum recedere non liceat, neque per Appellationem, neque per Reductionem, juxta Lauterbach. *Diſputat. de Arbitr. Compromiſſar. §. 39.* Ab illa verò, Arbitratorum liber ſit receſſus, neceſſe eſt, ut id aliter non fieri ſtatuendum ſit quam *auctoritate Judicis*.

2. Arbiter Compromiſſarius dicitur is, qui à Partibus eligitur finiendæ litis gratia, ita ut obſervato Juris & Proceſſus ordine Sententiam ferat, Lauterbach. *dict. Diſputat. de Arbitr. Compromiſſar. §. 3.* Non immeritò dubitat Titius ad Lauterbach. *obſervat. 134.* An ejusmodi Compromiſſa ad abbreviandam litem conducant, quia eadem via, & forte citius coram Judice ordinario lis terminari poſſet, vid. Deckherri *Conſultat. 8. de Judicio Compromiſſario :* ubi refertur caſus reſervatæ in Compromiſſo Appellationis. Si quis brevitati ſtudere velit ſincere, licitum foret renunciare omnibus Dilatoriis Exceptionibus & Dilationibus in Judicio. Quam rem commendat tantopere Schilterus *Praxi Jur. Roman. exercitat. 12. §. 2. & 3.* Hæc eſt, credo, ratio genuina, quod Compromiſſa ſtrictè ſic dicta ſint rariora, & magis frequententur Arbitria ex æquo & bono per Arbitratores, Schieds-Freunde / facienda. Qualis inter Partes inita ſit Conventio ex tenore Pacti intelligi debet, ut optimè monet Gailius.

3. In quæſtione de Appellatione vel Reductione Laudi admittenda diſcrimen Juris Germanici à Juſtinianeo agnoſcit Schilterus *§. 6. ſeqq.* Romano Jure à Sententia Arbitri nulla datur Appellatio, quia ſibi imputare debet qui compromiſit, *l. 27. §. 2. & final. ff. de recept. arbitr. l. 1. Cod. eod.* neque intereſt qualitercunque aliquis fuerit læſus, Lyncker. *Diſputat. de Laudi Vitiis aphoriſm. 20. ſeq.* Pœna ſi fuerit adjecta, hæc ſtipulatio non eſt de eſſentia Compromiſſi, ſed ad firmitatem majorem Sententiæ pertinet, Lauterbach. *tit. de Receptis. §. 39.* Lyncker. *Diſputat. de Receptis. §. 29.* adde Schilter. *§. 12.* Qua tamen præſtitâ Jure Novellarum licet redire ad ordinarium Judicem & cauſam ex integro agere, *Novell. 82. cap. 11.* Lauterbach.

bach. *dict.* §. *39.* Schilter. §. *7.* Germanica Jurisprudentia Judiciorum Praxi confirmata admiſit etiam à Sententia Arbitri, cumprimis ob læſionem immodicam loco Appellationis *Reductionem*, vide Schilter. *dict.* §. *7.* ita ut præſumtio Juris Romani de renunciatione tacita remedii ſuſpenſivi omninò ceſſet, ſed potius præſumatur ita compromitti in Laudum, ſi ſit rationi & Juſtitiæ conſentaneum, diſcretum, Viro bono conveniens. Licet verò Statutaria Jura nonnulla in Imperio ad Jus Romanum redacta difficilius reductionem permittant, vide Schilter. §. *8.* Cameræ Imperialis Jure tamen reductio obtinet, non quidem vi *Receſſ. Imper. 1594.* §. *65. ſeq.* quem eo fine allegat Schilter. §. *8.* agit enim iſte locus de Compromiſſis in Judicium Camerale, de quibus *in Commentatione noſtra Sect. I.* §. *1.* Sed ex uſu ſive Praxi, de qua teſtatur Gailius *lib. 1. obſ. 150.* Lynckerus *Diſputat. de Laudi Vitiis aphoriſm. 23.* & *tractat. de Gravam. Extrajud. cap. 9.* §. *26.* idem *in Analect.* ad Struv. *tit. de Receptis* §. *104.* Si quæras, an præcisè in læſione immodicâ querela ſit fundanda? Non eſt mirum, ſi quis ex diverſis JCtorum traditis hæſitet. Unde & Gailius pro cautela commendat, ut Actor alleget læſionem enormiſſimam, *dict. obſ. 150. num. 10.* Scilicet cautelarum artifices nihil volunt omitti, quod in conflictu opinionum dubium relinquere poſſit. Sane ſi vera eſt ſententia Schilteri ſuprà relata, non opus foret læſione enormiſſima, ſed ſufficeret allegari læſionem gravem, Lynckerus *dict. Diſputat. de Laudi Vitiis aphoriſm. 27.* diſtinguit Sententiam *Arbitri* ab ea, quæ ab *Arbitratore* fuit lata. In illa læſionem enormiſſimam requirit, adde *Analecta dict.* §. *104.* In hac, ob quamlibet læſionem reductionem peti poſſe concludit, quam Sententiam nos ſequimur. Sed cum, ut ſuprà dictum, *Arbitramenta* ſint frequentiora, quam Compromiſſa ſtrictè ſic dicta, ſi tenor Conventionis Arbitramentum magis quam Compromiſſum referat, non opus habet Actor ut de læſione immodica ſit multum ſollicitus, conf. Ulr. Huber. *Prælect. ad ff. tit. de Recept.* §. *9.*

4. Circa Fatale Decendii obſervanda rurſus eſt diſtinctio inter Laudum Arbitri, & Sententiam Arbitratoris. Arbitratoris

Sententiam reduci poſſe intra 30. Annos docuit Gailius *lib. 1. obſ. 150.* calculum addente Græveo *in Obſervat. ad hunc locum num. 4.* quem etiam laudat Lynckerus *diſt. Diſputat. de Laudi Vitiis aphoriſm. 27.* & hinc differentiam eſſe ab Appellatione tradit. Lauterbachius verò *tit. de Receptis* §. 4. tantum temporis largitur, quantùm Jura Actioni ipſi tribuunt. Viciſſim ubi de *Laudo Arbitri* eſt ſermo, Decendium requiri ad effectum Homologationis ſive Rei Judicatæ tradit Lyncker. *Diſputat. de Laudi Vitiis aphoriſm. 24.* Lauterbach. *tit. de Recept.* §. 39. Quid autem opus eſt Decendii lapſu ſi Appellatio & Reductio non admittitur? Reſp. Si Pœna aut Intereſſe Conventioni eſt inſerta, (vid. Lyncker. *Diſputat. de Receptis* §. 29. *ubi quid veniat nomine intereſſe explicatur*) licite recedet alteruter à Laudo, dummodo ſolutioni ejus quod intereſt ſeſe ſubjiciat, idque faciendum intra Decendium. Quo præterlapſo, non amplius liberum erit recedere, ſed ex Re Judicata compelletur ad parendum Sententiæ per Mandata Sine Clauſula, Mev. *part. 2. deciſ. 280.* vide Lyncker. *in Analect. diſt. loc.* §. 104. Ulr. Huber. *Prælect. ad ff. tit. de Recept.* §. 8. Voet. *num. 25.* Aliud dicendum, ſi Sententia Arbitri *Nullitate* laboraret, quod quando fiat expoſitum legas in ſæpe laudata *Diſputat.* Lynckeriana *de Laudi Vitiis.*

5. Reductio Laudi vel Arbitramenti peti debet à Judice ordinario. Inter immediatos à Camera Imperiali, vide Teſſaur. *deciſ. 14.* Gail. *lib. 1. obſ. 149.* & ibi Græveus. Voet. *ad tit. ff. de Recept. num. 27.* Auſtrægarum Jurisdictionem excludit Gail. *lib. 1. obſ. 1. num. 49.* cujus doctrinam non recipit Lynckerus *Diſputat. de Laudi Vitiis aphoriſm. 25.* præferens ſententiam Schubhardi *part. 2. de Auſtræg. cap. 9. num. 44.* Si Blumii eſſet aliqua auctoritas, is ad Gailii caſtra tranſire ſe dicit *tit. 58. num. 10.* Potior eſt ratio, quod Auſtrægarum cognitio ſtrictiſſimi ſit Juris ultra caſus expreſſos non extendenda, & Judicii Cameralis Praxis, quam exemplo ſuprà relato Blumius alibi confirmat *tit. 27. num. 184.* De Reviſione Laudi Cameralis vel Reductione videndus eſt textus *Receſſ. Imper. 1594.* §. 65. *ſeq.*

6. Ho-

6. Homologatio Laudi dicitur fieri ſi intra Decendium non fuerit contradictio facta, ſcil. ad effectum Rei Judicatæ. Ergò ſi contradixerit alteruter, pœnæ ſe reddet obnoxium, vide *ſuprà aphoriſm. 4.* Quid ſi de pœna vel intereſſe partes ſibi non proſpexerint? Nihilominùs Laudi Compromiſſarii vis conſtabit, ad cujus ſubſtantiam pœnam non requiri ſuprà dictum fuit *aphoriſm. 3.* adde Mev. *part. 2. deciſ. 280. num. 4.* Cautelam Mynſing *centur. 5. obſ. 14.* & Gailii *lib. 1. obſ. 150. num. 14.* ut maneat ratum Laudum vel ex toto vel ex parte licet alteruter pœnam ſolvere ſit paratus, commendat etiam Lynckerus *de Gravam. Extrajud. cap. 9. §. 26. num. 4.* & *Diſputat. de Laudi Vitiis aphoriſm. 76.* Sed ſatis de hac materia pro inſtituti ratione, redeo ad Obſervationes Magenhorſtianas.

XXXIV. Hac Obſervatione forte innixi Procuratores ita agere ſolent, ut Tutorium Camerale non ſimul producant, ſed generaliter allegent: Rectius fieret, ſi ſimul Copia apponeretur, ne Referenti relinquatur ſollicitudo in Lectoria de facto inquirendi. *Obſ. XXXIV.* De Tutorio Camerali producendo.

XXXV. Traditur hic regula ex Gail. *lib. 1. obſ. 80. num. 6.* & *lib. 1. de Pac. Publ. cap. 15. num. 14.* quando Manus & Sigilla in Contumaciam pro recognitis acceptanda, quando probanda eorum veritas. Poſterius locum habet ſi Reus in Judicio præſens nondum fuit. Nam licet in Contumaciam Judex procedere poſſit, non tamen poteſt Contumacia eum habere effectum, ut ſine Probatione ſufficienti Reus condemnetur. Probatio autem hic aliter fieri nequit, quam per Comparationem aut per Teſtes. Fallax Remedium eſt Comparatio. De Recognitione adde Deckher. ad Koch. *part. 3. tit. 11. num. 6.* *Obſ. XXXV.* De acceptatione Manus & Sigillorum pro recognitis, & Comparatione Literarum.

XXXVI. Exemplum hic refertur tale: Alimenta fuiſſe adjudicata *Meretrici* (forte *Stupratæ*, nam non omnis ſtuprata eſt meretrix) & filio ex ea ſuſcepto, Proceſſus Appellationis decretos ſed Inhibitionem denegatam. Peregrinum hoc videbatur noſtro Obſervatori, quia Sententia qua decernuntur Alimenta eſſet inappellabilis. Imò verò appellabilis eſt etiam quoad effectum ſuſpenſivum, ſi immodica forent Alimenta & Gravamen perpetuum. *Obſ. XXXVI.* De Alimentis Stupratæ adjudicatis, & Appellatione admiſſa. Ubi varia notabilia de Alimentis decer-

aendis & Cautione præſtanda.

tuum. Quo caſu tamen Judex ſuperior vi officii proviſionem decernet. Vel ſi ad Alimenta præſtanda condemnaretur is, qui ſe non teneri probabiliter oſtendit, vid. *Relat. Cam.* à Thulemario *collect. part. 2. vot. 6. num. 13.* Addit Obſervator ex *Receſſ. Deputat. 1600. §. 146.* Reviſionis Remedium adverſus Sententiam Cameralem, qua Alimenta decernuntur locum non habere. Sed dictus textus tantum effectum ſuſpenſivum ſuſtulit, non verò Reviſionem. Ergò ſicut prævaluit ſemper Sententia, quod Appellatio locum habeat à Sententia Alimentorum, ita & Reviſio non deneganda erit, ſi nihil aliud impediat. De effectu ſuſpenſivo eſt alia inſpectio. Quid ſi victor in cauſa Alimentorum Cautionem præſtare nequeat: Quid ſi exceſſus in quanto adjudicato probetur: Quid ſi damnum irreparabile allegetur: Equidem de *Damno* facilis eſt reſolutio, cum id ex arbitrio condemnati dependere non poſſit, neque huc trahendum argumentum à *Cauſis Religionis*, in quibus effectus ſuſpenſivus relictus eſt pendente Reviſione per *Receſſ. Imper. 1654. §. 124.* Quia iſta Lex ultra caſum expreſſum extendi non debet, ceu exceptio à regula, vid. *Capitulat. Caroli VI. artic. 17.* De *Exceſſu* ſi probatus fuerit, officium erit Judicis, Sententiam Alimentorum moderari, eſt enim ex eorum genere, quæ arbitrio Judicis ſemper ſubjacent, cum proviſio à Judice rurſus pro re nata tolli queat. De *Cautione* notandum, quod ad effectum Reſtitutionis obtinendæ requiratur, ſi in Reviſorio Sententiam Cameralem reformari contingat. Atqui Alimenta ſua natura Reſtitutioni obnoxia non ſunt. Ergò nec opus eſt Cautione, vid. Lyncker. *de Gravam. Extrajud. cap. 9. part. 2. §. 13.* ubi docet, quod in cauſis, in quibus per *Receſſum Deputationis 1600.* effectus ſuſpenſivus eſt ſublatus, pars victrix ad Executionem obtinendam à Cautione ſit immunis, quia quæ ſpeciali ratione introducta ſunt, per generalem Conſtitutionem non tollantur. De Alimentorum Cauſis & Executione Sententiæ notabilis eſt locus apud Stammium (fuit quondam Imperialis Cameræ Aſſeſſor) *tractat. de Servitut. Perſonal. lib. 1. tit. 4. à num. 16. uſque 22.* ubi *num. 21.* exemplum *oblatæ* à Victore *Cautionis Juratoriæ*

toriæ & acceptatæ per Sententiam refert. Non mirum itaque ſi Reviſio petita ad effectum ſuſpenſivum non acceptetur in Camera, ſed Executio Sententiæ latæ demandetur.

XXXVII. Correctionem meruit hæc Obſervatio à Deckherro, eſt enim error inſignis, quod contra Legatum Pontificis Romani decernat Camera Mandatum Avocatorium. Contra Partem verò decerni ejuſmodi Mandata Pœnalia nihil eſt novi, & præter exempla à Deckherro hic recenſita, & *in Sententiis ex Anno 1671. Num. 377.* & *Anno 1676. Num. 818.* alia frequentiſſimè occurrunt, quæ referre opus non eſt. *Obſ. XXXVII.* Adverſus Legatum Pontificis Camera non decernit Proceſſus.

XXXVIII. Exiit Foro *Ordo Præfixarum* ait Deckherrus; exeat igitur ex numero hæc Obſervatio. *Obſ. XXXVIII.* Abolitus Ordo Præfixarum.

XXXIX. Recte docet Gailius *lib. 1. obſ. 69.* ait Obſervator, quod Tertius interveniens intereſſe ſuum docere debeat: Quaſi verò hæc doctrina opus haberet Obſervatione ſingulari. Quis enim adeo eſt imperitus, ut Interventionem ſine cauſa probata repulſam non laturam eſſe, ſibi imaginetur? *Obſ. XXXIX.* De Tertio interveniente & docendo ſuo intereſſe.

XL. Inutilis eſt Obſervatio, cum Dies certus in Citationibus non præfigatur, ſed Trigeſimus vel Sexageſimus, cum addita clauſula, ſi iſte non fuerit Juridicus, ut compareat Citatus in proximo Juridico. *Obſervat. XL.* Dies certus in Citationibus non præfigitur.

XLI. De vocabulis hic agitur: *Executorialium*, & *Mandati de Exequendo.* Leve eſſe monitum indicat Deckherrus, & ſufficere Mandata de Exequendo dirigi ad Directores Circuli, vel ad Judicem ordinarium. Executorialia verò Mandata contra Partem. *Obſerv. XLI.* De diverſitate Executorialium & Mandati de Exequendo.

XLII. Tractatur quæſtio, an Citatio ex Lege Diffamari locum habeat, ſi Diffamatio fuerit facta non de Jure Diffamantium, ſed in præjudicium Tertii. Denegandam fuiſſe petitam Citationem in caſu propoſito, indoles Remedii ſatis docet. Licet enim inter Remedia Injuriarum referatur à Schiltero *Exercitat. ad ff. 49. §. 32.* Tamen dicto caſu inculpatus erat Nobilis immediatus ab homine privato de verbis injurioſis contra perſonam alicujus Principis prolatis, ubi Cameræ Juriſdictio fundata eſſe non poterat, quia contra Nobilem non erat Actio aliqua com- *Obſerv. XLII.* De Citatione ex Lege Diffamari ſi non agatur de Diffamantium, ſed Tertii præjudicio.

parata Diffamanti ad quam proponendam eſſet provocandus. In Cauſis Injuriarum verò Remedium hoc ſapit naturam Actionis principalis. Ergò in Foro Domicilii conveniendus erat Diffamator.

Obſerv. XLIII. De Procuratore pro conſorte conſtituto.

XLIII. Tritum eſt neminem poſſe pro alio Conſorte Procuratorem conſtituere.

Obſerv. XLIV. De Moneta in Cancellaria Camerali ſolvenda & Salario Aſſeſſorum. Ubi de reductione der Cammer-Gülden und Reichsthalern.

XLIV. Suprà *Obſervat. XI.* agebatur in genere de Moneta Imperiali in Solutionibus obſervanda, hic in ſpecie de Moneta ſolvenda in Cancellaria Camerali. Sed ceſſat omnis hæc Obſervatio hodie poſtquam Solutiones iſtæ ad communem uſum Pecuniæ der Reichsthaler zu 90. Kreutzer fuit redacta, & *in Noviſſimo Receſſu Viſitat. Memorial. Cancellar.* §. 26. Taxæ certa regula fuit conſtituta. Prout etiam Salarium Aſſeſſorum, quod per *Receſſ. Imper. 1654. §. 11.* eſt Mille Imperialium, computatur juxta *dict. Receſſ. Viſitat. Memorial.* den Pfennigmeiſter betreffend §. 5. ad Imperiales in ſpecie, hoc eſt, jeden Reichsthaler zu 2. fl. ut adeo valore cujuscunque Monetæ, etiam peregrinæ, certum quantum proportionatum ad Monetam uſualem der Reichsthaler / vel current zu 90. Kreutzer / vel in ſpecie zu 2. fl. und der Gulden zu 60. Kreutzer redacto, nullo amplius opus ſit labore Reductionis, quem habet *Tabella* in Roding. locuplet. *Mantiſſ. XII. pag. 946.* Hoc tantum obſervandum, quod Floreni Cameralis valor adhuc retineatur zu 4. Kopffſtück ſive 80. Kreutzer / in Mulctis Straf der Ordnung / und nach Ermäſſigung. [8. Kopffſtück / vid. Roding. *lib. 1. tit. 7. §. 20.* & *lib. 3. tit. 37. §. 2.*]

Obſerv. XLV. A quo Judice petenda Commiſſio ad perpetuam memoriam. Ubi de Commiſſione ad vocandum Teſtem.

XLV. Commiſſionem ad perpetuam memoriam peti à Judice, cujus futura eſt litis deciſio, in vulgus notum eſt. Auctor Obſervationum hic refert Exemplum decretæ Commiſſionis à Camera, ubi à Judice ordinario erat denegata. Animadvertit Deckherrus, quod haud dubie vel præceſſerint Promotoriales, vel evidenter probata fuerit Juſtitiæ Denegatio. Poſteriori caſu Citationem ſuper denegata Juſtitia adverſus Magiſtratum, & ad Teſtimonium juratum reddendo, vel ad videndum ſe incidiſſe in Pœnas Juris, contra Teſtes, Praxi Cameræ decerni. Diſcerni enim

debe-

debere *Commiſſionem ad Examen Teſtium in perpetuam memoriam à petitione Commiſſionis ſpecialis ad vocandum & examinandum Teſtem.* Illam pertinere ad Judicem futuræ litis, hanc ad Magiſtratum Ordinarium cujusque Teſtis.

XLVI. Agitur hic de Pœna Conatus in cauſis fractæ Pacis. Abunde ſatis fit Lectori à Deckherro *in Vindic. tit. 29. num. 35. ſeqq.* *Obſerv. XLVI.* De Pœna Conatus in cauſa fractæ Pacis.

XLVII. Vulgaria ſunt, ait Deckherrus, quæ de Remiſſione ad Judicium hic adferuntur, vid. Schwanman. *obſ. 60. num. 4.* Ego addo, eſſe etiam falſa; imo oportet Supplicam eandem, cui Decretum *judicialiter* inſcriptum, cum Adjunctis in Judicio producere, nam (1.) non licet ſupplicare extrajudicialiter Proceſſu pendente, quotiescunque ergo Supplica talis exhibetur, Contenta in Senatu ponderantur & pro rei exigentia rejicitur Petitum, vel ad Judicium remittitur. Mutationem Supplicæ Procurator haud dubie Mulcta graviore luet. (2.) Decretum Supplicæ inſcriptum in Receſſu allegandum eſt & Recognitio ab adverſario Procuratore poſtulanda, quo ipſo eadem & non alia Supplica producenda eſt. Quod additur in Obſervatione de Supplica pro Appellationis Proceſſibus *judicialiter* remiſſa, cujus exempli non meminerat Deckherrus, id noſtro tempore aliquoties factum ſcimus, ſed nonniſi in cauſis jam tum introductis, quando ob novum incidens, vel in Executione ab Exceſſu Appellatio interponitur. Alius enim in cauſis novis non foret dabilis caſus. *Obſ. XLVII.* Quando Supplicans remittatur judicialiter: ubi de Appellatione ab Exceſſu Executionis.

XLVIII. De Compulſorialibus ulterioribus ſatis dictum *in Commentatione noſtra Sect. I. §. 13. num. 16.* hic nihil addendum, neque in Obſervatione eſt quidquam ſingulare. *Obſ. XLVIII.* De Compulſorialibus ulterioribus, remiſſivè.

XLIX. De Salvo Conductu etiam dictum *in Commentatione Sect. I. §. 12. num. 7.* Obſervator hoc loco nihil habet quam bina Exempla, unum decreti, alterum denegati Salvi Conductus ex Anno 1595. ſed ſine circumſtantiis ſufficientibus. Addendus *noſtræ Commentat. dict. loc.* Deckher. *in Vindic. tit. 29. num. 104.* *Obſerv. XLIX.* De Salvo Conductu, remiſſivè.

L. Explicat hic Obſervator ſenſum Clauſulæ Procuratoribus familiaris: *Extra Proteſtationem:* Non eſt operæ pretium rebus tritiſſimis immorari. *Obſervat. L.* De Clauſula: Extra Proteſtationem.

LI. Re-

Obſervat. LI. De Probatione interpoſitæ Appellationis viva voce, per Teſtes.

LI. Refertur hic caſus rarus, forte nunquam alias extiturus, quod Probatio Actus Appellationis viva voce interpoſitæ per Teſtes fuerit admiſſa, contra Protocollum Judicii prioris Inſtantiæ Salisburgenſis, in quo notatum erat nullam fuiſſe interpoſitam Appellationem. Sed tantum ad effectum *Citationis* obtinendæ, hoc eſt ſine Inhibitione.

Obſervat. LII. De Cautione Procuratorum reiteranda.

LII. Monet Deckherrus contra Obſervatorem, quod non ſufficiat Relatio ad Cautionem ſemel præſtitam, ſi nova cauſa introducatur, ſed cavendum eſſe toties, quoties compareat Procurator nomine ejusdem *Rei.* Nam *Actor* paratus eſſe debet, neque admittitur Cautio ſub periculo vel Deſertionis in Appellationibus, vel Circumductionis in Cauſis Citationum vel Mandatorum, vid. *Decret. General. 13. Decembr. 1659. §. 2.* Si contingeret caſus ut idem Procurator eadem Audientia in pluribus cauſis ejusdem Rei nomine compareret, Cautionem quidem erit interpoſiturus de mandato producendo in ſingulis cauſis, ſed prout hodie Ordo Audientiarum eſt comparatus, omnes has Cautiones uno ſaltem tactu Sceptri Judicialis eſſet præſtiturus. Cæterum quid obſervandum ſit, ſi Procurator Copiam Signatam Mandati Generalis in alia cauſa producere velit, docet *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. Memorial. Advocat. & Procurator. in Taxa Labor. num. 2.*

Obſerv. LIII. De Reconventione coram Auſtrægis, remiſſivè.

LIII. Cum Obſervationi huic de Reconventione coram Auſtrægis ineruditæ nec veræ funus ductum fuerit à Deckherro *in Vindic. tit. 27. num. 143. ſeqq. pag. 262. uſque 266.* uti ipſe ait in Nota Obſervationi ſubjecta, nolo ego ſepultam reſuſcitare.

Obſervat. LIV. De Immiſſione ex primo Decreto quando adhuc obſervetur.

LIV. Et hæc Obſervatio de Immiſſione in Bona ex primo Decreto ob Contumaciam à Foro exiit, monente Deckherro, niſi in Proceſſu contra Tutores contumaces, vel in Nunciatione Novi Operis, Damni Infecti & ſimilibus.

Obſervat. LV. De Formula petendi Mandatum arctius, & ejus uſu.

LV. Ad Formulas Procuratoribus Solennes pertinet, quod in Cauſis Mandatorum in principio petatur Proclama, deinde poſt Sex Juridicas, Mandatum arctius cum Declaratione Pœnæ; ita enim corrigendus eſt Auctor. Dico ad Formulas Procuratoribus Solennes, nam rariſſimè Judex ad Mandatum arctius & Declara-

clarationem Pœnæ deſcendit, uti *ſuprà in Commentatione* [*Sect. I. §. 6. num. 5. ſeqq. pag. 40.* & *Sect. II. §. 2. num. 22. pag. 186. ſeq.*] explicavimus, ſed Mandatum de Exequendo decernitur. Manet tamen Formula Petitionis, quia Judici integrum eſt nihilominùs pro re nata alterutrum decernere.

LVI. A primo Decreto Immiſſionis appellari non poſſe tradit Deckherrus, contra Auctorem Obſervationum, qui ſaltem Inhibitionem denegat: Exceptiones habet Blumius *tit. 46. num. 67.* quas niti rationibus ſpecialibus, non verò primi Decreti vi admodum debili monet Deckherrus, qui tamen *ſuas Vindicias ſive Notas* ad Blumium eouſque non abſolvit, vel, ut fertur, ex aliqua animi commotione concremavit: adde *ſuprà dicta Sect. I. §. 14. num. 22.* ad hunc locum Blumii. *Obſervat. LVI.* De Appellatione à primo Decreto Immiſſionis.

LVII. HæcObſervatio repetitur à Blumio *tit. 25. num. 26.* nos utilitatem ejus nullam eſſe oſtendimus *in Commentatione Sect. I. §. 1. num. 2.* cui jam addo Menckenium JCtum Saxonicum celeberrimum *in Controverſ. Jur. diſputat. 2. Jur. Publ. theſ. 12.* Literas Promotoriales Imperatorem Auguſtiſſimum ad Camerale Judicium dare poſſe & ſæpe ad inſtantiam Partium concedere, nemo eſt Rerum Cameralium peritus, qui neget vel ignoret. Sed tamen iſtarum Literarum effectus non eſt Cauſarum Avocatio, unicè Juſtitiæ Promotio. Neque à Judicio Camerali negligi ſimiles Literas reverentia debita patitur. Licet non ei qui Literas petit & obtinet magis exhibeatur favor, quam cauſa alias patitur in meritis. Unde & Auguſtiſſimus Imperator parcius haſce Literas concedere ſolet, ſatis gnarus Aſſeſſores pro eo quo ſunt numerò, ad tantam Cauſarum molem minime ſufficienti, officium ſuum facere pro virili. *Obſerv. LVII.* De tractatione cauſæ in Ordine Novarum. Ubi de Literis Promotorialibus Cæſareis.

LVIII. Satis clarè Deckherrus monet: Appellationem ab Executione Sententiæ, quæ in Rem Judicatam tranſiit, non admitti, ſed ab Exceſſu Executionis. Addendum eſt, quod eo caſu plerumque pro Informatione Judici à quo reſcribatur. Niſi deinde Exceſſus clarè doceatur, Appellationis Proceſſus non decernentur. Commodum eſt hic obſervare, quod ab Exe- *Obſerv. LVIII.* De Appellatione ab Exceſſu Executionis quomodo procedat Judex Cameralis.

çutoribus Cameralium Sententiarum Subdelegatis (Executores ipſi ſunt Directores Circuli) propter Exceſſus Executionis frequenter ad Cameram Appellationes interponantur quidem, rariſſimè verò recipiantur, ſed prævia Informatione, & Cauſæ Cognitione quid Executoribus agendum, quomodo Gravamen, ſi quod eſſe doceretur, ſit tollendum, per Decretum ſignificetur. Interdum *judicialiter* Supplica pro Appellationis Proceſſibus remittatur, ut Modus Executionis per Sententiam ad tramitem deducatur. Novos Proceſſus tali caſu decernere inſignem pareret confuſionem & Rerum deciſarum recoctionem.

Obſervat. LIX. De Prorogationum Petitione & abuſu coërcendo. Ubi de Culpa Procuratoris & Sententiis in Contumaciam.

LIX. Quæ in hac Obſervatione allegantur, ſed incertè, *Decreta Generalia de Prorogationibus* legitimè petendis, credo eſſe *ex Anno 1579. & 1580.* adde *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 52.* Nihilominùs abuſui remedium ſufficiens adhiberi vix poteſt, donec aucto aliquando Aſſeſſorum numero agenda die Sabbathi juxta *dict. Receſſ. Viſitat. §. 51. 53. & 76.* accuratius ad uſum perducantur. Alius eſt abuſus non ſine Mulcta dimittendus, ſi Procurator poſt præterlapſum Terminum petat Reſtitutionem in integrum ſine cauſa juſta probata, ex Clauſula generali, & cum ea novum Terminum agendi. Credunt Principales moram vel negligentiam Procuratorum ſibi non fore damno, vel poſſe culpam rejici in Procuratorem impune. Informari deberet unusquisque ex Gailio *lib. 1. obſerv. 45.* Accidit equidem ut Sententia in contumaciam non agentis ferenda ſuſpendatur, vel Scriptum poſt effluxum tempus agendi productum ſine rejectione admittatur, ne pars ſuccumbens arripiat occaſionem petendi Reſtitutionem in integrum adverſus Sententiam, exiſtimans faciliorem ſibi fore viam ad Contumaciam in non agendo purgandam, quam ſi in *Novis* Reſtitutionem fundare neceſſum habeat juxta *Decret. General. Anno 1669. & 1671.*

Obſervat. LX. Protractio Litis per petitionem Dilationis in Termino Paritionis.

LX. Hæc Protractio, quam refert Obſervator, valde ſolennis eſt. Licet enim *in Receſſ. Imper. 1654.* prohibeatur in Termino Paritionis docendæ Dilationem petere *§. 76.* Fit tamen hoc ſæpiſſimè, non ſane ex Stylo, ſed contra Legem, unde

& Mul-

& Mulcta ſequitur vel Paritoria Sententia, quam *ſimplicem* vocant; cujus tamen, ſi poſtea Exceptiones producantur, effectus eſt nullus. Et ita Leges bonæ per pravas Conſuetudines indirectè convelluntur. [Fieri tamen poteſt, ut Sententia talis ſimplex vim habeat Definitivæ, per condemnationem in Pœnam Mandato inſertam; cujus memorabile exemplum refert B. Auctor. *part. 4. Obſervat. Forenſ. 305.*] Si non comparuerit Citatus in Termino, uti ſuadet Obſervator, nullum gravius eſt periculum quam Proclamatis uno Floreno redimendi. Et tum intra Sex Juridicas Exceptiones comparebunt. Nollem ego Auctor eſſe Procuratori, ut Exceptiones ſibi tranſmiſſas, vel aliud Scriptum, reticeret, & Productionem ſtudiosè protraheret. Brevitas harum Annotationum & Inſtituti ratio non fert, ut ſingulos abuſus & protrahendi modos, qui obſervantur quotidie, recenſeam. Illud plane intolerabile, quod in Cauſis Mandatorum Sine Clauſula, ubi Terminus Paritionis eſt 30. Dierum, Prorogatio Termini petatur quandoque ad 3. Menſes & ultra. Gravior deberet conſtitui Pœna Contumaciæ, major effectus Paritoriæ ſimplicis, difficilior ad Reſtitutionem adverſus Contumaciam via.

Ubi de Paritoria ſimplici, & de Mora in producendis Scriptis.

Decretum erat contra Principem Mandatum Caſſatorium, Inhibitorium, de non amplius turbando neque gravando contra Conventiones & Statum Immedietatis, edendo Pacto communi, non offendendo, ut & de relaxandis Captivis *Sine*, de reſtituendis verò extortis Reverſalibus, Mulctis, Expenſis & Damnis cauſatis *Cum Clauſula.* Rubrica Proceſſus denotat varia Gravamina Querelæ feciſſe locum, mixtamque eſſe cum Poſſeſſorio cauſam proprietatis. Facta Reproductione Reus Exceptiones Fori Declinatorias oppoſuit, allegans ſuam Poſſeſſionem immemorialem in Exercitio Jurium Territorii, adeoque facta non eſſe ad Mandatum Sine Clauſula qualificata, ſed ad Auſtrægas remittendum eſſe Actorem. Cum Acta ad Sententiam Definitivam inſtructa non eſſe ſatis, deprehenderetur, venit in quæſtionem, an Reo Reſponſio ſpecialior ad Narrata Supplicæ eſſet injungenda, ſuſpenſa interim quæſtione Fori. Ratio dubitandi: quod Fori Exceptione non re-

De Exceptionibus Fori Auſtrægalis contra Mandatum Sine Clauſula, & quatenus ſuſpenſa deciſione Fori, Reo poſſit injungi Reſponſio in cauſa principali.

mota Judex in cauſa principali decernere aliquid non poſſet. Impediebat verò hanc quoque deciſionem, quod licet ad decernendum Mandatum extrajudicialiter ſufficientis adfuiſſent & verôſimiles Probationes, ad Sententiam tamen viderentur non ſufficientes neque eſſent recognitæ. Sed conſiderata hujus Proceſſus natura obtinuit opinio affirmativa, tum quod non omnia Mandata Sine Clauſula ad Interdictum Poſſeſſionis reſpicere deberent, ſed mixtam habere poſſint Proprietatis Cauſam, proinde non ſufficeret negari per Reum Qualitatem Facti. Sic enim omnes Rei negando Facti Qualitatem effugere poſſent Proceſſum Mandatorum Sine Clauſula. Tum etiam quod Actor eſſet debilior, & Officiales Rei non deſinerent ei perpetuo inſultare: Ex principalis cauſæ tractatione & reſponſione ſpeciali ad Narrata conſtiturum de facti, non negati à Reo, qualitate, & de Poſſeſſionis rectitudine. Sæpius enim quæſtio Fori à cauſæ principalis meritis dependet. Itaque ſuſpenſa etiam deciſione Exceptionis Fori Declinatoriæ Reus juſſus ad Narrata ſpecialiter reſpondere, Adjunctaque recognoſcere vel diffiteri. Addita admonitione ne per facta violenta cauſa magis vulneraretur.

Obſervat. LXI. Petita Supplicantium nimis laxa quomodo reſtringantur.

LXI. Utilis eſt hæc Obſervatio, ne nimium petant Supplicantes, in Cauſis Mandatorum, alias ſequetur Decretum eingezogener und förmlicher zu ſuppliciren. Et tamen frequentiſſime ea in re peccatur. Et gratulari ſibi debent Supplicantes ſi abſque prævio Decreto ſuprà dicto Senatus ſtatim decernat decernenda übriges Begehren aber abgeſchlagen. In Cauſis Pignorationum ſi Narrata bene ſint fundata & Actionis requiſita, recte haud dubie petitur Mandatum in gemeiner beſtändiger Form / ſine laxiori explicatione Petiti.

Obſerv. LXII. De Prorogatione Fatalium quomodo fieri debeat, quando & quouſque obtineri. Abuſus varii notantur.

LXII. Præſtat hic obſervare Monita Deckherri quam Auctoris. Refert enim *Stylum* Judicii conſtantem: Prorogatio Fatalium *judicialiter* petita ex cauſa non frivola pro conceſſa habetur. Nunquam petitur Prorogatio Fatalium (ſermo eſt de *Fatali Reproductionis*) extrajudicialiter ſi Proceſſus fuerint decreti ſive Appellationis ſive Mandati. Ante decre-

tos

tos Proceſſus Appellationum ſolent Procuratores ſæpenumero Prorogationem Fatalium petere, utique ſuperfluè, cum poſt exhibitam Supplicam intra Quadrimeſtre absque coarctatione tamen, Appellans egerit ea quæ ſibi agenda fuere, uſque ad tempus inſinuatorum Proceſſuum. Et inſignem abuſum committi per infinitam quaſi Prorogationis Petitionem ſæpius à nobis fuit monitum. Cum & eo delabantur Supplicantes, ut exiſtiment, ſi ob quamcunque, ſuæ ſæpe commoditatis gratia, factam Petitionem ad proroganda Fatalia, Supplicam in Cancellaria exhibuerint, in Senatum forte non deferendam, ut eo ipſo Fatalium Prorogatio pro conceſſa haberi debeat. Verus & legitimus Modus Prorogationis eſt, ſi ob cauſas graves probatas Supplica pro Proceſſibus intra Quadrimeſtre exhiberi non poſſit, cum debitis Adjunctis. Tum verò ob periculum Inſinuationis & reditus Nuncii. Cæteras Prorogationes omnes ad abuſum referre tuto licebit: adde *Obſervat. XXI. XCV. XCVI. XCVII.*

LXIII. Quæſtio eſt, ſi quis Spoliatum ſe dicit, Principemque ſuper Auſtrægis juxta *Ord. Cam. part. 2. tit. 8.* requirat: Hic verò negans ſe ſpoliaſſe, requiſitionem ad formam *tit. 4.* expectet, an cauſa per viam conſuetam *Citationis ob denegatam Juſtitiam* ad Cameram deduci queat? Exemplum adducit Auctor Obſervationum pro Affirmativa. Quod repetiit Schwanman. *obſ. 173.* Deckherrus putat *Vindic. tit. 27. num. 194.* ſaltim eatenus cauſam ad Cameram receptum iri ut ſuper modo Auſtrægarum cognoſcatur. In *Relection. Vindic. ad dict. num. 194.* videtur inclinare ad ſententiam, quæ & nobis videtur ſequenda, fundatam fore Juriſdictionem Cameræ etiam in cauſa principali Spolii. *Obſerv. LXIII.* Quomodo in cauſa ſimplicis Spolii, ſed contradicti, poſt Requiſitionem ſuper Auſtrægis, Juriſdictio Cameræ fundari queat.

LXIV. Agitur hic de Inſinuatione Legum publicarum Imperii Cameræ facienda per Imperii Archi-Cancellarium. Adhibendus hic eſt Deckherrus *in Vindic. tit. 2. num. 9.* ubi plenius & diſtinctius res expoſita: adde Roding. *lib. 1. tit. 1. §. 8. 9. 10.* *Obſerv. LXIV.* De Inſinuatione Legum publicarum Cameræ facienda.

LXV. Exponit Auctor Exemplum aliquod denegatæ in Camera Citationis, in Cauſa Feudali inter duos Vaſallos, cum tamen Dominus Feudi requiſitus pro conſtituendo Judicio Feudali *Obſerv. LXV.* De Juriſdictione Cameræ in

Cauſis Feudalibus inter duos Vaſallos fundanda. Si Dominus Feudi nolit judicare.

Actorem ad Cameram remiſiſſet. Ratio additur, quia non verſabatur Domini cauſa ſed Vaſalli, qui beneficio primæ Inſtantiæ privandus non erat. Optima hic eſt admonitio Deckherri, quod Actor in Camera petitum direxerit ſimpliciter *ad videndum ſibi adjudicari Feudum*, cum debuiſſet ſuper denegata Juſtitia cauſam ad Cameram deferre, quo facto haud dubie Proceſſus fore decernendos: Additur ratio *ex Vindic. tit. 27. num. 183.* quod Cauſæ Feudales ad Auſtrægarum Judicium non pertineant, ubi vide plura.

Obſerv. LXVI. De Actione Fidejuſſoris adverſus Fidejuſſorem ulteriorem.

LXVI. Quæritur hic an Fidejuſſor, à Creditore conventus, contra Fidejuſſorem ulteriorem agere poſſit cum effectu. Negat Deckherrus per *l. 27. §. 4. ff. de Fidejuſſor.* ubi monet deceptos fuiſſe Obſervatione Magenhorſtiana Advocatos. Conſulatur Schilterus *Exercitat. ad ff. 48. §. 28.* Finckelthauſ. *obſervat. 107.* Lauterbach. *Diſputat. de Fidejuſſor. indemnitat. cap. 8. §. 37. ſeqq.* Lyncker. *deciſ. 215.*

Obſ. LXVII. De Legitimatione Procuratorum ante Submiſſionem.

LXVII. Mirum tot Exempla Mulctarum, cautos non reddere Procuratores. Alias non magni momenti eſt Obſervatio, de Legitimatione ante Submiſſionem neceſſaria.

Obſ. LXVIII. De Pauperibus, remiſſivè.

LXVIII. Continet Obſervatio hæc trita & vulgatiſſima de Pauperibus ex Lege Camerali petenda, & Gail. *lib. 1. obſ. 31. num. 7.* & *obſ. 142.* quibus nolo immorari.

Obſerv. LXIX. Rationes denegatorum Proceſſuum male divinantur quandoque Supplicantes. Exemplo id demonſtratur.

LXIX. Sententia, quæ hic refertur, haud dubie nullum continebat Gravamen, quia admittebat Tutores Liberorum ad adeundam Paternam Hæreditatem cum beneficio Inventarii, ſalvo Jure Viduæ. Adeoque Proceſſus Appellationis denegati. Reliquæ Rationes, quas divinari voluit Obſervator, ſunt infirmæ: Nam nec ſolum in mora periculum, neque Interdictum Quorum Bonorum, quod eſt adipiſcendæ Poſſeſſionis, impedit Appellationis Proceſſus. Non illud, quia, ut conſtet verum eſſe periculum, opus foret Cauſæ Cognitione, neque ſane id ex Appellantis Narratis conſtare poteſt. Non hoc, quia alias ſequeretur omnes Sententias in Cauſis Poſſeſſoriis Appellationem reſpuere, quam tamen in *Ordinario Poſſeſſorio* Jus Camerale admittit haud dubie, & Praxis notiſſima etiam ipſi Blumio *tit. 46. num. 55.* cui jungendus

dus Locupletator Rodingii *lib. 1. tit. 31. §. 11. ſeqq.* Fruſtra igitur allegatur hæc Obſervatio à Schwanman. *obſ. 175. Except. 55. pag. 280.* Ita verò fieri ſolet ut Procuratores rationes denegatorum Proceſſuum divinare ſtudeant, quandoque bono cum judicio, ſæpius erroneo, quod fit plerumque, ſi ſufficere putent Formalia recte ſeſe habere. Imo niſi Judex Gravaminum *gravitatem* videat, (de *Veritate* nulla eſt indagatio, ſed periculum Appellantis in progreſſu) Proceſſus denegari præſtat quam litem ſerere, ad quas finiendas Judicium eſt conſtitutum.

LXX. Nulla eſt utilitas hujus Obſervationis poſt *Decreta Generalia* de Forma Reſtitutionis in integrum petendæ *Anno 1669. & 1671.* lata: [huc pertinent quæ tradit B. Auctor. *part. 3. Obſervat. Forenſ. 254.* & *part. 4. Obſervat. Forenſ. 334. 335. & 355.*] & quæ de Mandato Generali tradit Mynſing. *centur. 1. obſerv. 26.* Gail. *lib. 1. obſ. 143.* per Formulam Mandati Generalis hodie uſitatam, quæ reperitur *in Conc. Ord. Cam. part. 3. poſt tit. 14.* ſatis ad Praxin ſunt deducta. *Obſerv. LXX.* De Solennibus Reſtitutionis in integrum remiſſivè. Ubi de Mandato Generali & Speciali.

LXXI. Periculum Deſertionis, ſi Appellans attentaverit, Gailius *lib. 1. obſ. 146.* ſatis declaravit. Sed quæſtio ab Auctore propoſita: Si uterque Appellans & Appellatus attentaverint, an compenſentur utrinque facta ſine periculo cauſæ? non reſolvitur, quia erat, ut ipſe ait, indaginis altioris. Poterat Deckherrus, ſed etiam nonniſi quæſtiones proponit. Reſolutionem peteſis ex Mevii *Deciſionibus*: Non attentat, qui naturali libertate uti pergit, vel qui Poſſeſſionem continuat, *part. 2. deciſ. 58. num. 7. part. 5. deciſ. 101. & 306. num. 5.* & *part. 7. deciſ. 156. ſeq.* Attentatum non eſt quod fit auctoritate Juris, *part. 2. deciſ. 39. num. 4.* neque id quod eſt extra litem ſuper qua Appellatio interpoſita, licet rem eandem concernat, *part. 2. deciſ. 255.* & *part. 8. deciſ. 258.* Judex à quo citra Attentatum exequitur quod controverſum non eſt neque in Appellationem deductum, *part. 8. deciſ. 400.* adde *part. 4. deciſ. 310.* & *part. 7. deciſ. 225.* Quid ergò dicendum de Compenſatione mutua, ſi utriusque ſit Attentatum verum? Si Attentanti alter reſiſtit in continenti, hic certe excuſabitur, & ille *Obſerv. LXXI.* De Attentatis Appellantis & Deſertione. Ubi de Compenſatione Attentatorum, & quomodo Judex procedat.

peri-

periculum experietur. Si diverſa ſunt Attentata, uterque feciſſe cenſetur haud dubie in contemtum Judicis ſuperioris, qui, ſi cauſa principalis eſt inſtructa, eam deciſione finiet, ſimulque acceſſorium articulum Attentatorum, ſi inſtructa non foret cauſa principalis, providebit Judex pro re nata, ut quies conſervetur uſque ad deciſionem. Compenſationem inter Partes non admittendam puto, quia Attentatorum Cauſa non pertinet tantoperè ad Partium Jura, quam ad vindicandum Judicis contemtum.

Obſ. LXXII. De ſubſtituendis Teſtibus in locum Demortuorum.

LXXII. Vulgaria ſunt quæ de ſubſtituendis in locum demortuorum Teſtium aliis ad perpetuam memoriam, & modo ſupplicandi adferuntur.

Obſ. LXXIII. Vitia Notariorum in Inſtrumentis Appellationis conficiendis, ubi de Notariis Immatriculatis. Item de Appellatione decreta *Periculo Partis* & ceſſante tunc Inhibitione.

LXXIII. Enarrantur hic vitia Inſtrumentorum Appellationis, ob quæ nonniſi *periculo Partis* Appellationes decernuntur. Recte monet Deckherrus ſi plane ſuſpectum ſit Inſtrumentum, denegandos potius fore Proceſſus. [conf. *ſuprà Sect. II. §. 2. num. 14. pag. 182.*] Oſcitantiam, nequitiam, ſtupiditatem Notariorum quorundam ſæpiſſime experimur. Hinc bono conſilio in Dicaſteriis Principum & Statuum nonniſi Notarii in Camera Imperiali, prævio Examine immatriculati, admittuntur. Quod additur de *Inhibitione* non decernenda, ſi Appellatio admittitur *periculo Partis:* Rationem habet, quod Judici à quo non inhibeatur niſi cauſa à Judice ſuperiore plene fuerit recepta; atqui *periculo Partis*, non habet vim plenariæ receptionis ſed admodum conditionalis: Additur hæc clauſula periculo Partis, ubicunque in Formalibus defectus aliquis animadvertitur, quem tamen Appellans in continenti ſupplere non poteſt, & tamen Proceſſus efflagitat.

Obſ. LXXIV. De Pœna temerè Litigantium.

LXXIV. Rara ſunt Exempla non tamen nulla Pœnæ contra temerarios Appellantes. Difficilis probatio Temeritatis. Ubi hæc non aperta, non ſequetur Pœna, *Receſſ. Imper. 1654. §. 120.* repetiit & declaravit *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 81.*

Obſ. LXXV. De Reproductione Executorialium, & Proclamate, ſuperflua Obſervatio.

LXXV. Nihil plane momenti habet hæc Obſervatio de *Executorialibus* reproductis.

Obſ. LXXVI. A Pœna temerariæ Appella-

LXXVI. Recte dicitur Pœnam temerariæ Appellationis, vel Reviſionis, non obtinere ſi quis ante Sententiam à Proceſſu

ceſſu deſtitit. Advocatos etiam Pœnam incurrere ex *Receſſ. Imper. 1654. §. 120.* notum eſt, qui tamen ſi probaverint ſibi à Principali aliquas Facti Circumſtantias vel ſubminiſtratas, vel celatas fuiſſe, meritò excuſabuntur.

LXXVII. Judex qui mulctat haud dubie non facit ut alius Judex commodum habeat, vid. allegatum Teſſaur. *deciſ. 250.* & *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. dict. §. 81.*

LXXVIII. Agitur hic de augenda Pœna in Mandatis Ulterioribus. Eſt res notoria, & arbitrio Judicis multum relictum. Arctiora etiam hodie nonniſi ſub graviori Pœna Pecuniaria decernuntur.

LXXIX. Adverſus Sollicitatores Cauſarum ſevera lata ſunt olim Decreta Cameræ, vid. *Decret. General. 3. Mart. Anno 1660. §. 1.* & *21. Mart. Anno 1713.* item *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 97.* [& *Decret. General. 23. Januar. Anno 1741.*] conf. *Ordinat. Judic. Aul. 1654. tit. 7. §. 9. & 10.* Veniunt autem eo in numero omnes, quicunque Cauſas alienas, ad quas conſtituti non ſunt, lucri privati gratia ſollicitant. Quanto odio iſti habeantur, cognoſcitur ex hac Nota Deckherri ſubjecta: *Eſſe*, ait, *homines artificioſos juxta & falſos, Deo, Hominibus, Juſtitiæ infenſos, Judicii Proditores, ultimum diaboli abortivum fœtum, quintam eſſentiam humanæ protervitæ, nequitiæ, mendaciorum, corruptionum, ſcelerum, divini humanique Juris exeidium.* Ita Deckherrus: Non pertinet hæc cenſura ad Viros prudentes, Cauſarum Advocatos, Partium Amicos, Cognatos, qui nullius lucri cauſa ſollicitant: Honoraria enim & Palmaria ſibi præripi ab aliis ægre ferunt Procuratores, propterea non culpandi. Et dignum eſt officium Honorario, quia & Studia Sumtus requiſivere, & vivendi ratio more Seculi eſt liberalior, & erogatio Pecuniarum pro Clientibus ſæpe facienda. Non defuere tamen olim querelæ, quod de Honorariis largioribus reportandis aliquorum ſit cura prima, media & ultima, Literarumque ad Clientes præcipua materia, de promotione Cauſæ & ſtatu Proceſſus vel nulla, vel perfunctoria. Sane, ad promovendas Cauſarum deciſiones Procuratores conferre

Oo poſ-

tionis excuſatur, qui ante Sententiam deſtitit, vel ſi Procurator fidem Principalis fuerit ſecutus.

Obſ. LXXVII. Mulctæ Camerales non fiunt in commodum Judicis inferioris.

O. LXXVIII. In Mandatis Ulterioribus & Arctioribus augetur Pœna.

Obſ. LXXIX. De Sollicitatoribus Cauſarum in Camera, & Procuratorum Officio condigne habendo.

poſſunt omninò nihil, vid. *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. Taxa Laborum Advocat. & Procurator. §. 17. num. 20.* Contenti poſſunt eſſe Clientes, ſi nihil negligatur, quod ipſorum eſt officii. In electione Procuratorum valuit ſemper & valet hodie fama, non tamen male ſibi conſuluere Litigantes, qui ei ſoli confidere dubitarunt. Reddidit quandoque fama præſtantiæ homines negligentes. Invidiam ſaperet, ſi quis exiſtimet ex hac illave Provincia aut Civitate ſibi ſoli Patrocinia Cauſarum eſſe deferenda: Avaritiam, ſi quis plures cauſas defendendas curandasque ſuſcipiat, quam curare poſſit æquali in omnibus aſſiduitate. Hinc fit, ut quandoque cura Protocolli & Receſſuum Amanuenſibus demandetur, ita ut in Audientia demum ab ipſis Procuratoribus viva voce, non ſine aurium offendiculo, emendentur. Recentior adhuc eſt memoria duorum Procuratorum *Deckherri* & *Mügii*, qui uti animis, ita & officio ſemper erant Adverſarii, Studiis verò, eruditione & vaframentis alter altero longe ſuperior. Ita ut Clientes ſibi optime conſultum putaverint, ſi alterum alteri ſemper opponerent. Non potuit Deckherrus diſſimulare vindictam *in Concord. Suprem. Tribunal. cap. 1. pag. 18. edit. noviſſ.*

Obſ. LXXX. Obſoletus eſt Ordo Præfixarum.

LXXX. De obſoletis agit Obſervatio: dudum ſublatus eſt *Ordo Præfixarum.*

Obſ. LXXXI. De differentia Cauſarum Sleſwicenſium ab Holſaticis, remiſſivè.

LXXXI. Agit de differentia Cauſarum Sleswicenſium ab Holſaticis, quæ res ex Blumio *tit. 46. num. 63.* juncto *tit. 47. Rubr.* Hollſtein / eſt notiſſima; de Judicio Altonaenſi ſive Pinnebergico dictum *ſuprà in Commentatione noſtra Sect. I. §. 14. Membr. I. num. 18. pag. 152.*

Obſ. LXXXII. Vulgatum eſſe de Supplica binis Exemplis exhibenda.

LXXXII. Eſt res vulgatiſſima Supplicas in duplo eſſe exhibendas, eodem tenore: Rationem vide *in Commentatione Sect. II. §. 2. num. 9. pag. 179.*

Obſ. LXXXIII. De Litis conteſtatione in Cauſis Attentatorum.

LXXXIII. Nihil hic continetur quam quod in Cauſis Attentatorum ſine longo litis ſufflamine implorato Officio Judicis procedatur. Quæ de Litis conteſtatione docuit Gail. *lib. 1. obſ. 146.* & Mynſing *centur. 1. obſ. 26.* ad Formularium Proceſſum pertinent: adde *Receſſ. Imper. 1654. §. 58. 59.* & *Viſitat. Noviſſ. §. 49.*

LXXXIV. Pro-

LXXXIV. Procuratores Cameræ omnes eſſe etiam Advocatos, proinde detrectare non debere hoc Officium, eſt notorium, conf. die Anmerckung zum *Concept. Ord. Cam. part. 1. tit. 30.* Camerali Advocaturæ, ait Deckherrus, ferme jam omnia *Procuratoria ingenia* nuncium miſiſſe.

Obſ. LXXXIV. Advocaturæ Officium non detrectare debere Procuratores.

LXXXV. Non eſt dubium Appellationem à denegata Reſtitutione in integrum admitti. Caſus hic allegatus eſt de minoribus; ſed etiam de majoribus 25. Annis veram eſſe & theſin & praxin oſtendi *in Commentatione Sect. I. §. 13. pag. 122.* [& *Sect. II. §. 6. num. 40. pag. 220.*]

Obſ. LXXXV. De Appellatione à denegata Reſtitutione in integrum admittenda.

LXXXVI. Nihil habet Obſervatio obſervatione dignum. Quis enim neſcit in Cauſis litigioſæ Poſſeſſionis evitandum eſſe Petitorium ab Actore. Imprudentia Advocati in ejusmodi caſu nimium eſt periculoſa.

Obſ. LXXXVI. Imprudentia Advocatorum, qui loco Poſſeſſorii Petitorium arripiunt.

LXXXVII. Recenſetur doctrina Gailii *lib. 1. obſ. 145.* de revocandis pendente lite Attentatis, ſi Revocatio ipſam cauſam principalem ingrederetur: Adde *ſuprà Obſervat. LXXI.*

Obſ. LXXXVII. Repetitio Obſervat. LXXI. de Attentatis.

LXXXVIII. Vere ait Obſervator efflagitationibus Partium fieri, ut Cauſæ recentiores quandoque præ antiquioribus decidantur. Quod addit favore Partis id impetrari, id ſane non admitto. Illud addendum erat, quod Cauſarum favor & materia accelerationem ſæpe requirant: In *Receſſ. Viſitat. Noviſſ.* ſæpius inculcatur Ordo expediendarum Cauſarum juxta Prærogativam Temporis, vide *alleg. Receſſ. Viſitat. §. 60. 64.* & *Memorial. Advocat. & Procurator. in Taxa Laborum §. 17. num. 20.* ubi tamen excipiuntur Cauſæ privilegiatæ, hoc eſt extraordinariæ, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 3.* Ordo Temporis intelligendus vel reſpectu Judicis Cameræ, vel reſpectu Aſſeſſorum. Illius eſt *diſtribuere* Acta ad referendum, Horum Officium *dijudicare.* Hinc vocantur Urtheiler in Ordinatione Camerali. Ergò in ordine diſtribuendi obſervari jubetur tempus factæ concluſionis in Judicio. In ordine referendi verò unusquisque Aſſeſſor obſervabit tempus ſuæ Diſtributionis. Multitudo tamen Cauſarum & varietas Circumſtantiarum, & Aſſeſſorum Paucitas efficit ſæpe, ut recen-

Obſ. LXXXVIII. De Prærogativa Cauſarum antiquarum à recentioribus in referendo & decidendo, ubi de Privilegiatis. Et quis ſit Ordo Temporis.

tior cauſa maturius definiatur. In auctiori Aſſeſſorum numero nullus quidem nec majori vel graviori, nec minori vel leviori onerabitur labore quam antea, ſed publico magis proſpicietur, quia plures Cauſæ poſſunt decidi in pluribus Senatibus, quorum hucuſque ſunt tantum *duo* ad Definitivas.

Obſ. LXXXIX. Feriæ Repentinæ nullæ ſunt hodie.

LXXXIX. Ferias repentinas recentior ætas ignorat, [vid. tamen *Auctar. XVI.*] neque opus eſt ea indictione ceſſantibus Audientiis quotidianis.

Obſervat. XC. De Feriis uſitatis remiſſivè.

XC. De Feriis uſitatis Blumius agit *tit. 62.* Otioſe quærit Obſervator, an liceat negligere Decretum Viſitatorum de Feriis? Scilicet ſi oneri eſſent Feriæ Aſſeſſoribus. Qui rerum periti ſunt, ſciunt labores Relationum graviorum nonniſi in Feriis peragi poſſe, vide die Anmerckung *ad Concept. Ord. Cam. part. 2. tit. 35.*

Obſervat. XCI. Repetitur Obſervat. XXVII.

XCI. Vide *ſuprà Obſervat. XXVII.* quæ hic repetitur.

Obſerv. XCII. Formula Procuratorii hodie certa.

XCII. Ceſſat hæc Obſervatio poſt inſertam Ordinationi Camerali Formulam Mandati Procuratorii Generalis quam vide *Conc. Ord. Cam. part. 3. poſt tit. 14.*

Obſerv. XCIII. Valet Appellatio generaliter ad Superiorem interpoſita modo apud alterutrum Judicium ſupremum introducatur. Ubi de Præventione per Decretum Denegatorium.

XCIII. Si legitime eſt Appellatio interpoſita per ſolum verbum Appello, *l. 2. ff. de Appellation.* ſequitur quod non incerta ſit Appellatio ad Superiorem generaliter interpoſita. **Eſt** autem certus Judex Appellationis, ſi eſt vel unus ſaltem immediate ſuperior, vel ſi ſunt duo electivè concurrentes, v. gr. Camera Imperialis & Conſilium Imperiale Aulicum, is erit Judex apud quem Appellatio introducta & Citatio inſinuata: De *Præventione* hic obſervari meretur, quod etiam inducatur per Denegatorium Decretum Appellationis, nam neque intra Quadrimeſtre ad alterum Judicium confugere licebit Appellanti, ſi ab altero repulſam tulerit. Tentatum id aliquando ſed fruſtra, nec ſine animadverſione. Si quis dicat *Appello* vel *peto Reviſionem electivè*, electa Appellatione Proceſſus decretos fuiſſe 28. Februar. 1690. annotavit Deckherrus.

Obſerv. XCIV. Quando in Appellatione à Sequeſtro De-

XCIV. Duo Caſus proponuntur, in uno Inhibitionis denegatæ, in altero non denegatæ: In utroque Sequeſtratio fuerat per Sententiam à quâ decreta. Cur tam varie? *Neſcio*, inquit Auctor.

Auctor. Credo, & eadem ruditate reſpondent, qui nonniſi externa rerum conſiderant. In hac Appellatione Inhibitio fuit decreta, quare ergò non in alia? ſunt voces imperitorum. Quaſi non eſſet differentia inter cauſam Sequeſtri. Poteſt eſſe Decretum Sequeſtrum cum ſumma injuria Appellantis, & tunc merito Inhibitioni locus erit. Poteſt eſſe res ambigua, periculum dilapidationis ita ut Judex malit rem integram ſervare quam diſſipatis rebus Remedium quærere. Non eſt regula perpetua & omni exceptione major, quod in Appellatione à Decreto Extrajudiciali Inhibitio locum non habeat: Textus *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 37. §. 2.* ex *Receſſ. Imper. 1594. §. 94.* deſumtus prohibet Inhibitionem decerni in Appellationibus Extrajudicialibus, hoc eſt à Gravamine Extrajudiciali, antequam (1.) Jurisdictio Cameræ ſit fundata, (2.) Appellatio juſtificata, (3.) Litis conteſtatio facta, (4.) ad minimum priusquam Adverſarius fuerit auditus. Quod de *fundanda Jurisdictione* dicitur, eſt omninò neceſſarium non modo ad *Inhibitionem*, ſed etiam ad *Citationem* decernendam & *Compulſoriales*. *Juſtificatio Appellationis* intelligitur per *exhibitionem Libelli Gravaminum*, quod ante *Receſſ. Imper. 1654.* non ſolebat fieri niſi in Termino Reproductionis, hodie cum ipſa Supplica pro Proceſſibus. Litis conteſtatio ſolennis neceſſaria non eſt, neque expectanda ad Inhibitionem hodierno ex ſtylo, quia iſta Legis diſpoſitio ad ſtylum ejus temporis reſpicit, quo decernebantur Proceſſus Appellationis ſine examine Gravaminum & Jurisdictionis fundatæ. Sufficiebat appellaſſe. Hodie, poſt *Receſſ. Imper. 1654. §. 64.* examinantur & Gravamina & Jurisdictio Cameralis quantum ex Narratis fieri poteſt, adeoque non expectanda Litis conteſtatio, hoc eſt Reſponſio ad Libellum, quam olim defugere ſolebant Appellati Dilatoriisque Exceptionibus immorari. De *audiendo Adverſario* obſervandum, quod hoc fiat ſæpiſſime per Literas ad Judicem pro Informatione, quotiescunque Decretum Judicis eſt obſcurum, & Narrata Appellationis magis dubia quam veriſimilia. Inhibitionem autem in Appellatione à Gravamine Extrajudiciali non excludi, cæteris paribus, oſtendit

[Margin: creto Inhibitio locum habeat vel non. Ubi explicatur textus Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 37. §. 2. & de Appellatione à Gravamine Extrajudiciali.]

 Lyn-

Lynckeri *tractat. utiliſſ. de Gravam. Extrajud. cap. 5. ſect. 1. §. 22. num. 5.* & *cap. 8. §. 12. & §. 17.* In Lege Camerali ſedes materiæ de Appellatione à Gravamine extrajudiciali eſt *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 31. §. 16. 17. 18.* & *ſuprà dicto loco part. 3. tit. 37. §. 2.*

Obſerv. XCV. XCVI. XCVII. De Fatalium Prorogatione varia utilia ſimulque abuſus annotantur.

XCV. XCVI. XCVII. Tres Obſervationes de eadem agunt materia, ſcil. Prorogatione Fatalium. *Prima* dicit Fatalia introducendæ Appellationis ſaltem prorogari non verò interponendæ. Proſequendæ verò, id eſt litis finiendæ nulla eſſe. *Altera* quod, ſi Judex inferior breviorem Terminum introducendæ Appellationis quam *Sex Menſium* præfigat, Prorogatio in Camera obtineatur facile: Alias Prorogationem non ſine cauſa peti debere. *Tertia* quod Appellanti conceſſi quidem ſint ad introducendam Appellationem Sex Menſes, qui tamen ita diſtribuendi, ne Appellans in ultimo demum Menſe celeriter Proceſſus efflagitare velit, tum enim denegata Prorogatione periculum experietur Appellationis. Hactenus Obſervator, quem ſummatim referre volui, cum plenior repetitio Obſervationum operæ pretium non ſit, adde *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 33. princ. & §. 1. ſeqq.* ubi eſt materiæ ſedes, juncto *Receſſ. Imper. 1654. §. 67.* & *Decret. General. 28. Januar. 1657. §. 2.* & *24. Octobr. 1651. Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 50.* Conjungendæ ſunt hic *Annotationes noſtræ ſuprà ad Obſervat. XXI. & LXII.* & Deckher. ad Koch. *Ord. Cam. part. 2. tit. 29. num. 22. & tit. 30.* Fatalia ſunt triplicia: Appellationis *interponendæ* ſcil. intra Decendium, quod omnem Prorogationem excludit, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 2. tit. 32. princ. Introducendæ* quod conſideratur duplici ratione, vel reſpectu *Supplicationis exhibendæ* pro Proceſſibus impetrandis, vel reſpectu *Reproductionis.* Cum ergò à die Inſinuationis Proceſſuum Appellato ad deliberandum & comparendum concedantur regulariter Menſes duo, Fatale Reproductionis etiam curret à Die Inſinuationis ſcil. duorum Menſium, vide *ſuprà Obſerv. XXI. & LXII.* non excluſo tamen Judicis arbitrio, ſi ob loci propinquitatem vel aliam cauſam terminum *Citationis,* qui ſimul erit *Reproductionis,* breviorem conſtituere velit. [add. *ſuprà Commentat. Sect. II. §. 1.*

num. 10.

num. 19. pag. 176.] Sequitur hinc, quod ſex Menſes ad Introductionem Appellationis ſive Reproductionem conceſſi ita diſtribuendi ſint, ut intra *quatuor* priorum *Menſium* ſpatium (annon expediret ad duos reduci vel unum pro ratione diſtantiæ loci, Legiſlatorum erit aliquando decernere) Supplica pro Appellationis Proceſſibus Judicio exhibeatur, ita tamen ne ita coarctatum ſit tempus, ut ante quatuor Menſium ſpatium effluxum Inſinuatio fieri nequeat modo legitimo. Coarctatio enim ſi animadvertatur, Prorogatio nulla conceditur, ſed denegantur Proceſſus. Quando ergò Prorogationi locus, & in quem finem? Sane poſt decretos Proceſſus & inſinuatos nulla locum habet Prorogatio, ſed current à die Inſinuationis duo Menſes ſub periculo Deſertionis. Abuſus eſt merito corrigendus, de quo dixi *ſuperius pag. 174.* ſi Reproductio fiat intra Fatalia prorogata, licet Inſinuatio facta fuerit maturius. Nam hic Prorogationis non eſt ſcopus neque Judicis mens. Duo ſunt tantum caſus Prorogationis Fatalium: Unus, ſi Supplica fuerit tempore legitimo exhibita, & ob alia negotia Judex fuerit in mora decernendi Proceſſus, ne ſex Menſium ſpatium ad Introductionem Judicialem ſive Reproductionem conceſſum Lege publica Appellanti ſit Fatale: Prorogantur itaque quatenus opus eſt Fatalia, & ſolent Procuratores eum in finem cum Supplica prima Prorogationem Fatalium petere. Hæc quidem verè ex *Stylo.* [conf. *ſuprà Obſervat. XXI. in fin.* & *Obſervat. LXII.*] Cum tamen rationi Juris ſit conſentaneum, ut Appellanti, qui fecit, quod oportebat, Fatalia currere non debeant, exiſtimarem omnes iſtas Prorogationes, ob abuſum multiplicem, tollendas eſſe potius, quia ſex Menſium ſpatium præfixum eſt Appellanti, non verò Judici, cujus mora Parti nocere non debet. Retinendas ſaltem Prorogationes in caſibus duobus: *Uno* ad Introductionem Appellationis *Extrajudicialem* per Supplicam, quod fieri debet intra quatuot Menſes primos, ita ut ſine cauſa juſta & probata Prorogationi locus non ſit. *Altero* ad Introductionem *Judicialem*, ob impedimenta Inſinuationis vel reditus Nuncii: Primus caſus ad extraju-

trajudicialem pertinet Prorogationem, ideo in Proceſſibus exprimendam, ut ſciat pars adverſa. Alter ad judicialem & petitur in Audientia, habeturque Prorogatio pro conceſſa, niſi interveniat contradictio. *Bardus* tamen *eſt*, inquit Deckherus, *qui ad omnes eventus præcavendos Proceſſus non inſinuari vel inſinuatos non reproduci curat.* Reproductio facta ſerius, quam oportebat, Deſertionem infert.

Obſ. XCVIII. De Accuſationibus Contumaciæ otioſis. Ubi de Protocollis Procuratorum Domeſticis.

XCVIII. Recte animadvertit Deckherrus Contumaciæ Accuſationem ab uſu non receſſiſſe. Error igitur eſt Obſervatoris: Niſi de otioſis Accuſationibus accipiatur, quæ ſi fiant, mulctabitur Procurator ob non inſpectum bene Protocollum: Accuratiores conſcribi faciunt Protocollum ad ſingulas cauſas Domeſticum quod ſit Judiciali conforme. Alii ſufficere credunt Tabellas ſingularum Audientiarum aſſervaſſe, & in Repertorio Alphabetico Receſſus annotaſſe, non ſine tædio temporis evolvendos. Qui nullum plane habent Protocollum Domeſticum, ſed pro capienda informatione ad Protocollum Publicum, quod in Lectoria cum Actis aſſervatur, ſemper recurrunt, has negligentiæ ſupinæ merito accuſaveris.

Obſerv. XCIX. Inutilitas Obſervationis de Jure Præſidii in Comitatu Pitſch.

XCIX. De Jure Præſidii in Comitatu *Pitſch* vicino Lotharingiæ agit Obſervatio, nihil ad Stylum Cameralem faciens, neque magni momenti: & jam iſtæ Provinciæ ſunt Gallici Juris.

Obſervat. C. Cauſæ Continentia facit ceſſare Auſtrægas. De Auſtrægis Conventionalibus remiſſivè.

C. De Cauſæ Continentia ex Gailio *lib. 1. obſervat. 32.* agit Obſervatio, & Lex correctoria *Receſſ. Deputat. 1600.* allegatur. Legem moleſtam eſſe ait Deckherrus, ſed moleſtiorem Obſervationem. Scilicet falſum eſt, quod ad Auſtrægas remittendus ſit Actor, ſi ex Continentia Cauſæ Juriſdictio Cameræ fundetur. De Auſtrægis Familiarum materiam eſſe longo ſubtiliorem. Tractavit eam pro ſua induſtria Deckherrus *in Vindic. tit. 27. num. 187.*

Finis Annotationum ad Obſervationes Anonymi vulgò Magenhorſtianas.

Sequi-

Sequitur Examen locorum ex Blumio ubi Styli Cameralis ſit mentio, additis paſſim Obſervationibus & Declarationibus.

BLum. *Tit. 5. num. 5.* Jurant non ſolum Judex Cameræ, ſed & Præſides & Aſſeſſores in pleno Senatu, vide *tit. 7. num. 28.* De Solennitatibus obſervari ſolitis in Introductione Judicis Cameralis, nihil publice proditum legitur. Extant tamen in Archivo deſcriptiones Solennitatum Judicum, qui Seculo proxime præterito fuere introducti, in Protocollis tam publicis quàm privatis. Quæ in Introductione *Sereniſſimi Principis Fürſtenbergii*, Judicis Cameræ nuper introducti obſervata fuere, *in Appendice hujus Commentationis* referuntur una cum *Catalogo Perſonarum Collegii Cameralis* omnium ab Anno 1654. uſque ad Annum 1741. Continuatio Obſervationum de Stylo Camerali.

Tit. 6. & 7. Quæ ad Examina Præſidum & Aſſeſſorum, eorumque Receptionis Solennitates pertinent, generaliter admodum attigit Blumius, qui forte de reliquis informatus non fuit. Non reperiuntur in Lege expreſſa, ergò ad Stylum ſive Obſervantiam referenda ſunt ſequentia:

1. In Examine Præſidum ea eſt ab Aſſeſſoribus differentia, quod illi Relationem ex Actis pro Aſſeſſoratu elaborare non teneantur. Reliqua ſeſe habent modo eodem.

2. Præſentatus, exhibitis Literis Judici vel Præſidi dirigenti, omnes Aſſeſſores viſitatum venit, commendando iis negotium ſuum.

3. Admiſſus per Concluſum Pleni ad Examen Generale à duobus Aſſeſſoribus deputatis examinatur de Nomine, Parentibus, Studiis, Officio, Juramento ſi cui eſſet adſtrictus quacunque ratione, an ab eo ſolvi poſſit. Candidati Aſſeſſoratus in ſpecie de Gradu Academico, vel Equeſtri Dignitate; (qua de re videndus Deckherrus *in Vindic.* ad Blum. *tit. 7. num. 32. ſeq.* & *in Commentar. ad Ord. Cam. part. 1. tit. 3. §. 2.* ubi Blumium malæ conſcientiæ & obſervantiam ab eo allegatam de Gradu extra Impe-

rium accepto, falſitatis accuſat. Italicas Academias à Pontifice confirmatas admitti, certum eſt.) Antiquo more ſedent Aſſeſſores deputati in Sellis ad dorſum erectis, Examinandus verò in Sellula ſimpliciore. Veſtitus eſſe debet niger cum Pallio. Solent etiam Deputati tegere caput.

4. Aſſeſſoratus Candidatus ad diem præfixam Relationem elaboratam coram Judice vel Præſide & ſex minimum Aſſeſſoribus deputatis, qui omnes caput tegunt, ſedendo in Sellula *humiliore*, prælegit. Quo facto recedit, & prævia deliberatione Senatus Deputati, revocatur ad Examen Speciale, in quo unusquisque ei dubium aliquod ex Relatione annotatum proponit ex tempore reſolvendum: Finis eſt hujus Examinis, ut exploretur non ſolum diligentia in lectione Actorum, ſed etiam elaborationis propria induſtria. Exantlato hoc Examine Præſentatus, prævia Salutatione ſingulorum Aſſeſſorum privata, domum revertitur, denunciationem Receptionis, quæ ſæpius per plures Annos differtur, patienter expectans. Cauſa non eſt obſcura, vide die Anmerckungen *ad Concept. Ord. Cam. part. 1. tit. 1. ſeqq. Elect. Jur. Publ. tom. 9. artic. 60.* & Staats-Cantzley *tom. 29. cap. 13.* ubi Adjuncta quæ huc præcipue pertinent plenius leguntur. De hac non cogitatur niſi locus exiſtat vacans ex numero Aſſeſſorum: Et tum demum ipſo abſente Examen ſpecialiſſimum Relationis ſuſcipitur, *ſive* Cenſura per Referentem ordinarium, in Pleni congregatione. In qua Cenſura ſi dignus habeatur & utilis ad Officium, hoc eſt Praxi Judiciariæ aſſuetus, non novitius & hoſpes, vide Requiſita apud Deckherrum *Commentar. ad Ord. Cam. part. 1. tit. 3. artic. 4.* (ſingularium Cameralis Praxeos ignorantia nihil officit, nemo enim eſt, qui hic non inveniat diſcenda, & diſcimus omnes quotidie) cooptatur per Concluſum Pleni in numerum Aſſeſſorum, de quo Concluſo per Protonotarium certior redditus, (aliter enim non fit Vocatio, vid. Deckher. *ad Ord. Cam. part. 1. tit. 4. artic. 2. num. 12.*) res ſuas ad acceſſum componit: Adveniens iterum ſingulos de Collegio privatim compellat, & Introductionem petit, quæ plerumque proxima Die Lunæ fieri ſolet. Vocatus per Pedellum,

Veſti-

Veſtitu decoro ornatus, in Conclavi aliquo expectans, (per Protonotarium juſſu Collegii ei aperiuntur, ſi quæ forte monenda fuerunt) deinde Pedello cum Sceptro præeunte, in locum ubi Congregatio Pleni fieri ſolet, introducitur, ſeque coram Solio ſiſtit, omnibus capite tecto ſedentibus, & Propoſitionem Judicis vel Præſidis dirigentis, tum verò Formulam Juramenti ex ore Protonotarii auſcultat, mox tactu Sceptri, quod in manus Directoris tradidit Pedellus, obſervaturum ſe omnia promittit, & illico aſſurgentibus omnibus & capita aperientibus *jurat*, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 71. & 85.* poſtmodum, iterata ſtipulatione ad Sceptrum, promittit ſe *Sexennio integro* Officium Aſſeſſoratus eſſe continuaturum, quo peracto, per Pedellum ad locum, ubi eſt Seſſionis ordo, deducitur, & Gratulationes ſingulorum accipit. Eadem Septimana *tres Audientias* una cum Præſide & alio Aſſeſſore frequentat, eo fine (ut recte Deckherrus reprehendendo Blumium *ad tit. 7. num. 28.* monet) ut publice in corona Procuratorum conſtet de Officio Aſſeſſoratus ſuſcepto. Neo-receptus per ſex Menſes continuos, ne unius quidem diei aut noctis abſentia interrumpendos, præſens eſſe debet in loco Judicii. More haud dubie à Collegiis Canonicorum, uti in pluribus aliis, deſumto. Et hæc quidem ſunt Receptionis atque Introductionis Aſſeſſorum Solennia, à quibus ea, quæ cum Præſidibus obſervantur, non differunt.

5. Operæ eſt pretium ut recenſeatur etiam *Ordo Seſſionis in Pleno*, qui plane ex conſuetudine dependet antiqua.

Judex, vel is ex Præſidibus qui ejus loco eſt, ſedet in Solio elevato. Ad utrumque latus *Præſides duo*, ſenior in officio ad dextram, junior ad ſiniſtram, in Sellis ordinariis. Menſa, cui adſident *Aſſeſſores*, eſt poſita in linea recta verſus Solium.

Ordo Aſſeſſorum non eſt ab ætate Officii Aſſeſſorii, ſed à Perſonis Præſentantium, & Ordine Circulorum in Imperio uſitato. Ratio Ordinis dari non poteſt, niſi à vetuſtate. Catalogi Perſonarum Cameralium, antiqui & recentiores, ordinem monſtrant, vid. Deckher. *in Commentar. ad Ord. Cam. part. 1. tit. 1. artic. 5.*

De Seſſione & Præcedentia Aſſeſſorum agit idem *tit. 2.* ubi Hiſtoriam & Ordinem Circulorum exponit, add. *Elect. Jur. Publ. tom. 6. artic. 65.* Seſſio Pleni Collegii hoc habet peculiare, quod incipiant Vota ad ſiniſtram Solii, adeoque initium facit, præſente Judice, alter ex Præſidibus; quem ſequuntur Aſſeſſores quilibet in ſuo ordine, continuando Vota uſque ad latus dextrum, quod tenere ſolent Aſſeſſores ab Electoribus Eccleſiaſticis præſentati, qui proinde non deſcendendo ut reliqui, ſed aſcendendo in ordine uſque ad alterum Præſidem ultima dicunt Vota.

Poſt mortem *Principis Naſſovici* vacante Judicis Cameralis Officio, ejus Locum tenens *Illuſtriſſ. Baro ab Ingelheim* Solium occupavit, adſidente in dextro latere & ultimum Votum dicente Præſide *Illuſtriſſ. Dn. Comite Solmenſi.*

Ex Votis vel unanimibus vel majoribus facit Judex vel Præſes plenum dirigens Concluſum, quod adſidenti proxime Protonotario dictat Protocollo Pleni inſerendum. Uſu enim receptum eſt ut Director Pleni, vel etiam Senatus, Votum nullum ferat, ſed tantum juxta Vota Adſidentium Concluſum formet.

6. Notandus eſt error Deckherri *Vindic. tit. 7. num. 28.* ubi putavit Salarium Aſſeſſorum à die abſolutæ tertiæ Audientiæ computari. Imo verò ab ipſo die præſtiti Juramenti incipere certum eſt.

Tit. 6. num. 9. & *tit. 7. num. 119.* Agitur hic de *Venia* petenda & de *Neglecti Salarii* Diſtributione. Vera ſunt, quæ conſuetudinis eſſe dictis locis tradit Blumius, ſed multa eaque potiora omiſit. *Venia* eſt vel *Pleni*, vel *Præſidialis.* In Pleno petitur, ſi quis ultra tres dies abeſſe velit. Neque eſt differentia inter Judicem Cameræ, Præſides & Aſſeſſores. A Præſide ſolo ad dies tres vel pauciores petitur Venia. Præſes à Præſide, ſi non adſit Judex, vel etiam ab Aſſeſſore in ordine primo. Si quis ultra tres Dies naturales ſine Venia Pleni abfuerit, negligit Salarium reliqui temporis. Non verò negligit ſi quarto die hora conſueta Senatui interfuerit. Hi tres dies Aſſeſſoribus in ſpatium ſex Septimanarum computantur, quo abeſſe licet quovis Anno ſine periculo

culo *Neglectorum.* [In Judicio Imperiali Aulico Conſiliarii uxorati gaudent circa Ferias majori beneficio, quam cœlibes, vid. Reichs-Hof-Raths-Ordnung *1654. tit. 1. §. 20. Brevicul. Prax. Imperial. Aul. tit. 4. §. 20.*] Præſidibus non computantur. Modus petendi Veniam in Pleno eſt, ut Petiturus ex loco ſuo ſurgat, & ſtando coram omnibus ſuis locis ſedentibus, hosque compellando honorificè, Veniam abeundi petat, Oratione, quæ brevis eſſe ſolet, abſoluta, ante fores expectet, donec dictis compendioſiſſimè Votis revocetur. De *Neglectis*, & quæ obſervanda ſint, vide Denaiſium, & Anonymum, qui ſimili Methodo Alphabetica Jus Camerale tradidit, (junctus autem eſt Denaiſio in Editione Argentoratenſi in 8vo) & in hoc capite plenior eſt Denaiſio. Sed quod Blumius *tit. 6. num. 9.* & *tit. 7. num. 132.* ad conſuetudinem refert de Participatione Neglectorum inter Præſides tum inter ſe, tum inter hos & Aſſeſſores reciproca, rectius ex Lege vel argumento Legis, deſumetur. [Quid hoc caſu in Judicio Imperiali Aulico obtineat, vid. *in Brevic. Prax. Imperial. Aul. tit. 4. §. 22.*]

Tit. 7. num. 130. An olim inter Aſſeſſores diſtributa fuerit Mulcta *Baciorum*, quam ſolvunt venientes poſt effluxam quartam horæ primæ Senatus partem, de eo viderit Blumius. Hodie ad Pauperum Burſam iſta pecunia refertur.

Tit. 8. num. 7. Quod Fiſcalis Cæſareus Juramentum præſtet in Audientia publica, non opus erat peculiari annotatione, quia Fiſcalis eſt utique Procurator, ſed Cæſaris. Qui Collegium Camerale conſtituunt, in Pleno Juramentum præſtant, Cancellariæ Perſonæ, coram Judice vel Præſide, adhibito Præfecto Cancellariæ. Fiſcalis, Advocati & Procuratores omnes in Audientia publica.

Tit. 9. num. 3. Recepti Advocati & Procuratores poſt Sententiarum Publicationem præſtant Juramentum intra Cancellos. Hoc eſt, prælecta *Juramenti* Formula receptus in numerum appropinquat Solio, manu Sceptrum attingit, quod Stipulationis loco eſt, & eo facto erectis digitis ſurgente & præloquente Judice

vel Præſide, jurat. Idem modus obſervatur in quocunque Actu Juramenti in Audientia præſtandi.

Tit. 9. num. 15. Subſcriptio omnium Supplicarum exhibendarum in Judicio Camerali ad Procuratorum Officium pertinet, hinc non admittitur Subſcriptio ſolius Advocati, ne quidem Cameralis, & ne in propria quidem cauſa.

Tit. 10. num. 4. Ita ſe habet Ordo Procuratorum: ut noviſſimus in receptione ultimum occupet locum, & tamen extra Audientiam ordinem retinet juxta tempus Receptionis ad Advocaturam.

Eod. Tit. 10. num. 9. Quod hic de Mandatis Procuratoriis plurium Conſortum tradit Blumius, intelligendum eſt cum cautela, ne per plures Procuratores in eadem cauſa, Proceſſus confundatur. Unde ſi omnium Conſortum eadem eſt conditio, unum omnes rectius conſtituent, vel ut faciant, monebuntur. Quod addit, unam perſonam in diverſis cauſis pluribus uti poſſe Procuratoribus, id verum eſt, ſed etiam cavendum, ne ad abuſum trahatur. Eſt enim inter Procuratores, uti inter alios homines, differentia, in eruditione, diligentia, facilitate, &c.

Eod. Tit. num. 88. Styli eſt, ut Reviſione interpoſita extraneus admittatur Procurator, abſtinente eo, qui antea fuit patrocinatus, minimum publicè.

Tit. 11. num. 40. De abſentia Perſonarum Cancellariæ videatur *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. Memorial. Cancellariæ §. 3.*

Tit. 27. num. 176. Quod Auſtrægæ ceſſent, ubi Jurisdictio Cameræ in prima Inſtantia fundatur per viam Mandati, non opus erat ad *Praxin* provocare, eſt enim Legis, non Conſuetudinis. Sæpe errat ea in re Blumius. Si enim in omnibus, quæ à Lege conſtituta ſunt, neque mutata, ad Praxin provocare opus eſſet, Catalogus iſtorum Articulorum foret innumerus.

Tit. 28. num. 67. Monitum præcedens etiam hic poteſt repeti.

Tit. 29. num. 141. Hic locus Blumii corrigendus eſt cum per multis aliis in hoc Titulo, juxta Monita Deckherri *in Vindiciis.*

Eod.

Eod. Tit. num. 213. & 261. Non frequentari Pœnam Banni, & ſi Status Imperii ſit Reus, alia Requiſita Legibus Imperii obtinere, non opus eſt ut hoc loco explicetur. Ergò ſuccedit non ex Praxi, ſed Lege, Pœna Pecuniaria. De caſibus paucis exceptis dictum fuit ſuo loco.

Tit. 30. num. 43. Quod conjungi poſſit perſecutio privati Juris cum eo, quod publico nomine Fiſcalis obſervat, etiam eſt à Lege, non à Conſuetudine.

Tit. 34. num. 30. Exiſtimo etiam Lege requiri, ut Citatio Mandatis Inhibitoriis adjungatur. Fruſtra enim alias futurus eſſet Mandati non reproducti effectus. Reproductio fit eo fine, ut compareat Reus. Non citatus certè non eſt compariturus.

Eod. Tit. num. 31. Verum eſt, non adjungi Citationem Compulſorialibus primis, ſed tamen ſequentibus, puta *Arctioribus*, ad videndum ſe incidiſſe in Pœnam. [Præſtaret tamen hanc illis ſemper adjungi, tum ad parcendos ſumtus, tum ad celeriorem cauſæ promotionem, vid. B. Auctor. *ſuprà Sect. I. §. 13. num. 16. pag. 135. in fine.*]

Eod. num. 87. Gailii doctrina *de Pace Publica lib. 2. cap. 2.* Praxi confirmata eſſe dicitur, quam tamen de Jure etiam veriorem eſſe Blumius agnoſcit.

Eod. num. 182. 183. Plures Paritorias olim latas fuiſſe ipſa Rerum Argumenta docent, ſed hoc Lege expreſſa vetante. Quapropter monitum *in Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 83.* hodie ſtrictius obſervatur. Præceptum Mandati ſi bene exprimatur, hoc eſt non ſemper juxta Petita Supplicæ, ſed quatenus congruit Narratis & Proceſſui, tum verò in Sententia Paritoria diſtincte quid faciendum ſit vel omittendum explicetur, omnia iſta dubia ceſſabunt. Eſt autem Judicis omnes cavillationes præcavere. De declaratione Pœnæ, vid. Blum. *dict. tit. num. 190.* nos *ſuprà Sect. I. §. 6. num. 5. ſeqq. pag. 41.* diximus.

Tit. 37. num. 38. Executionem Sententiæ Cameralis demandari Sine Clauſula à Lege eſt, non à Praxi.

Tit. 44.

Tit. 44. num. 15. Nihili eſt monitum Blumii. Inſertum enim Inſtrumento Mandatum eſt loco Originalis, cum totius actus veritas à fide Notarii dependeat.

Tit. 46. num. 17. De numero Scriptorum reſtricto in Reviſorio Judicio inferioris ſcil. Inſtantiæ (nam de hac agitur hoc loco, non de Reviſorio Camerali) Praxin quotidianam allegat Blumius, de qua vereor ne fallatur. Quomodo enim Judiciorum inferiorum omnium Praxin quotidianam ſcire poterat? Cauſæ enim iſtæ ad Cameram non devolvuntur. Si de Reviſorio Paderbornenſi, vel Monaſterienſi, foret ſermo, à quo ad Cameram Appellationes quomodo recipiantur, *in Commentatione* dictum eſt, experientia teſtatur etiam ultra Quadruplicas ibi admiſſa fuiſſe ſcripta. Multum eſt ſitum in arbitrio Judicis circa numerum Scriptorum.

Tit. 48. num. 45. A Lege eſt, non à Stylo, præſtatio Juramenti Calumniæ in Appellationum Cauſis. Quod per Procuratorem oblatum acceptetur in Camera, ne id quidem ad Stylum, ſed ad Legem referri debere puto.

Eod. num. 56. Et hoc eſt à Lege, quod Conſiliarii Statuum Imperii non citentur, ſi Advocatorum loco ſunt, ad jurandum, ſi enim à Juramento exemti ſunt, haud dubie etiam à Citatione. De *Juramento Reſtitutionis in integrum*, à quo nemo exemtus eſt, dictum eſt *ſuprà ſuo loco.*

Eod. num. 57. Cum in Reviſorio Camerali exemtio nulla ſit Legibus conſtituta, recte hic allegatur Praxis, quia poterat eſſe aliquod dubium, argumento Appellationum. Eadem eſt ratio *Juramenti Reſtitutionis in integrum*, vid. *Decret. General. Cameræ 7. Julii 1669. & 1671.*

Eod. num. 58. Hic non opus erat *Receſſ. Imper. 1654. §. 73.* obſervantiam per Praxeos allegationem confirmare.

Tit. 49. num. 7. De Fatali Decendii computandi, dicitur hic tantum, quid non ſit Styli Cameralis, ergò tranſeat.

Eod.

Eod. num. 32. Recte Blumius, Reproductionem fieri poſſe indiſtinctè poſt Ferias, prima die Juridica, in prima agendi facultate, hoc eſt quando Ordo Procuratorem attingit.

Eod. num. 33. Hic fruſtrà allegatur Stylus, cum Contumaciæ accuſatio ſit Legis. Neque mora Reproductionis ob Juſtitium contumaciam excuſat. Tali caſu plerumque Proclamate prævio appellatus comparebit.

Tit. 51. num. 5. Inepte ad experientiam provocat Blumius, quod Notarii Inſtrumento de facto Actorum Requiſitione credatur.

Tit. 53. num. 20. De revocandis Attentatis vel judicialiter vel extrajudicialiter, verum eſt quod Blumius de Stylo tradit, ſed hic Stylus jam ceſſat poſt *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 49.* [add. B. Auctor. *ſuprà Sect. II. §. 2. num. 26. pag. 187.*]

Tit. 54. num. 3. Stylum eſſe dicit, quod Pœna cum Inhibitione conjuncta, ſi committatur, inter Partem appellantem & Fiſcum dividatur. Sed hoc eſt ordinarium, quotiescunque intereſſe privatum cum publico eſt conjunctum. Rara tamen eſſe declarationis in Pœnam exempla docet experientia. Forte quod ceſſet cauſa, parente Judice inferiore.

Tit. 60. num. 6. adde *Tit. 7. num. 60.* Ratio Styli hic allegati eſt, quod omnia, quæ in Audientia peragenda ſunt, ab uno citra periculum peragi queant facile, vide tamen *Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 55.*

Eod. num. 28. Sublata dudum Audientia coram Deputato, quæ plane foret inutilis poſt redacta ad meliorem ordinem agenda in Audientia, ceſſat etiam Stylus à Blumio *hoc num.* allegatus.

Eod. num. 37. Punctum horæ primæ in Audientiæ initio non ita ſtricte obſervari, nec forte poſſe, addendum erat ex Stylo.

Ad hunc *Titulum 60.* qui de Audientia publica agit, duo adhuc ſunt ex Stylo notanda, à Blumio omiſſa.

Qq (1.) Quod

(1.) Quod incidente Feſto aliquo in diem Audientiæ, dies præcedens immediatè ſit Juridica non verò ſequens.

(2.) Quod omnis Audientia, quæ præcedit immediatè diem feriatum in honorem Beatæ Mariæ Virginis, ſit brevior quam ceteræ, cum nonniſi tres vel quatuor Receſſus audiantur, deinde *Surgitur*, Stylo inveterato.

Tit. 61. num. 4. Ne forte quis putet Pedellum clara voce rogare Procuratores ſingulos, ſciendum eſt, tranſire Pedellum Subſellia Procuratorum adſpiciendo ſingulos & attendendo an ei tradatur aliquid ad Menſam Notariorum deferendum. Et ut ſciatur tempus Audientiæ atque Ordinis, annotatur à Pedello in Libro peculiari, cui, ſi dubium incidat an Procurator aliquis intra Fatale Proceſſus reproduxerit, vel reproducere potuerit, quoad ordinem inter Procuratores, habebitur fides.

Eod. num. 30. Hic duabus vicibus conjungitur Stylus cum Lege, omninò perperam. De Citatione ad reaſſumendum præſcriptus eſt modus *in Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 58.* Ergò non extrajudicialiter peti debet, quia ſic ratio Legis everteretur, conf. Blum. *tit. 64. num. 67.*

Eod. num. 47. Clara diſpoſitio *Decreti Generalis 1660. §. 10.* non opus habet *Styli* adjutorio. Credo Blumium in opinione fuiſſe, ſunt enim hodie adhuc nonnulli, quod Legum vis in Procuratorum uſu ſit poſita. Sane ſi quis Procuratorum Legibus adverſum Uſum pro Stylo venditare vellet, is inſigniter erraret. Non enim eſt eorum, qui Leges accipere debent, Stylum & Obſervantiam introducere.

Tit. 62. num. 4. Ceſſavit dudum Stylus duplicis Calendarii poſt abolitum Calendarium vetus Julianum.

Hoc addendum eſt ex Stylo, quod reducto licet ad concordiam Calendario tamen duplices obſerventur Feriæ. Ratio eſt, quod eo tempore ad labores domeſticos in Relationibus elaborandis opus habeant Aſſeſſores. Nam diebus Juridicis, à Supplicationibus quotidianis & levioribus expeditionibus, & medi-

meditationibus ad Relationes aliorum, adde & compellationibus Partium, nihil ferè temporis eſt reſiduum, vide die Anmerckungen zum *Concept. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 35.* Non magnum eſſe diſcrimen in numero dierum Senatus, ſive continuetur modus Feriarum, hucuſque uſitatus, ſive juxta *Receſſum Viſitationis* una cum feriatis diebus, unaquaque Septimana unus dies à frequentatione Senatus vacet, experimentum calculi per decem Annos docet.

Tit. 63. num. 31. Petendas Copias Adjunctorum ex Cancellaria dudum fuit Lege *Ord. Cam. 1555. part. 1. tit. 24. §. 1.* ſancitum *in Viſitat. Receſſ. Noviſſ. §. 102.* repetitum.

Tit. 64. num. 68. Ad Supplicam in cauſa pendente productam adverſarium Terminum Legalem obſervare teneri verum eſt, niſi à Judice brevior præfigatur. Sed perperam uſus hodiernus Legi opponitur.

Eod. num. 79. adde *Tit. 5. num. 49.* Si vocem: Erkannt/ intelligit Blumius, eſt Stylo introducta? ſi rem ipſam: non eſt à Conſuetudine, ſed à Lege, *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 17. §. 2.* quæ limitatur *in Receſſ. Viſitat. Noviſſ. §. 58.* Quod addit de obſervantia contraria circa leviores Submiſſiones, dubito an unquam res ipſa fuerit in uſum deducta vel deduci potuerit?

Eod. num. 84. 85. Hic eſt locus Legis Cameralis ubi Aſſeſſores præcisè ad Stylum obſervandum adſtringuntur, ſcil. in decernendis Proceſſibus & Cauſis decidendis, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 4.* adde *part. 2. tit. 25. §. 11.* vid. Roding. *lib. 3. tit. 2. §. 20. ſeqq.* ubi hoc de Articulo multa utilia collecta reperies.

Eod. num. 90. Convenit hic locus cum præcedente & loquitur de Remediis contra inæqualitatem in Decretis animadverſam: Satis eſt clarum, caſum de quo Lex agit *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 14. §. 9.* eſſe aliter non poſſe quam ſi Decretum ſit *Denegatorium.* Ubi quæritur, quid conſilii ſit, noſtro

tempore in defectu Viſitationum annuarum? vid. *part. 1. tit. 22. §. penult.* Putarem, ante omnia diſpiciendum eſſe, ne iſta querela exiſtere poſſit, deinde, ſi eſt cauſa ad Pacem Religioſam quocunque modo reſpiciens, ad Comitia remittetur juxta *Inſtrum. Pac. Weſtphal. artic. 5. §. 56.* prout factum noviſſima *in cauſa Incolarum Reformatæ Religionis Colonienſium contra Magiſtratum.* Si ad Pacem Religioſam applicari nequit, crediderim non poſſe vitio verti Imploranti, ſi ad Comitia recurrat. Viſitatio enim Cameræ eſt res Imperii. Ea deficiente recurſus erit licitus ad eos quorum nomine Viſitatio fieri debebat. Quo exitu? ipſe videat, qui auxilium iſtud implorat. Agitur hic non de Remedio contra Sententiam Cameræ, quod à Comitiis petunt, nonniſi Legum imperiti. Sed de *Proceſſibus* petitis, à Senatu Camerali *denegatis.*

Tit. 65. num. 6. Citationem peremtoriam ſolam eſſe in uſu Camerali tradit Blumius: Rectius hoc à Lege eſſe diceres.

Eod. num. 31. Referuntur quædam, quæ revera ſunt de *Stylo*, de modo ſubſcribendi Proceſſus Camerales, ubi tamen Styli non fecit mentionem Blumius.

Tit. 66. num. 21. junct. *num. 25.* Proclama à Stylo vel Conſuetudine ſola non eſſe, ſed etiam in Lege fundari, oſtenſum eſt *ſuprà Sect. II. §. 4. num. 10.* in loco *de Proclamate.*

Eod. num. 51. Quæſtio eſt, an poſt Litem conteſtatam, Actore in mora exiſtente, Reus nihilominùs Sententiam in cauſa principali petere queat, vel Abſolutionem à Citatione. ℞. Blumius, *docente Praxi*, poſſe petere etiam Abſolutionem. Quæſtio eſt Conſilii magis, quam Juris: An malit Reus abſolvi ab Inſtantia, an ab Actione, vide Koch. *ad Ordinat. Cam. part. 3. tit. 42.* qui Liber ſub nomine Pſeudonymi *Magenhorſtii* plerumque & imperite allegatur.

Dixi *ſuprà Sect. II. §. 2. num. 20. pag. 185.* quod Appellante contumace ad inſinuatam *Citationem ad reaſſumendum* locus eſſe queat Sententiæ Abſolutoriæ. Hoc ita declarandum: ſi cauſa nondum fuerit inſtructa, & Appellans in mora, Judex non erra-

erraturus eſt ſi Abſolutoriam pronunciet ad effectum perimendæ Appellationis, cumprimis ſi odor cauſæ non ſit bonus à parte Appellantis. Quodſi inſtructa fuerint Acta, Appellans licet non comparuerit, videtur pati velle Sententiam. Nam Definitivæ ſæpe pronunciantur Procuratore non præſente, teſte Praxi notoria. Victor curabit Adverſario Documentum Sententiæ inſinuari. Proinde ſi Appellans in Sententia Definitiva eſſet triumphaturus, durum foret eum commodo hoc per Abſolutoriam privati. Si confirmanda eſſet Sententia à qua, præſtaret definitivè cauſam decidere. Sed tamen hoc caſu etiam Abſolutoriam admitterem: Nunquam verò ſine cognitione cauſæ meritorum.

Eod. num. 58. Hic caſus, *de Contumacia Tutorum*, eſt exceptus à regula (vel potius in regula non comprehenſus) quæ Bannum ob Contumaciam in comparendo ſuſtulit, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 52. §. 1.* & quæ ibi notavit Blumius. Si de *Stylo* eſt quæſtio, dubito an Blumius de eo Teſtimonium potuerit perhibere. Nam ſi Stylus frequentiores actus præſupponit, certe hic eo numero venire nequit. Rectius diceres, *ex Stylo* non frequentari hanc Pœnam Banni, ſed in ejus locum Immiſſionem in Bona Tutoris. Deinde omnia, quæ ſunt majoris momenti, petuntur per Receſſum ſcriptum: Schrifft/ an ſtatt mündlichen *Receſs.*

Tit. 67. num. 73. Hæc Obſervatio Styli de novo Procuratorio juxta formam *Receſſ. Imper. 1654.* producendo hodie eſt inutilis, quia ex omnibus Procuratoribus priſcis nullus amplius eſt in vivis.

Tit. 68. num. 21. Dicit: Libellum Summarium in Camera uſurpari. Dicendum erat: *uſurpari debere:* juxta *Rec. Imp. 1654. §. 34.* Formula Advocatorum ſolennis in Libello: Nicht in Form eines zierlichen *Libelli &c.* confirmat noſtram de inutilitate diſtinctionis Proceſſus Ordinarii à Summario, ſententiam.

Eod. num. 26. Verum eſt ita obſervari, ſed etiam *debere*, addendum erat.

Eod. num. 36. Ordo Libelli, modo ſit clarus, non perplexus, eſt arbitrarius, nulla tamen peculiaris obſervantia in Ca-

mera, ubi Formulis non adſtringimur niſi forte in modo pronunciandi. [conf. *ſuprà Sect. II. §. 2. num. 16. pag. 182.* ubi de Formulis Decretorum, quibus defectus Libellorum ſignificatur Supplicantibus.]

Eod. num. 53. Clauſula Salutaris Libelli ſi habet aliquem effectum Juris, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 22. §. 12.* non opus erit à Stylo derivetur, niſi verborum ſonum reſpicias, quæ cum ſint meri arbitrii, nihil puto ea in re ad Stylum Cameralem poſſe referri. Non toleranda verò eſt brevitas vel potius incuria, ſi loco Clauſulæ Salutaris, nonniſi vox: *Deſuper*, in fine ponatur.

Tit. 69. num. 69. Hic Blumius Stylum contrarium Legi *Receſſ. Imper. 1654. §. 38. & 66.* junct. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 38. §. 11.* falſiſſimè obtrudit. Error eſt omninò expungendus.

Tit. 70. num. 4. Praxin eſſe, ut Commiſſarii Cameræ à jurejurando ſint immunes, quod nihilominùs Notarii adjuncti præſtare cogantur, ait Blumius. Illud eſt verum; hoc falſum. Aliud eſt ſi Partibus petentibus Judex Notarios jurejurando adſtringi jubeat.

Tit. 72. num. 18. Caſum extitiſſe unquam, quo vel Fiſcali vel Advocato Fiſci Juramentum Calumniæ fuerit delatum, & remiſſum, quomodo probet Blumius, qui ad experientiam (haud dubie non ſuam ſed aliorum) hic provocat, ipſe diſpiciat.

Tit. 73. num. 35. In poteſtate eſt Partis, an velit Commiſſionem ad perpetuam memoriam petere vel in Audientia vel extrajudicialiter. Sed quid hoc ad Stylum? Rariſſimè ſane, nec ſine gravi cauſâ decernetur talis Commiſſio extrajudicialiter, ſed remittetur Supplicans ad Audientiam, per voculam *judicialiter*, vid. Roding. *lib. 3. tit. 2. §. 3.* Ergò in poteſtate Partis eſt petere, in Judicis verò denegare.

Eod. num. 85. Juramentum Calumniæ in petenda tertia Dilatione probandi exigi, non puto eſſe conſuetudinis, ſed Legis diſpoſitionem, *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 21.*

Eod. num. 100. Decretum Generale 1660. 12. Januarii injungit Recognitionem & Conſenſum in Publicationem Rotuli eo caſu, ergò fruſtra allegatur *Stylus.*

Tit. 74.

Tit. 74. num. 9. A numero Scriptorum permiſſo hoc derivatur, quod cum productione ultimi Scripti unaquaque Partium concludere *debeat.* Neque enim *Receſſ. Imper. 1654. §. 55.* ſeparatum Scriptum vel Receſſum Concluſivum requirit. Licet hoc à Partibus ſuperflua diligentia ſæpius fiat cumprimis ubi alteruter dedit occaſionem.

Tit. 76. num. 42. Hoc ad Stylum referri poteſt, etſi ſit leve quidpiam, quod citetur Reus ut compareat vel ipſe vel per Procuratorem, & tamen nonniſi per Procuratorem admittatur.

Eod. num. 80. Allegatur tanquam *Stylus* mos Procuratorum, qui tamen eſt mere arbitrarius, neque frequens ſufficiente productione Documenti diligentiæ in requirendis Actis.

Eod. num. 97. convenit cum *Tit. 74. num. 9.* ubi vide Notata.

Tit. 77. num. 44. De Procuratore extraneo in caſu Abſolutionis à Banno, credamus Blumio. Non exiſtimo de hoc Stylo impoſterum multas fore quæſtiones.

Tit. 79. num. 18. Stylus non dictat, ut Gravamina Reviſorii clauſa exhibeantur, ſed eſt res conſilii. Licebit utique producere, ſi quis velit, aperta, nullam incurret pœnam & factum id nonnunquam vidimus.

Ad Stylum non quidem Judicii Cameralis, ſed Cancellariæ Moguntinæ referendum & ad Rerum Cameralium notitiam annotandum hic eſt (nihil conſtitit ea de re Blumio) quod omnes Reviſiones interpoſitæ & ab Electore Moguntino Camerali Judicio per Literas denunciatæ, etiam Imperatoriæ Aulæ denuncientur. Quod ortum trahere videtur exinde, quod Lex Cameralis jubeat interponi Reviſionem apud Electorem Moguntinum loco Imperatoris, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 3. tit. 63. princip.* Hinc reverentia exigebat, ut Imperator de Actu Interpoſitionis redderetur certior & de Conventu Imperii nomine ſuſcipiendo. An & quando ſpes ſit ut Viſitationes Ordinariæ rurſus in uſum revocentur ſimulque Reviſiones interpoſitæ decidantur, vid. *Receſſ. Imper. 1654. §. 128. ſeqq.* experiemur tunc, ſi Cameralis Judicii

Status

Status ad Comitiales Deliberationes ſerias deducetur aliquando! Nunquam floruiſſe magis Camerale Judicium & Auctoritate majori fuiſſe quam cum Viſitationes eſſent frequentiores, creditur. Solatium eſt inſigne conſcientiæ, ſi quis recte factorum Teſtimonium habeat ab iis, quibus officii ratio reddi debet: Et ſi contingat eſſe delegatos Viſitatores Viros eximios, Rerum Cameralium inprimis peritos, vid. *Conc. Ord. Cam. part. 1. tit. 64. §. 7. & 11. Receſſ. Imper. 1654. §. 128. in fine. & §. 130.* eâ prudentia & voluntate, ut publicæ rei in Adminiſtratione Juſtitiæ proſpiciatur, Virique de ea bene meriti condigne habeantur, ô felices & exoptatas Viſitationes! Homines ſi ea in parte deſint, ſpes eſt relicta in Deo, quem, ut *in conſpectu ſuo dirigat vias noſtras*, cum Pſalmiſta invocamus *Pſ. V, 9.* ea voluntate & intentione ſincera, ut ipſe noſtri Officii, Laborum Votorumque omnium ſit ultimus, ad quem omnes intermedii & temporarii colliment, tandem & hujus Commentationis de
Jure Camerali

FINIS.

INDEX IN PRÆCEDENTEM COMMENTATIONEM DE JURE CAMERALI LOCUPLETISSIMUS.

Abdicatio. *De Contractu Abdicationis Neo - Wedanæ Anno 1698. in Camera confirmato.* Pag. 117.

Abſolutio. *Actore non probante, Reus abſolvitur.* pag. 60.

Poſt Sententiam Cameralem abſolutoriam à Citatione, decernitur ad Judicem Executionem remorantem Mandatum Sine Clauſula. pag. 118.

Si evidens ſit Sententiæ iniquitas, ſuperior Judex ad abſolutoriam à Citatione non facile eſt deſcenſurus. pag. 119.

Præſtitum Juramentum abſolutio conſequi debet quandoque neceſſariò. pag. 153.

Quibus caſibus Reus abſolvatur ab Inſtantia? pag. 173.

Ob non productum Documentum ulterioris Requiſitionis Actorum, abſolutio à Citatione peti poteſt. pag. 181.

Si Appellans in mora ſit edendorum Actorum, periculum incurrit abſolutionis à Citatione. dict. pag. 181.

Contra Appellantem ad reaſſumendum citatum, & non comparentem, peti poteſt abſolutio à Citatione. p. 185. & 308. in fin.

Appellans Terminum ad producendum Rotulum ei præfixum non negliget ſine periculo abſolutionis à Citatione. pag. 252. in fin.

De differentia abſolutionis ab Inſtantia, & ab Actione. pag. 308.

De differentia abſolutionis ab Inſtantia, & deſertionis in Cauſis Appellationis. pag. 119. & 185.

Academia. *Tituli in Academiis venales.* pag. 170.

Acta. *Remiſſa fuêre ad Cameram cauſæ à Judicio Aulico proviſionaliter tractata, quandoque etiam cum Actis.* pag. 7. ſeq.

Rubra Cauſarum interdum non niſi ex Actis dignoſci poſſunt. pag. 8.

Acta Judiciorum Vicariatus Imperator electus ratihabere ſe velle promittit. ibid. num. 9.

Præjudicia ſine Actorum Inſpectione ſunt fidei dubiæ. pag. 62. 161. & 228.

Sententia Actis probatisque debet eſſe conformis. pag. 69.

Rubrica Actorum prioris Inſtantiæ: Extrajudicial - Acta: quid denotet. pag. 72.

Injuſtè recuſatur Editio Actorum, prætextu non-devolutionis aut deſertionis. pag. 134. & 135.
Quæ Acta ſint edenda. dict. pag. 135. & pag. 181.
Nullitas, ſi Sententiâ feratur extra Acta vel Actis mutilatis. pag. 143.
Appellari poſſe ab Interlocutoria, quæ Actorum Copiam denegat. pag. 146.
Acta Cameralia quomodo colligantur & componantur. pag. 171. num. 8.
Conſuetum eſt in quibusdam locis, ut Acta non ſint in Archivo Judicii, ſed penes Partes litigantes. pag. 181.
Acta Gallica ante Editionem in Latinum Idioma transferenda. ibid.
Ubi & de Verſionis hujus Requiſitis.
Si Appellans ſe referre velit ad Acta priora, non opus eſt Libello Gravaminum. ibid.
Rectè facient Aſſeſſores, ſi Acta ipſa in Senatu conferant. pag. 241.
Literæ Informatoriæ cum Refutatoriis Actis Judicialibus adjungendæ. pag. 264.
Add. Compulſoriales. Editio. Requiſitio Actorum.

Actio. *Omnis Actio rectè dicitur Querela.* pag. 16.
Modus tractandi Actionem vel per ſimplicis Citationis viam, vel per viam Mandati, genus Actionis non mutat. ibid. & pag. ſeq.
Camerales Perſonæ etiam Actione reali, ſi Bona ſint in loco Judicii ſita, nonniſi in Camera Forum ſortiuntur. pag. 21.
De Actione ad repetendum Sumtus Executionis contra Pacifragum ſuſcepta. p. 23.
Quæ Actio reſultet ex Pace Religioſa. pag. 34.
Etiam ob conatum fractæ Pacis datur Actio. pag. 37.
Frequentes de fracta Pace extitêre Actiones, rariores tamen Condemnationes. pag. 38.
Non Libelli Advocatorum, aut decreti Proceſſus, ſed Sententia ſola celebritatem facit Actioni. pag. 39. & ſeq.
De cauſis infrequentiæ plerarumque Actionum Fiſcalium. pag. 40. & ſeqq.
Probatio ſi deficiat, inanis fit Actio. pag. 44.
Difficilis & infrequens eſt Actio ex Conſtitutione de litigioſa Poſſeſſione. pag. 50. & 56.
Requiſita Actionis ex Conſtitutione de Pignorationibus. pag. 58. & ſeq.
In quibusdam cauſis ob naturam Actionis excluditur Reconventio. p. 71. & ſeq.
Actio poteſt per Exceptionem elidi. pag. 76. 77. & 79.
Actio ſuper fracta Pace ſuâ naturâ eſt pœnalis. pag. 86.
Poteſt autem etiam eſſe partim rei, partim pœnæ perſecutoria. ibid.
In negotiis, quæ non à Jure Actionis, ſed mero Judicis Officio dependent, ceſſant Auſtrægæ. pag. 87.
Interdictorum perſecutiones non ſolum per formam Actionis, ſed & inhibendo expediri poſſunt. pag. 92. not. (d)
Cui competat Actio adverſus receptionem Judæorum? pag. 103.
Si Actio principalis fundata eſſe videatur, acceſſoriè etiam Alimenta decerni poſſunt. pag. 108.
Hodie non ſola petiti & Actionis qualitas fundat Jurisdictionem. pag. 141.
Quæ differentia inter Alimenta Officio Judicis decreta, & Jure Actionis? pag. 151.

Gene-

Genera Actionum non ſunt confundenda, ſed pro cujusque negotii qualitate hac illave utendum. pag. 218.
Add. Juris via. Libellus. Petitum. Rei Vindicatio.

Actor. *Non Actoris ſolius perſona conſideranda, in quo ordine ratione Auſtragarum collocat ſe ipſum, ſed etiam Rei.* pag. 31.
Si Actor intra Fatale non eligat unum è nominatis à Reo Judicibus Auſtragalibus, devolvitur cauſa ad Cameram non in commodum Actoris negligentis, ſed Rei, ſi id petat. pag. 32. & ſeq.
In Actione Pignorationis requiritur, ut Actor ſit in Poſſeſſione Rei vel Juris, cujus gratiâ Pignoratio eſt ſuſcepta. pag. 59.
In duplici Proceſſu ex Conſtitutione de Pignorationibus ille in Proceſſu Citationis Actor eſt qui in Proceſſu Mandati Reus. pag. 60.
Actore non probante, Reus abſolvitur. ibid. & pag. 77.
In Saxonia Actori invito obtrudi non poteſt Proceſſus Ordinarius loco Summarii. pag. 64.
In cauſis majoris momenti Reo concedenda eſt communicatio petiti Actoris, cum ſpatio deliberandi. ibid.
Quam incommoda ſit Actori exceptio Auſtragarum. pag. 81.
In cauſis Mandatorum Cum Clauſula Actor pleniori probatione Juris ſui non habet opus, ſed Reus excipiens; præſumtionem Juris autem pro ſe habere debet Actor. pag. 83. & ſeq.
Paratus debet eſſe Actor. pag. 253. & 280.
Add. Narrata. Reus.

Actuarius. *Querelæ inter Ruſticos vivâ voce prolatæ, ab Actuario Judicii in Protocollum referuntur.* pag. 66.
In quibusdam Judiciis Proceſſus Appellationum per Judicii Actuarium, inconſultô Senatu expediuntur. pag. 155. 177. & pag. 267. circa fin.

Adhæſio. *Quando fieri debeat intra Decendium.* pag. 137.
De differentia inter Adhæſionem & Interventionem in cauſis Appellationum. pag. 138.

Adjuncta. *Adjuncta Scriptorum quare uno tantùm porrigantur exemplo?* pag. 171. & 179.
Quæ Adjuncta ad Supplicam pro Appellationis Proceſſibus neceſſaria ſint? ibid. num. 11. & pag. 180. cum ſeq. num. 12.
De Adjunctis irrelevantibus, remiſſivè. pag. 177.
Adjuncta Supplicæ pro Citatione vel Mandato quæ ſint? pag. 182.
Omnia in forma probante ſunt exhibenda. ibid.

Adoptio. *Adoptiones Perſonarum Illuſtrium an fundent Cameræ Juriſdictionem.* pag. 117. num. 4.
Exempla ejusmodi Adoptionum. ibid.

Advocatus. *Si Advocatus Juramentum Appellationis præſtare recuſet, qua ratione Fiſcalis Officium fundatum ſit.* pag. 48. num. 28.
Ad turbatam potius quàm litigioſam Poſſeſſionem Petita & Rubricas dirigere ſolent Advocati. pag. 57.
In Judiciis Italiæ & Galliæ cauſæ per Advocatos publicè viva voce per Orationes ſolennes controvertuntur. pag. 65.

Cauti Advocati norunt in Mandatis Cum Clauſula punctum Mandati à puncto Citationis diſtinguere. pag. 85.

Ad obtinendum Mandatum Sine Clauſula Advocatus prudens Narrata ſciet dirigere. pag. 86.

Multis Advocatis ſolenne eſt, ab exemplis Decretorum extrajudicialium regulam exſtruere. pag. 88. & 228.

Errores Advocatorum circa decernenda Mandata Sine Clauſula. pag 89. & 91.

Inſcriptiones Proceſſuum Advocati pro lubitu effingere, & quotidie novas condere formas ſtudent. pag. 95. & 112.

An opus ſit Mandato Sine Clauſula, ſi Advocatus Officium deneget? pag. 107. & ſeq.

In Camera quomodo Advocatis & Procuratoribus injungatur, ubi opus eſt, patrocinium. pag. 108.

Inſcriptione Supplicationis pro Mandato de non via Facti ſed Juris procedendo, ſæpiſſime utuntur Advocati pro ſpecie facienda ſuis Narratis. pag. 113.

Advocatus foret haud induſtrius, qui artem neſciret pleraſque cauſas ad Poſſeſſoria Remedia deducendi. pag. 132.

Cautela Advocatorum ad eludendam adverſarii, Appellationem. pag. 137. num. 19.

Non ſufficere ad obtinendos Proceſſus, ſi Advocatus Rubricam Supplicæ & Narrata ad Nullitates dirigat. pag. 141.

Protractio Petitorii nonnunquam relinquitur induſtriæ Advocati. pag. 148.

Juvenes ad Officium Advocati Supremi Judicii immaturè non admittendi. pag. 170.

Plerumque Appellantes, Advocatorum conſilio, ulteriori deductione uti malunt. pag. 182.

Non minimum ſtudii impendunt Advocati, ut cauſa redigatur vel ad Proceſſum Appellationis, vel Citationis, vel Mandati. pag. 184.

In querela protractæ Juſtitiæ ab offenſa metuunt Advocati. pag. 190.

Videat Advocatus Cauſæ quanti ponderis ſint Exceptiones non-devolutionis & deſertionis, ſi eventualiter in cauſa principali agere nolit. pag. 195.

Vitia Advocatorum & Virtutes. pag. 200.

Advocatus ſi debitâ ſit & integritate & doctrinâ, parum ei intererit, num voce, an ſcripto cauſis patrocinetur. pag. 201.

An Advocato revocare liceat Concluſionem Cauſæ? dict. pag. 201.

Graviter mulctantur Advocati & Procuratores, qui Narrata aut Petitum ad Querelam Nullitatis contra Sententiam Cameralem dirigunt. pag. 242.

De Subſcriptione Scriptorum ab Advocato facienda. pag. 255. in fin. cum pag. ſeq.

De abuſu in nominatione Advocatorum circa Juramenta Appellationis vel Reſtitutionis in integrum. pag. 256.

Mora vel culpa Advocati cauſa eſt Reſtitutionis in integrum, quia contra eum non eſt regreſſus, uti contra Procuratorem. pag. 268.

Excuſabitur Advocatus à pœna temere litigantium, ſi probaverit, ſibi à Principali aliquas Facti Circumſtantias vel ſubminiſtratas, vel celatas fuiſſe. pag. 289. in princ.

Cau-

Cauſarum Advocatis ſollicitare eas integrum eſt. pag. 289. poſt med.
Imprudentia Advocatorum qui loco Poſſeſſorii Petitorium arripiunt. pag. 291.
Advocati Cameræ in propria cauſa Supplicas ſubſcribere non poſſunt. pag. 302.
Add. Camerales Perſonæ. Libellus. Procurator. Salarium.

Ædificium. *An in cauſis Ædificiorum admittenda ſit Appellatio? remiſſivè.* pag. 156.

Æqualitas. *An Jure Æqualitatis à Juriſdictione inter Catholicos, procedat argumentum ad eam inter Proteſtantes?* pag. 159. & 165.

Aleator. *An Jus Cambiale obtineat, ſi inter Aleatores Literæ Cambiales eſſent datæ?* pag. 151.

Alienatio. *Violatæ Pacis Publicæ reus fit, qui in fraudem Legis Bona ſua alienaverit.* pag. 37.
Alienatio Bonorum litigioſorum, nec non in potentiorem, vel Judicii mutandi cauſâ, prohibetur per Mandatum Sine Clauſula. pag. 104.
Quomodo in caſu Alienationis Bonorum Pupilli ſine decreto faciendæ, Mandato Sine Clauſula locus ſit? pag. 109.
Requiſita ejusmodi Alienationis remiſſivè. ibid.
Ad Alienationem decernendam an ſufficiat caſus utilitatis an neceſſitatis. ibid.
Ad impediendam Alienationem contra Teſtamentum Paternum, obtineri poteſt Mandatum Sine Clauſula. pag. 111. & ſeq.
Decreta in Alienationes Bonorum Pupilli immediati, fundant Juriſdictionem Cameræ. pag. 117.

Alimenta. *Si Alimenta denegentur, an Mandato Sine Clauſula locus ſit?* pag. 108.
Ex hoc principio in cauſis Apanagialibus Auſtragarum Judicium excludunt. ibid.
Frequentius petuntur per modum proviſionis ex officio Judicis, acceſſoriè ad actionem principalem decerni. ibid.
An, & quo effectu appellare liceat à Sententiis Alimenta decernentibus? pag. 151. num. 16. & p. 276. paſſim.
Alimenta ſua natura reſtitutioni obnoxia non ſunt. dict. pag. 276.
Exceſſus Alimentorum moderandus. ibid.
Alimenta regulariter quovis trimeſtri ſpatio ſunt prænumeranda. pag. 108.
Ubi & de die Computationis.

Allodium. *Qua ratione obtineri poſſit Mandatum de non arreſtando Allodialia Sine Clauſula contra Dominum Feudi.* pag. 111.
Jura Superioritatis Statuum Imperii an inter Allodia referenda? pag. 163.

Altonavia. *Judicii Holſatici Pinnebergici prima Inſtantia eſt Altonavia.* pag. 152.

Amicabilis Compoſitio. *Principes controverſias, quarum gratiâ Auſtragarum Judicium fundari poſſet, plerumque amicè componunt.* pag. 28.
Si ob paritatem Votorum Cauſa Religionis ad Comitia remittuntur, ſolâ amicabili compoſitione ſunt terminandæ. pag. 35.
Ad amicabilem compoſitionem Commiſſiones in Camera decerni. pag. 190.

Anabaptiſtæ. *Ob receptionem Anabaptiſtarum Fiſcalis Officium fundatum eſt, probatio doctrinæ autem difficilis erit.* pag. 43. num. 14.

Tentata fuit extenſio Conſtitutionis contra Anabaptiſtas lata etiam contra ita dictos Pietiſtas. pag. 43. num. 14.

Anatociſmus. *An Anatociſmus ſit, ſi annui Reditus pro Sorte habentur, & Uſuræ ex mora computantur.* pag. 98.

Annona. *Annonæ caritas excuſat denegationem tranſportationis Frumenti per Territorium.* pag. 111.

Annui Reditus. *Quæſtio de annuis Reditibus ex Jure Communi decidenda.* pag. 97.

Annuorum Redituum differentia ſpecifica à Mutuo. pag. 98.

Uſuras quincunces quandoque excedunt, quandoque non adæquant. ibid.

Jus Canonicum in locum Uſurarum Reditus annuos permiſit. ibid.

Apud Leodienſes ex acceptatione Uſurarum converti Mutuum in negotium Reditus annui. pag. 99.

Apanagium. *Electorum, Principum, & Comitum Apanagiati ſunt Perſonæ immediatæ.* pag. 18.

Apanagiati Principes non dicuntur Fürſtmäßige. pag. 27.

Apanagiatus Comes Comitem regentem in prima Inſtantia non poteſt convenire in Camera. pag. 31.

Apoſtoli. *A Refutatoriis Apoſtolis non eſſe neceſſum appellare.* pag. 153. num. 21. & pag. 179.

Appellatio. *A Camera ad Superiorem non datur Appellatio.* pag. 8.

Deferuntur Cauſæ ad Judicium Camerale vel in prima Inſtantia, vel in ſecunda per Appellationem. pag. 16.

Pagi immediati Gochsheim & Sennfeld / *Appellationem ad Judicium Herbipolenſe liberè admiſerunt.* pag. 19.

Quando Immediatus per Conſuetudinem vel Privilegium à prima Inſtantia Cameræ eximitur, ſalva tamen eſt Appellatio. pag. 25.

Ab Auſtregis cauſa ad Cameram devolvitur vel per Appellationem, vel citra Appellationem ipſo jure. pag. 32. num. 22. & 24.

De abuſu Provocationum ab Officialibus Epiſcoporum ad Officiales Archiepiſcoporum, vel ad Nuncios Pontificios & Curiam Romanam. pag. 45. & 105.

In ſpecie de Appellationibus ab Officiali Leodienſi ad Colonienſem, per Edicta Cæſarea prohibitis. pag. 45. & ſeq.

Cauſæ Appellationum potiſſimam dant occupationem Judicio Camerali. pag. 57. num. 1.

Proceſſus Appellationis ſine ſcrupuloſo examine Materialium decerni debent. pag. 80. 177. & pag. 217.

Si Judex inferior prætendat, ut Partes renuncient Appellationi, Mandato Sine Clauſula locus eſt. pag. 88.

A Decreto Remotionis ab Officio admittitur Appellatio cum effectu ſuſpenſivo. pag. 108.

A denegatione Salvi Conductus locus foret Appellationi. pag. 120.

Cauſæ Appellationum quomodo fundent Jurisdictionem Cameræ. p. 121. uſque 157.

Quibus modis impediatur Provocatio. pag. 121. 123. 125. & pag. 220.

Etiamſi Appellatio non fuerit admittenda, non tamen impeditur remedium Nullitatis. pag. 122. & 141.

A denegatione remedii Reſtitutionis in integrum admittitur Appellatio. p. 123. 154. 220. 222. ſeq. & p. 291.

Sta-

Statuto beneficium Appellationis impedire vel reſtringere non licet. pag. 125. & ſeqq.
Ad renunciandum Appellationi nemo cogi debet, etiam indirectè. pag. 126.
Beneficium Appellationis ad Judicia Suprema omnibus Imperii Civibus integrum relinquendum. ibid. & pag. 129.
Reviſionis remedium ubi eſt ordinarium, ab eo ad Cameram admittitur Appellatio. pag. 128.
An liceat Statuto permittere Appellationem electivè tantum, vel ad Imperialem Cameram, vel ad Territorii Dominum? pag. 129.
De Appellationibus à Judiciis omnium Provinciarum Brandenburgicarum ad ſupremum Appellationis Berolinenſe. pag. 132.
De prohibita Appellatione à Sententiis Interlocutoriis, & in Poſſeſſorio latis, item Proviſionalibus. ibid. num. 12. & pag. 147. uſque 149.
Appellationi locus non eſt, ſi quis non tanquam à Judice, ſed tanquam à Parte gravatus fuerit. pag. 132. in fin.
Si qualitas Sententiæ impediat Appellationem, concedendum eſſe gravatis remedium Reviſionis. pag. 136.
Appellationibus à Gravamine per Judicem inferiorem reparabili, quod remedium à ſuperiori Judice adhiberi poſſit? ibid. & pag. 155. cum pag. 282. in princ.
Per deſertionem Appellationis ſpontaneam quomodo eludatur adverſarii Appellatio? pag. 137. num. 19.
A declaratoria Sententia vel inhæſiva poſt lapſum Fatalium prioris an poſſit appellari? ibid. num. 20. & pag. 152.
Si quis ſpe Tranſactionis Fatalia neglexerit, poſtea non poteſt appellare. pag. 137. num. 20.
Appellatio unius Conſortis non tantum proficit iis, qui non appellaverunt, vel Appellationem deſeruerunt, ſed etiam alteri Conſorti, qui alio jam uſus fuit remedio. pag. 138.
Judicem inferiorem, omiſſo articulo Appellationis ab Interlocutoria, in cauſa principali progredi poſſe. dict. pag. 138. & ſeq.
Prohibitæ ſunt Appellationes partim Jure communi, partim ſpeciali. pag. 139.
Cum mens Judicis non ſemper pateat, tutius eſt appellare. pag. 146.
A Sententia plenarii Poſſeſſorii admittitur Appellatio. pag. 149. & p. 286. circa fin.
Quatenus in Cauſis Criminalibus & Matrimonialibus prohibita ſit Appellatio? dict. pag. 149. num. 12.
An in Cauſis Decimarum, & Spiritualibus? ibid. num. 13.
An à Sententia de exequendo, aut ab exceſſu Executionis? pag. 150. & 281. in fin. & ſeq.
An à Gravamine primo, aut ſecundo? dict. pag. 150. num. 15.
De Appellatione interpoſita Judici à quo legitimè conſtare debet. ibid.
An appellare liceat à Sententiis Alimenta decernentibus? pag. 151. & 275. cum ſeq.
De differentia inter effectum Appellationis devolutivum, & ſuſpenſivum. dict. pag. 151. & 155.
An in cauſis Cambialibus appellare licet? dict. pag. 151.

An à Citatione? pag. 153.
De Caſibus Appellationem à Citatione admittentibus, remiſſivè. ibid.
An à primo Decreto appellare licet? ibid. num. 22. & pag. 281.
A Sententia quæ ad præſtitum Juramentum eſt lata? pag. 153. num. 24.
An hodie admittatur Appellatio à Sententia, quæ Jure certò nititur? p. 154.
Quàm ineptæ interdum deprehendantur Appellationes. ibid.
Appellatio in cauſis Politicis an admittenda? ibid. num. 28.
An Appellatio admittatur à Sententia Inhibitionem cum Proceſſibus Appellationis decretam rurſus caſſante? pag. 155. & 267.
Injuria fit Parti, ſi Appellationis effectus reſtringitur. dict. pag. 155.
De cauſis Contributionum, reddendarum Rationum, Fiſcalibus, Concurſus Creditorum, Ædificiorum, Correctoriis & Emendatoriis, trium Sententiarum conformium, remiſſivè. p. 156. & 238.
In Judiciis Germaniæ ſupremis non quæcunque Appellationes recipiuntur, prout fit in Judiciis Galliæ. pag. 177.
A Decreto Judicis inferioris refutatorio appellare ſuperfluum. pag. 179.
Si Appellatio viva voce facta, non opus eſt Inſtrumento, ſed tantùm Copiâ Protocolli Sigillo Judiciali roboratâ. pag. 180.
De Appellatione in dubio periculo Partis admiſſa. pag. 125. 182. & 288. paſſim.
Aliquando etiam in cauſis Appellationum decerni Literas pro Informatione. pag. 183. 188. 281. in fin. & 293. in fin.
Effectum ſuſpenſivum regulariter habet Appellatio omnis. pag. 186.
Refugium Appellantium eſt Camera Imperialis. pag. 189.
Quando ob protractam Juſtitiam appellandum ſit? remiſſivè. ibid.
A rejectione Reconventionis rectè appellari. pag. 199.
An petita Reſtitutione in integrum excludatur Appellatio, & viciſſim? p. 213. & ſeqq. junct. pag. 219. ſeqq.
Interponitur Appellatio ſuper iisdem Actis, & ſi novæ Probationes accedere poſſint. pag. 214. in fin. & ſeq.
De mutatione Libelli in Appellationis Inſtantia, remiſſivè. pag. 215.
Qui appellat à Sententia contra falſum Procuratorem lata, is renunciat Exceptioni falſi Procuratoris. pag. 216.
Appellatio iniquitatis Sententiæ querelam continet. pag. 217.
Appellari poteſt ab omni Gravamine Judicis inferioris. pag. 121. & 220.
Quomodo differant Fatalia Appellationis & Reviſionis, remiſſivè. p. 236. circa fin.
Multæ Appellationes interponuntur eo fine, ut ex mora quæratur utilitas. p. 263.
A reductione Laudi regulariter non locum habet Appellatio. pag. 270.
De admiſſa probatione Appellationis, viva voce interpoſitæ per Teſtes, ad effectum Citationis obtinendæ. pag. 280.
Legitime interpoſita eſt Appellatio per ſolum verbum: Appello. pag. 292.
Introductio Appellationis deinde electivè fieri poteſt, vel in Camera Imperiali vel in Conſilio Imperiali Aulico. ibid.
Poteſt Appellatio vel petitio Reviſionis electivè fieri. ibid. circa fin.

Add.

Add. Adhæſio. Deſertio. Devolutio. Fatalia. Gravamina Appellationis. Inſtantia. Inſtrumentum Appellationis. Proceſſus. Provocatio. Solennia. Summa appellabilis.

Appellatus. *Si à puncto incidenti appellatum fuerit, Appellatus petere poteſt à Judice Camerali Sententiam in cauſa principali.* pag. 155.

Add. Reus.

Apprehenſio. *Apprehenſione Succeſſionis non facilè abſtinent homines, ut ſunt eorum Mores, Conſilia & Rei Neceſſitas comparata.* pag. 53.

Arbiter. *Executio Sententiæ ab Arbitro contra Immediatum lata fundat Jurisdictionem Cameræ.* pag. 118.

A Sententia Arbitri non dari Appellationem regulariter, ſed reductione opus eſſe. pag. 270.

Differentia inter Arbitrum & Arbitratorem. pag. 118. 270. & 271. paſſim.

Arbitrium Judicis quale debeat eſſe? pag. 237.

Add. Compromiſſum. Laudum.

Arbor. *Si Arbores frugiferæ excidantur in præjudicium Juris alterius, Mandatum Sine Clauſula locum habet.* pag. 106.

Archivum. *In quibusdam locis Acta non ſunt in Archivo Judicii, ſed penes Partes litigantes.* pag. 181.

In Archivo Cameræ permultæ ſunt Cauſæ antiquæ indeciſæ. pag. 200.

Arma. *Arma & Violentia ſunt modi prohibiti Jus ſuum obtinendi in Imperio.* pag. 28.

Si quis Armis & coadunatis Hominibus alterum oppugnaverit, incidit in crimen fractæ Pacis. pag. 37. & 39.

Jus Manuarium in Imperio non reductum dicendum. pag. 38.

Animi Civium Imperii ad Vim & Arma inter ſe exercenda tanta proclivitate ut olim non amplius confugiunt. ibid.

De metu Armorum, qui ſummarie probandus, in caſu litigioſæ Poſſeſſionis. pag. 54. & 56.

Inter Potentiores difficile eſt Sequeſtrem invenire, qui contra Arma ſe tueatur. dict. pag. 56.

Add. Miles. Vis.

Arreſtum. *In cauſis Arreſtorum utriusque tam Actoris quàm Rei immediata qualitas requiritur, ut fundetur Jurisdictio Cameræ.* pag. 17.

Cauſæ Arreſtorum immediatè fundant Forum Camerale, & in praxi frequentes ſunt. pag. 57.

Requiritur ut uterque Actor & Reus ſint immediati. pag. 58.

Ratio Conſtitutionis de Arreſtis. ibid. n. 4.

Gailii Commentationes de Pignorationibus & de Arreſtis inter eas quæ extant ſunt optimæ. ibid.

Arreſtum vindictam privatam reſpicit. pag. 72. §. IX.

In Proceſſu Arreſti præcipitur Reſtitutio cum Cautione de Judicio ſiſti & Judicatum ſolvi. ibid.

Formula Mandati Arreſti. pag. 73.

Animus arreſtandi difficulter oſtendi poteſt. ibid.

Arreſta, quæ non fiunt authoritate propriâ, non pertinent ad Conſtitutionem, ſed aliis remediis utendum. ibid. num. 7.

Fruſtra forent Conſtitutiones de Arreſtis &c. ſi in caſu controverſæ Poſſeſſionis locus eſſet Mandato Sine Clauſula. pag. 79.

Modi Executivi apud Leodienſes per Saiſinias, *cum Arreſtis Saxonicis multum conveniunt.* pag. 99.

Mandatum de non arreſtando Allodialia quo caſu decernatur aut denegetur. pag. 111.

Ad ſecuritatem Creditoris, ſi Pecunia Debitori ſuo ſolvenda ſit, obtineri poteſt Mandatum de arreſtando. pag. 112.

De Arreſtis quæ Magiſtratui committuntur, remiſſivè. pag. 192.

Add. Captivus.

Aſſeſſor Cameræ. *In Compromiſſis arbitria reddi poſſent ſine laborum ordinariorum detrimento.* pag. 2. lit. (a)

Singuli Aſſeſſores Status, à quibus fuêre præſentati, non repræſentant. pag. 6.

Aſſeſſorum unus vel alter quomodo poſſit recuſari. pag. 9.

Præſentàntur Aſſeſſores nach der Ordnung wie die Stände in unterſchiedlichen Creyſſen gehen. p. 12.

Aſſeſſorum præſens numerus tantæ Cauſarum moli citius expediendæ, debito cum labore, non ſufficit. p. 16. 114. 193. & p. 291. in fin. cum ſeq.

Unicum defectûs hujus remedium eſt debita cura Salariorum. dict. pag. 16.

Si Aſſeſſoribus injuria gravior, Officium eorum lædens, inferatur, Fiſcalis Actioni locus eſt. pag. 46. & 48.

Senatus Extrajudicialium ex paucis Aſſeſſoribus eſt compoſitus. pag. 79.

Aſſeſſores Cameræ Stylum & Praxin Anteceſſorum in decernendis Mandatis Sine Clauſula non temerè ſequuntur. pag. 80.

Quare idem Aſſeſſor, qui Mandatum ſuo Voto extrajudicialiter decrevit, poſtea in Judiciali Relatione non debeat eſſe Referens. pag. 80. & 81.

Non erubeſcit Aſſeſſor, proprium Decretum, ſi ſub- & obreptio deducatur, corrigere. dict. pag. 80.

Audientiæ ſolennes antiquæ Senatorum deliberationes maximè impediverunt. pag. 168.

Aſſeſſores quomodo erga Partes ſollicitantes ſe gerant. pag. 169. lit. (a)

Quomodo ſedeant in Audientiis? pag. 171. & ſeq.

Aſſeſſores quomodo per Informationes extrajudicialiter exhibitas de Statu Cauſæ informentur. pag. 201.

Aſſeſſores numero tanto adhibentur in Senatu, quantus requiritur pro diverſitate Cauſæ & Sententiæ formandæ. pag. 202.

In cauſis difficilioribus congregati ſæpe Senatores X. & plures. ibid.

Indignus foret officio, qui alieno labore in Relationibus uti vellet. pag. 203.

Aſſeſſorum quod ſit officium in Reviſione? pag. 232.

Rectè facient Aſſeſſores, ſi cum Referentis Extractu Acta ipſa in Senatu conferant. pag. 241.

Augetur ita Judicii exiſtimatio, & erga Senatores fiducia. ibid.

Sententiarum & Decretorum formatio eſt Aſſeſſorum munus. pag. 246.

Quare conjungendi ſint in Senatibus Aſſeſſores veteres cum neo-receptis? pag. 249.

De Talentis & Virtutibus Aſſeſſorum. pag. 266. in fin. & ſeq.

Aſſeſſores pro eo quo ſunt numero, ad tantum Cauſarum molem minimè ſufficienti, officium ſuum facere pro virili. pag. 281.
Aſſeſſorum officium eſt Acta dijudicare: hinc vocantur Urtheiler. pag. 291.
Solennia Receptionis atque Introductionis Aſſeſſorum. pag. 297. & ſeq.
Promittit Aſſeſſor in receptione, ſe Sexennio integro Officium Aſſeſſoratus eſſe continuaturum. pag. 299.
Omnia quæ in Audientia peragenda ſunt, ab uno Aſſeſſore citra periculum peragi poſſunt facile. pag. 305.
Aſſeſſorum occupationes. pag. 306. circa fin. cum pag. ſeq.
Eorum numerus, qua ratione auctus ſit. pag. 42. & 223.
Add. Judex. Officium Judicis. Perſonæ Camerales.

Attentatum. *Si lite pendente committatur Attentatum, mandari ſolet Sine Clauſula.* pag. 106.
Ob Gravamen iteratum petendi Proceſſus Appellationis cum Mandato Attentatorum Revocatorio. pag. 151.
Quando revocentur Attentata extrajudicialiter, aut ad Judicium remittantur? pag. 186. & ſeq.
Attentatum quid dicatur? pag. 188.
Appellans ſi attentat, excidit beneficio Appellationis. ibid. & pag. 227. cum pag. 287.
Male appellatus petit Deſertoriam, ſi factum, quod pro Attentato allegatur, eſt diverſum ab eo, quod eſt in Sententia. dict. pag. 188. & 287.
Si uterque Appellans & Appellatus attentaverint, non compenſantur facta. dict. pag. 287. paſſim.
Non attentat qui naturali libertate uti pergit, vel Poſſeſſionem continuat. dict. pag. 287.
Attentatum non eſt quod fit auctoritate Juris. ibid.
Attentatorum cauſa potiſſimum pertinet ad vindicandum Judicis contemtum. pag. 288.
In cauſis Attentatorum quomodo procedendum? pag. 290. circa fin.
De revocandis pendente lite Attentatis ſi revocatio ipſam cauſam principalem ingrederetur. pag. 291.

Atteſtationes. *vid.* Teſtes.

Audientia. *Cauſæ inter Perſonas Camerales tractantur extra Audientiam publicam.* pag. 21. & 72.
Audientia quid ſit in Camera Imperiali? pag. 168. §. 1.
Agenda in Audientiis per paucos Aſſeſſores fieri poſſe. ibid.
Audientias eſſentialem Solennitatem eſſe Judicio Camerali pag. 169.
Audientia coram Deputato non amplius in uſu. pag. 176. & 305.
Quo tempore celebrentur Audientiæ? dict. pag. 176.
In Audientia quomodo petatur & decernatur Citatio ad reaſſumendum? pag. 184.
Indicandum Præſidi vel Aſſeſſori Audientiam dirigenti, Notarium Reviſionem eſſe introducturum. pag. 230.
Punctum Horæ Primæ in Audientiæ initio non ita ſtrictè obſervari poſſe. pag. 305. in fin.
Incidente Feſto in diem Audientiæ, dies præcedens eſt Juridica non verò ſequens. pag. 306. in princ.

Quando Surgitur *in Audientia, auditis non niſi tribus Receſſibus?* pag. 306. in princ.
Add. Receſſus.

Auguſtanæ Confeſſioni Addicti. *vid.* Pax Religioſa.

Aulæ Principum. *vid.* Conſiliarii. Miniſtri.

Aulicum Judicium Imperatoris.

De remiſſione cauſæ ab Aula Cæſarea ad Cameram. pag. 7. lit. (c)

Juſtitii Cameralis tempore cauſæ quædam in Camera pendentes proviſionaliter in Aula Cæſarea fuêre tractatæ. ibid.

Conſilium Imperiale Aulicum defuncto Imperatore extinctum eſt magis quàm ſuſpenſum. pag. 8. lit. (d)

Vice Judicii Aulici funguntur Judicia Vicariatûs. ibid.

Præventio. *In caſu concurſus Juriſdictionis Cameræ cum Judicio Aulico præventioni eſt locus.* pag. 12. 13. & ſeq.

Commiſſio ab Imperatore petita præventionem Judicii Aulici non infert. pag. 32.

Si à Parte impetretur aliquid, reticendo præventionem Judicii alterutrius Imperialis, quid ſtatuendum? pag. 107.

Ob Circumductionem Termini ceſſat præventio. pag. 197.

Præventio etiam inducitur per Decretum denegatorium Appellationis. pag. 292.

Praxeos Studioſi. *In Matriculam Cameralem relati ad Immediatos referuntur.* pag. 20. in fin.

Praxis. *De Praxi Camerali beneficii Perſonarum miſerabilium immediatarum.* pag. 24.

De Praxi moderna circa quæſtionem: An contra mediatum detur Actio fractæ Pacis Religioſæ. pag. 34.

Quædam magis ex Praxi, quàm Libris addiſcuntur. pag. 63.

Si extraordinariæ Cauſæ privilegiatæ eſſent ad diſtribuendum & referendum, Praxis tamen foret difficilis. pag. 72.

Celebris eſt Praxis Mandatorum. pag. 74.

Quæ Mandata Sine Clauſula præter Leges, Praxi Forenſi ſint introducta. pag. 78. lit. (a)

Praxis Judiciaria Supremorum Imperii Dicaſteriorum optima Legum interpres eſt. pag. 80.
De Praxi Judicii Aulici circa Mandata Sine Clauſula in caſibus fractæ Pacis. pag. 86.
Ex Praxi Camerali ceſſant Auſtrægæ, ſi res à mero Judicis officio dependeat. p. 87.
In Mandatis Sine Clauſula non excluditur Jurisprudentia interpretativa, Judiciorum Supremorum Praxi confirmata. p. 91.
Repugnat Praxi aſſertio, Reſtitutionem in integrum per modum provocationis in Cameræ peti poſſe. pag. 122.
De Praxi Summæ appellabilis. pag. 124.
Praxis Imperialium Judiciorum circa Citationes ad videndum deduci principaliter Nullitates, Privilegio non obſtante. pag. 141.
Praxis docet differentiam Judiciorum non Libri. pag. 152.
Praxis eſt, non expirare Fatalia prorogata per factam citius expeditionem. pag. 174.
De Praxi Commiſſionum in Judicio Imperiali Aulico. pag. 190. in fin.
De Praxi Camerali circa materiam Terminorum Judicialium. pag. 192. in fin.
De Praxi Cameralis Judicii circa Paritorias ſimplices. pag. 193. circa fin.
De Praxi Judicii Cameralis circa Reconventionem. pag. 198.
Quæ ſit vera Praxis Judiciaria. pag. 212.
Quæ ſunt Legis, ad Praxin non referenda. pag. 302.
Add. Conſuetudo. Obſervantia. Stylus. Uſus.
Princeps. Vom Fürſten-Recht. p. 3.
Principes eorumque Apanagiati ſunt Perſonæ immediatæ, quotquot ex illis Voto & Seſſione in Comitiis gaudent. pag. 17. in fin. cum pag. ſeq.
Princeps gaudet Privilegio Auſtrægarum ratione ſolius Dignitatis perſonalis. pag. 25.
De Auſtrægis Principum Legalibus. pag. 26. & 27. per tot.
Quinam dicantur Fürſt-mäßige. dict. pag. 26. lit. (c)
Cauſæ cur Auſtrægæ Principum infrequentes ſint. pag. 28.
De ratione quare Principes, præſertim Seculares, Auſtrægarum Privilegio conſtanter inhærendum ſibi putaverint, remiſſivè. pag. 29.
Ceſſant Auſtrægæ, ſi conveniatur cum Principe alius inferior. pag. 30.
Si Princeps certum modum Auſtrægarum ex conſuetudine reliquos excludere probaverit, tunc electio viæ non eſt penes Actorem. ibid. circa fin.
Contra Principem bannitum ceſſant Auſtrægæ. pag. 31.
Theologos publice approbatos Sectæ Hæreticæ titulo onerari, paſſuri non ſunt Electores, Principes, qui iis docendi munus contulerunt. pag. 43. circa fin.
An juſſu Principis fieri poſſit, ut cauſæ ſummario Proceſſu tractari debeant. pag. 71.
Salvaguardia conceditur à Summo Imperante. pag. 120.
Princeps Imperii Privilegium de non appellando Familiæ qua tali tributum, non poteſt extendere ad terras acquiſitas. pag. 129. in fin.
Principis gratia non debet eſſe illuſoria. pag. 143.

Vindictam exercendi multæ ſunt Principi vel Magiſtratui occaſiones. pag. 190.
Add. Dominus. Judex. Magiſtratus. Status Imperii.
Privati. *Privatus contra Principem ſumtus Auſtragarum metuit.* pag. 29.
Privilegium. Daß alle *Privilegia* von Ihrer Kayſerlichen Majeſtät herkommen. pag. 13. in princ.
Jus ſecundæ Inſtantiæ Pagorum immediatorum ex Privilegio derivatur. pag. 19.
Die alte Reichs-Amtmannſchafft *in Civitatem Suinfurtenſem per Privilegia ſequentia fuit ſublata.* pag. 20.
Immediati in prima Inſtantia conveniuntur in Camera, quoties Privilegium aliquod non obſtat. ibid. paſſim. & pag. 22.
Non valet renunciatio primæ Inſtantiæ ſi Privilegium reſpiciat etiam favorem vel Jus Superioris. dict. pag. 22. & 24.
De Privilegio Auſtragarum. pag. 25. paſſim. junct. pag. 29. 31. paſſim. cum pag 33. lit. (f) 75. & 83. in princ.
Civitates Imperiales non gaudent beneficio Auſtragarum, niſi habeant Auſtragas ex Privilegio ſpeciali. pag. 30.
Stricta ſunt interpretationis Privilegia omnia. ibid. & pag. 122.
A Privilegio contra verba Legis excludi nemo poteſt. pag. 31.
Per Privilegia inter Solennia Appellationis relatum eſt Juramentum. p. 48. & 180.
Violatio Privilegii Cæſarei Cameræ inſinuati, fundat ejusdem Juriſdictionem. pag. 116.
Ratione Inſinuationis Privilegii fundata eſt Cameræ Juriſdictio. pag. 119.
Per Privilegium impeditur Appellatio. pag. 121. & 125.
Etiam ad Summam appellabilem Privilegii conſtituendam Uſurarum cum Sorte cumulatio non admittitur. p. 123. in fin.
Diſpoſitio §vi. 114. Receſſ. Imper. 1654. etiam adverſus Privilegium de non-appellando locum habet. pag. 124.
Privilegia de non-appellando quotuplicia? pag. 125.
De Catalogo Privilegiorum de non-appellando. ibid.
Privilegia ſtrictè obſervanda. ibid.
Statutum ab Imperatore confirmatum ſpecies Privilegii foret. ibid. in fin. cum pag. ſeq.
Rationes Privilegiorum de non-appellando. pag. 126.
Nemo ſibimet Privilegium tribuere poteſt. ibid.
Privilegium de non-appellando Saxonicum in quo fundetur. pag. 127.
Privilegia de non-appellando ad certum Territorium reſtricta ſunt. pag. 129.
Non poteſt fieri extenſio Privilegii ultra mentem concedentis. pag. 130.
An ad Territorium incorporatum porrigatur Privilegium de non-appellando. ibid.
An ad Epiſcopatus Saxoniæ pertineat Privilegium de non-appellando Saxonicum? pag. 131.
De Privilegiis Jus Commune tantum confirmantibus. pag. 132.
Privilegium de non-appellando locum non habet, ſi gravatus quis ſit non tanquam a Judice, ſed tanquam à Parte. ibid. in fin. cum pag. ſeq.
Querelæ Nullitatis non obſtare Privilegium de non-appellando. pag. 141. uſque ad pag. 145.

Per

Per querelam Nullitatis tamen Privilegium non eludi. pag. 141. & ſeq.
Si Privilegium loquatur etiam expreſsè de Nullitatis querela, quomodo intelligendum? pag. 142. uſque 145.
Non attenditur objectio Privilegii contra Compulſoriales facta. pag. 144.
Camera Imperialis non agit Privilegiorum interpretem, ſed ne perperam applicentur, cavet. pag. 145.
Mandato Sine Clauſula fruſtra opponitur Privilegium de non-appellando. ibid.
Abuſus Privilegii de non-appellando à Sententiis Poſſeſſoriis & proviſionalibus. pag. 147.
Qui Privilegio de non-appellando gaudent, Judicia habent bene conſtituta, pluresque Inſtantias. pag. 161. in fin.
De Norico Privilegio de non-appellando. pag. 180. lit. (a)
Promotoriales quare decernantur etiam contra Principem Privilegio de non-appellando gaudentem? pag. 189. in fin.
Ad Stylum pertinet Inſinuatio Privilegii in Camera neceſſaria. pag. 246.
Add. Auſtrægæ.

Probatio. *Requiſita Actionis ſuper fracta Pace, præcipuè Dolus, ſunt difficilis probationis.* pag. 39.
In vim probationis admittuntur etiam præſumtiones graves. ibid.
Si qui latitant Anabaptiſtæ in Germania, negabunt ſe ipſi doctrinæ adhærere, & probatio erit difficilis. pag. 43.
Ita & deficit ſæpius probatio tecti Fanaticiſmi, inani tandem actione. pag. 44. in princ.
In caſu litigioſæ Poſſeſſionis uterque veroſimiliter probare debet Poſſeſſionem. pag. 52. in princ.
Et Judici de Armorum metu ſufficienter conſtare debet. pag. 56.
Plenior probatio Poſſeſſionis ad effectum Mandati non eſt neceſſaria, ſed ad Judicium ordinarii Poſſeſſorii pertinet. pag. 59. & 60.
Actore non probante, Reus abſolvitur. dict. pag. 60. & 77.
Defectu probationis plenioris, admittuntur etiam probationes veroſimiles. pag. 70. in princ.
Probationes ſuperfluæ non admittendæ. ibid. in fin.
Si novas probationes attulerit Actor in Replica, Reo facilè datur venia duplicandi. pag. 78. in princ.
Affirmanti incumbit probatio. pag. 79.
Mandata Sine Clauſula cum exactiſſima Facti & probationum inquiſitione decernuntur. pag. 81.
In cauſis Mandatorum Cum Clauſula Actor pleniori probatione Juris ſui non habet opus, ſed tantùm injuriæ ſibi illatæ; in Reum verò excipientem devolvitur Juris probatio. pag. 83. in fin. & ſeq.
In cauſis Citationum Actori incumbit pleniſſima probatio. pag. 84.
Narrata Partis hodie veroſimiliter probanda ſunt ante decernendos Proceſſus. pag. 47. 87. 88. 90. 93. 141. 177. & in fin. junct. pag. 182. paſſim. & pag. 253. in fin.
Si deficit probatio ſufficiens, majoris cautelæ gratia Cum Clauſula Mandatum decernitur. pag. 87.
Vicinus ſi ob receptionem Judæorum agere velit, quid ſua interſit, probare debebit. pag. 103.

Probandum er[illegible] Actoris interſit, pro retentione captivi implorantis. pag. 109.
Qui ad impletionem conditionis poteſtativæ agit, probare debet, alterum facere poſſe. pag. 111.
Citationes ſuper Nullitatibus nunquam ſine cauſa veroſimiliter probata decernuntur. pag. 141. & 144.
Appellationi novæ probationes accedere poſſunt, Reſtitutio in integrum autem tantùm ex novis probationibus datur. pag. 215. in princ. 218. 219. 220. paſſim. junct. pag. 222. 223. 238. & 239.
Judex qui novas probationes rejicit, gravat de novo. pag. 220. & 222.
Multum intereſt, an ex conjecturis ſaltem cauſa aliqua ſit deciſa. pag. 237. in fin. & ſeq.
Reviſorium Judicium novas probationes planè reſpuit. pag. 239.
An Reviſio petita excludat Reſtitutionem in integrum ex noviter repertis probationibus. ibid.
Si Appellans novis velit uti probationibus, eas cum Libello Gravaminum producere tenetur, alias Proceſſus non impetrabit. pag. 251.
De caſu, ſi in priori Inſtantia peracta fuerit probatio, in ſecunda verò ſuper Articulis iisdem vel contrariis Teſtium offeratur nova probatio. ibid. in fin.
Contraria etiam probatio Parti appellatæ permittenda. pag. 252.
Etiam in cauſis Citationum probationes una cum Supplica producendæ injunguntur. pag. 253.
Probationes novæ, poſt rem judicatam in ſuperiori Judicio locum invenire nequeunt. pag. 255.
De probanda veritate Documentorum per Comparationem Literarum aut per Teſtes. pag. 275.
De probatione interpoſitæ Appellationis viva voce, per Teſtes. pag. 280. in princ.
Add. Adjuncta. Narrata. Præſumtio. Teſtes.

Proceſſus. *Omni cum ſollicitudine, priusquam decernuntur Proceſſus, inquiritur de Juriſdictione fundata.* pag. 10.
Non decreti Proceſſus, ſed ſola Sententia celebritatem facit actioni. pag. 39. in fin. & ſeq. junct. pag. 40. in fin. & pag. 88. cum ſeq.
Imperatorium nomen præferunt omnes Proceſſus, Nunciis ad inſinuandum traditi. pag. 47.
Decreti Proceſſus Sententiæ vim non habent. ibid.
Mandata de non turbando cum Proceſſibus Pignorationis incongruè petuntur. p. 62.
Quomodo Proceſſus in Camera decernantur. pag. 79. & 177.
Proceſſus Appellationis ſine ſcrupuloſo examine Materialium decerni debent. pag. 80. 177. & 222.
Ad Narrata Partis extrajudicialiter decreti Proceſſus Judiciali Relatione ſæpe caſſantur. pag. 139. & 143. in fin. cum pag. ſeq.
Præſumendum, quod non ſine cauſa Proceſſus decreti fuerint. pag. 145.
Meritò Gravamina examinantur, antequam Proceſſus Appellationis decernantur. pag. 154.
Proceſſus Appellationis eventualiter decreti. pag. 155.
Si Supplicantem gravatum non eſſe apparet, denegantur Proceſſus. pag. 177.

Scru-

Scrupuloſitati non indulgendum eſſe in Proceſſibus decernendis. pag. 177.
Quando judicialiter per Sententiam decernantur Proceſſus. pag. 178.
Proceſſus in Camera quotuplices? p. 184.
Quomodo periculo Partis decernuntur? pag. 182.
Saxonici Proceſſus diverſitas & incommoda non minora. pag. 200. & ſeq.
Add. Decreta Cameralia. Extrajudicialia.

Proceſſus Judiciarius. Daß etliche Chur- und Fürſten ſeithero den Hof-*Proceſs* ſelbſt beobachten. pag. 13.
Poſt Receſſum Imperii Noviſſimum & Decretum Commune de 13. Decembr. 1659. Ordo Proceſſus maximè eſt abbreviatus. pag. 15.
Cauſæ diuturnitatis Proceſſuum. ibid. & ſeq.
Inter Perſonas Camerales cauſæ tractantur ſummariè & extrajudicialiter. pag. 21. & 72.
Proceſſuum de exemtionibus initia fervida, progreſſus frigidior, exitus anceps. pag. 46.
De abuſu diſtinctionis inter Proceſſum ſummarium & ordinarium. pag. 49. 53. 54. lit. (a) 63. uſque ad pag. 72. junct. p. 205. ſeq. cum pag. 259. & 309.
Si unquam diſtinctio Proceſſus in ordinarium & extraordinarium locum invenit, erit id in materia Poſſeſſionis. pag. 53. & ſeq.
Ad inquirendum Facti veritatem Proceſſus Judiciarius omnis eſt comparatus. pag. 54. lit. (a)
Facilior eſt in Judicio Cæſareo Aulico. pag. 184.
De forma Proceſſus in actione litigioſæ Poſſeſſionis. pag. 57.
De duplici Proceſſu ex Conſtitutione de Pignorationibus. pag. 59. & ſeq. junct. pag. 73. & 78. lit. (a)
Actor ad Narrata non declarandus eſt pro vero Poſſeſſore in ingreſſu. pag. 62.
Litis conteſtationis vocabulum celeritatem Proceſſus non impedit. pag. 63. & 197.
De Subſtantialibus Proceſſus, & quæ ſint arbitraria. pag. 65. 66. & ſeqq.
Proceſſus Mandati eſt executivus, extraordinarius & privilegiatus. pag. 74. & 83. paſſim.
In Proceſſu Mandati Sine Clauſula quis numerus Scriptorum permittatur. pag. 77. & ſeq.
Proceſſus ab Executione non eſt inchoandus. pag. 83.
Proceſſus Mandati Attentatorum Revocatorii ſolet eſſe brevis. pag. 106.
Ad Tertium decretus vel inhibet vel promovet. pag. 186.
Omnes Proceſſus judicialiter decreti ſunt perpetui, niſi brevior Terminus præfixus. pag. 191.
Nullitas ex ordine Proceſſus turbato. p. 142.
De incidenti quæſtione, an Proceſſus in cauſa Eccleſiaſtica legitimè fuerit inſtitutus, fundata eſt Cameræ Juridictio. pag. 156. in fin. & pag. 161.
Partitio totius Proceſſus Judiciarii. pag. 167. in fin. & pag. ſeq.
Reproductio eſt fundamentum Proceſſus Cameralis. pag. 173.
Per Receſſum Imperii 1654. & Commune Decretum 1659. totius Proceſſus Forma multum fuit immutata & abbreviata. pag. 176.

Septem modi Judicii extraordinarii ex Maranta examinantur. pag. 205.
De Proceſſu Inquiſitorio & Accuſatorio. pag. 206.
Proceſſibus inſerantur Nomina & Cognomina Partium. pag. 183. in fin.
Proceſſibus Appellationis quoque Advocati Cauſæ. ibid.
Executivus non eſt extraordinarius. pag. 206.
Add. Executivus Proceſſus. Juris via.
Proclama. *Ejus origo.* pag. 308.
Ob neglectam Reproductionem denegatur Proclama, præjudicio totius Appellationis. pag. 173. 174. & 227.
Contra Appellantem ad reaſſumendum citatum, poſt Proclama & ſex Juridicas peti poteſt abſolutio à Citatione. pag. 185.
In paucis Imperii Judiciis extra Cameram uſitatum eſt Proclama. pag. 195.
De origine, definitione & effectu Proclamatis, remiſſivè. ibid.
Ante decretum Proclama nulla fertur in Camera Sententia in contumaciam non comparentis. ibid. in fin. & pag. 261.
Si Inſinuatio Proceſſus rite facta non eſt, denegatur Proclama. dict. p. 195. in fin.
Denegati Proclamatis quis effectus in cauſis Appellationum & Citationum. pag. 196. & 227.
Proclama levi præjudicio unius Floreni Pedello ſolvendi expectatur. dict. pag. 196. & 261.
Caſus quo poſt Proclama injuncta fuit Appellatis conſtitutio Procuratoris & Litis conteſtatio. pag. 258.
Non denegatur Proclama, niſi vitium in Executione Citationis appareat, vel Terminus ſit circumductus. pag. 261.
Procraſtinatio. *Hodie frivolis Protelationibus in Camera non eſt locus.* pag. 196. in fin.
Jam Anno 1659. per Commune Decretum ambages ſunt reſciſſa. dict. p. 196. & 224.
Judicia non ad trahendas lites ſunt conſtituta. pag. 252.
Procurator. *In Camera omnia fiunt per Procuratorem.* pag. 68. & 311.
Præſente Procuratore non opus eſt, ut Sententia Parti inſinuetur. dict. pag. 68. in fin.
Procuratores in doctrinæ gloria habent, ſi Cauſarum Merita ad Mandatum dirigere ſciant. pag. 74.
Procuratores tamen prohibentur Supplicationes ad Mandata Sine Clauſula non qualificatas Judicio exhibere. ibid.
Advocati & Procuratores officio ſuo ſe defunctos eſſe putant, modo decretum Proceſſuum efflagitaverint. pag. 93. in fin. & ſeq.
Audientiæ Judiciali non minima accedit Procuratorum Ordini exiſtimatio. pag. 170. in princ.
In officio Procuraturæ largior ſperatur à quibusdam utilitas, ſine magno labore & ſtudio. ibid. circa med.
Procuratores non abſint ab Audientiis ſine venia. pag. 171.
In Audientia quæ ſit eorum functio? ibid.
Sedent in Audientia juxta ordinem receptionis. pag. 172.
In Reproductione à Procuratoribus ne minimum quidem ſine periculo negligendum. pag. 173.
In forma Libelli offerre debet Inſtrumentum Appellationis, ſub pœna ordinaria. pag. 179.

Si Procurator non adeſt, Citatio ad reaſſumendum decernitur. p. 184. circa fin.
Non niſi novitiis Procuratoribus accidit error, ut ſupplicent pro denegandis Proceſſibus Appellationis. pag. 188. in fin. & ſeq.
Procuratores prolixitate ſuâ reliquos in Audientia non præcludere deberent. pag. 194.
Geſta à Procuratore falſò nulla ſunt. pag. 216.
Supplicam pro Reſtitutione in integrum Procurator cauſæ exhibet, non Notarius. pag. 224. circa fin.
Exemplum Reſtitutionis contra Deſertoriam ob culpam Procuratoris. p. 225. in fin.
Caſus quo poſt Proclama injuncta fuit Appellatis conſtitutio Procuratoris & Litis conteſtatio. pag. 258.
Quæ Procuratores Cameræ admittunt, & ſibi invicem condonant quandoque, Stylum Judicii non faciunt. pag. 264 in fin. & ſeq.
Neminem poſſe pro alio Conſorte Procuratorem conſtituere. pag. 278.
Credunt Principales, culpam vel negligentiam Procuratorum ſibi non fore damno. pag. 282.
Procurator Scriptum ſibi tranſmiſſum non reticeat, & productionem ſtudioſè protrahat. pag. 283.
Honoraria & Palmaria Procuratoribus non invidenda. pag. 289. & ſeq.
Nihil negligant quod ipſorum eſt officii. pag. 290.
In electione Procuratorum ad quid Litigantes reſpiciant? ibid.
De invidia & avaritia inter eos vitanda. ibid.
Advocaturæ officium non detrectare debere Procuratores. pag. 291. in princ.
Omnes Supplicæ Camerales à Procuratore ſubſcribendæ ſunt. pag. 302.
De Ordine Procuratorum in- & extra Audientiam. ibid.
Per plures Procuratores in una cauſa Proceſſus non confundendi. ibid.
Differentia Procuratorum. ibid.
Procurator Cameræ abſtineat ab interpoſitione Reviſionis. ibid.
Legum vis in Procuratorum uſu non eſt poſita. pag. 306.
Definitivæ Sententiæ ſæpe pronunciantur Procuratore non præſente. pag. 309.
Add. Advocatus. Camerales Perſonæ. Mandatum Procuratorium. Receſſus. Salarium. Supplicatio.

Promotoriales. *Quando & quomodò decernantur?* pag. 189.
Lapſo termino cauſa devolvitur ad Cameram. ibid.
In quibus cauſis locum habeant? ibid.
Etiam contra Principem Privilegio de non appellando gaudentem, decernuntur. ibid. in fin.
Promotoriales tantùm decernuntur contra Judicem immediatum, niſi intermedius quoque protractæ vel denegatæ Juſtitiæ reus ſit. pag. 262.
De Promotorialibus Cæſareis ad Camerale Judicium. pag. 281.
Add. Juſtitia.

Prorogatio. *Prorogationes niſi cauſa cognita concedi non debent.* p. 68. in princ.
De Prorogatione Fatalium Appellationis. pag. 133. 174. paſſim. junct. pag. 197. 200. 284. in fin. & ſeq. cum pag. 294. 295. paſſim. & ſeq.

De

De Sententia petitam Prorogationem concedente. pag. 175.
Infinitæ ſunt cauſæ Dilationum, contra quas hodie vix datur remedium. pag. 193. & 282.
In cauſis Mandatorum Sine Clauſula quare petita in Termino Comparitionis Prorogatio Termini ad excipiendum per Sententiam rejiciatur? dict. pag. 193. & 282. circa fin. & ſeq.
Petitæ prorogationes quavis Septimana examinandæ. pag. 196. & 282.
Prorogatio intelligi non poteſt ultra quam neceſſitas exigit. pag. 264.
De immodica prorogationis petitione in cauſis Mandatorum Sine Clauſula. pag. 283.
Fatale Appellationis interponendæ omnem prorogationem excludit. pag. 294.
Protectio. *Imperator eſt Judicii Cameralis Caput & ſummus Protector.* pag. 10. in fin.
Jus Protectionis Superioritatem Territorii minimè infert. pag. 19
Communitates immediatæ Gochsheim *&* Sennfeld *motu proprio Epiſcopum Herbipolenſem in Protectorem aſſumſerunt.* pag. 18. & 19.
Miſerrimus foret Status Imperii, ſi ab omni Protectione excluſus eſſe deberet is, qui de injuria conquerendi cauſam habet. pag. 36. in princ.
Add. Vogtia.
Proteſtantes. *Proteſtantium principia de Cauſarum Eccleſiaſticarum ſive Spiritualium qualitate, Pontificio Jure introducta.* pag. 157.
Proteſtantibus immediatis an competat ſuprema Juriſdictio in Cauſis Eccleſiaſticis. ibid. circa fin. cum pag. ſeqq.
An Jure æqualitatis procedat argumentum à Catholicis ad Proteſtantes, quoad Juriſdictionem Cameræ. p. 159. & 165. ſeq.
Proteſtatio. *De clauſula Procuratorum: Extra Proteſtationem.* p. 279. in fin.
Protocollum. *In quibusdam Judiciis inferioribus loco Libelli ſufficit, querelam viva voce prolatam in Protocollum referri.* pag. 66.
In Judicio Aulico publicatio Sententiæ fit per Extractum Protocolli. pag. 68.
In antiquis Protocollis Cameralibus quid ſignificent voculæ: ſeʒt/ *vel* ſtehet. ibid.
Receſſus à Procuratoribus in Audientia prælecti, & in Scripto traditi, poſtea in Protocolla Cauſarum digeruntur. pag. 170.
Protocollo Actorum quæ comprehendantur. ibid. lit. (b)
Referens quando Completionem Protocolli fieri curare debeat. pag. 171.
Si viva voce appellatum, Copia Protocolli, Sigillo Judiciali roborata, loco Inſtrumenti exhibetur. pag. 180.
In quibusdam locis nonniſi Protocollum eſt in Judicio, Acta autem penes Partes litigantes. pag. 181.
De admiſſa probatione Appellationis viva voce interpoſitæ, contra Protocollum Judicii Salisburgenſis. pag. 280. in princ.
De Protocollis Procuratorum domeſticis. pag. 296.
Protonotarius. *Ejus quod ſit munus in Audientia.* pag. 170.
Protonotarii de Nominibus & Cognominibus Partium certiores faciendi. pag. 183.
Præſentatus per Protonotarium certior redditur de Concluſo Pleni cooptationis in numerum Aſſeſſorum. pag. 298.
Add. Camerales Perſonæ. Expeditio.

Pro-

Protractio Juſtitiæ. *Partium in Camera protractiones quandoque impediri non poſſunt.* pag. 15. in fin.
Si Commiſſarius negotium protrahat, an opus ſit Mandato Sine Clauſula. p. 104.
Quando ob protractam Juſtitiam decernantur Promotoriales. pag. 189.
Quando ob protractam Juſtitiam appellandum ſit? ibid.
Quomodo probetur protractio? ibid.
Fit per Dilationis petitionem. p. 282. in fin.
Add. Juſtitia.
Provincialis Curia. *vid.* Curia Provincialis.
Proviſionale Remedium. *Juſtitii tempore cauſæ quædam in Camera pendentes proviſionaliter in Aula Cæſarea fuere tractatæ.* pag. 7. in fin.
Proviſionalis Decreti Cameræ caſus vid. apud allegat. Deckherr. pag. 23. & 31.
Officium Judicis pro ratione circumſtantiarum etiam aliis modis proviſionaliter decernendi uti poteſt, quam qui præſcripti ſunt. pag. 52. paſſim. & pag. 53.
Quando ei, qui tempore motæ litis in noviſſima detentione fuerit inventus, Poſſeſſio per modum fiduciæ & proviſionis attribuatur. dict. pag. 53. & 54.
Quomodo Alimenta per modum proviſionis ex officio Judicis decernantur? pag. 108. 151. 275. & ſeq.
De prohibita Appellatione à Sententiis proviſionalibus. p. 132. & 148. in princ.
Quis finis eſſe debeat Sententiarum proviſionalium? dict. pag. 148.
De abuſu earum. ibid.
Proviſio à Judice rurſus pro re nata tolli poteſt. pag. 276.
Add. Decretum.
Provocatio. *Reſtitutionem in integrum adverſus Sententiam Judicis inferioris, per modum Provocationis in Camera non admitti.* pag. 122.
Quare in quibusdam Judiciis ſi Reviſorio Judicio electo ab una parte, altera in eo ſuccubuerit, huic, non illi liceat provocare ad Cameram. pag. 129.
Add. Appellatio.
Prudentia. *Quæſtionem conſilii in re judiciaria poſthabendam eſſe, nemo prudens affirmaverit.* pag. 41.
Sine prudentia friget peritia Juris & contemnitur. ibid.
Applicatio eorum, quæ ex Reſolutionibus Gravaminum vim Legis non accepere, Judicis prudentiæ relicta. pag. 51.
Minari Arma, ſine animo vel viribus exequendi minas, non eſt prudentis. p. 56.
Prudentia, quæ præſens ſemper eſſe debet officio Judicis, cautelas monſtrabit, ubi periculum eſt, ne Decreta careant effectu. pag. 94.
Prudens Judex obſervet, ne ſub pallio Poſſeſſorii ſummariiſſimi Parti fiat injuria. pag. 148.
Prudentia utetur Judex in admittendo Pauperem ad Cautionem Juratoriam. pag. 237. in fin.
Add. Conſilium.
Publicatio Sententiarum. *Neceſſaria eſt publicatio Sententiæ ad notitiam Partis.* pag. 68.
Solennes autem Publicationes pro Tribunali non fiunt niſi ex Lege ſpeciali in Camera, & Judiciis Provincialibus. ibid.
In Judicio Imperiali Aulico quomodo fiat Publicatio? ibid.

In pluribus Judiciis Imperii fit per Inſinuationem. pag. 68.
Publicatio Sententiarum Cameralium quomodo fieri debeat juxta Receſſum Viſitationis Noviſſimum. pag. 168. in fin. cum pag. ſeq.
Si Sententia publicatur in cauſa Judicis, Præſidis, vel Aſſeſſoris propria, aperto capite ab iisdem auſcultatur. pag. 171. in fin. cum pag. ſeq.
Olim Trimeſtri tempore factæ ſunt Publicationes Sententiarum in Camera; hodie autem quavis ferè Septimana Sententiæ publicantur. pag. 196. paſſim.
In Camera, & Judiciis Provincialibus publicantur Sententiæ Partibus non citatis. pag. 203.
Publicum. *vid.* Respublica.
Pupillus. *Pupilli Illuſtres immediati, Collegia Conſiliariorum formata habentes, beneficio miſerabilium Perſonarum non fruuntur.* pag. 24.
Si Pupillus Tutoribus non exhibeatur, Mandato Sine Clauſula locus eſt. pag. 106.
Qua ratione ob alienationem Bonorum Pupilli ſine decreto faciendam, Mandato Sine Clauſula locus ſit? pag. 109.
Requiſita Alienationis Bonorum Pupilli remiſſivè. ibid.
Ad hanc Alienationem decernendam an ſufficiat caſus utilitatis, an verò requiratur caſus neceſſitatis. ibid.
Add. Miſerabiles Perſonæ. Tutor.

R Atihabitio. *Ad actionem ex Conſtitutione de Pignorationibus ſufficit, Pignorationem non reſtituendo pignus à Domino immediato eſſe ratihabitam.* Pag. 58.
Ratihabitio Appellationis à quibus fieri poſſit, vel non. pag. 138.
De pecunia ſuccumbentiæ in Inſtantia Reviſionis cognoſcit Camera, ſalva quoad hunc articulum Ratificatione Reviſorum. pag. 231. in fin.
Rationes. *An in cauſis reddendarum Rationum admittatur Appellatio? remiſſivè.* pag. 156.
Rationes decidendi. *Poſt inſinuatas Compulſoriales ſi Judex Acta vel Rationes decidendi edere detrectet, quando Fiſcalis actioni locus detur.* pag. 47. circa fin.
Inter denegationem Actorum priorum & Rationum decidendi circa pœnam differentia notanda. ibid. in fin.
Juxta Praxin Cameralem in omni Appellatione Compulſoriales etiam ad edendas Rationes decidendi exiguntur. pag. 71.
Injuſtè recuſatur editio Rationum decidendi prætextu Deſertionis. pag. 135.
Ob defectum Rationum decidendi Compulſoriales ulteriores petendæ. dict. pag. 135. lit. (d)
Reaſſumtio Proceſſus. *Si Procurator deficiat, etiam contra Principalem fertur Sententia Paritoria, ſine Citatione ad reaſſumendum.* pag. 68.
Quibus caſibus decernatur Citatio ad reaſſumendum. pag. 184. circa fin.
Quomodo petatur & decernatur. ibid. cum. pag. ſeq. & pag. 306.
Appellante ad reaſſumendum citato non comparente, rectè petit Appellatus abſolutionem à Citatione. pag. 185. & 308. in fin. cum pag. ſeq.
Ubi declaratur hæc res.
In caſu Citationis ad reaſſumendum etiam in Appellationum cauſis locum habet Circumductio Termini. pag. 197.
Rebellis. vid. Subditi.

Receptatio. *Pacis Publicæ violatæ reus fit, qui Violatores vel Subditos alterius rebelles receperit.* pag. 37.
Receſſus Procuratorum. *Receſſus hodie in Audientia Camerali ex ſcripto leguntur.* pag. 66. & 170.
Olim dictabantur Notariis ad calamum. pag. 68. & 194.
Non debent excedere tres lineas. ibid.
Literæ, quibus Merita Cauſæ continentur, per Receſſus exhibere prohibetur. p. 66.
Receſſus quomodo communicentur in Audientia. pag. 171. & 185.
Si Ordo Procuratorem non tetigerit ante lapſum Fatale, quæ Formula addi ſoleat Receſſui? pag. 172.
Modus in Receſſibus obſervandus. ibid.
Vitia in recitando Receſſus. pag. 185.
Negligentia in auſcultando eosdem. ibid.
An liceat Exceptiones non-Devolutionis, aut Deſertionis per Receſſum oralem proponere. pag. 194.
Prolixitas Receſſuum quæ reprehendatur? ibid.
Eorum multiplicatio. p. 261. circa fin.
Quæ ſunt majoris momenti, petuntur per Receſſum ſcriptum. pag. 309.
Recognitio. *De acceptatione Manûs & Sigillorum pro recognitis in contumaciam.* pag. 275.
Decreti ad Judicium remiſſorii Recognitio ab adverſario Procuratore poſtulanda. pag. 279.
Reconventio. *Etiam in cauſis ſummariis admittenda.* pag 71. in fin.
Niſi ob naturam actionis excludatur. pag. 72. in princ.
In Proceſſu Mandati Cum Clauſula non admittitur, ſalvo tamen pro re nata Judicis arbitrio. pag. 83. circa fin.
Conventionis & Reconventionis diſcuſſio ſimultanea non ſolum Jure Communi admittitur ſed etiam Germanico. p. 198.
Reconventio eſt actio contraria, ex eodem negotio profluens. ibid.
Non admittitur mutua petitio ex alio negotio derivata. ibid. & pag. 199. paſſim.
A rejectione Reconventionis rectè appellari. dict. pag. 199.
Si in Conventione appellatum, Reconventionem una devolvi. ibid.
In Proceſſu Mandatorum Sine Clauſula Reconventio non admittitur. ibid.
Reditus. *De caſu, ſi quis occaſione Clauſulæ Articuli IV. Pacis Ryſvvicenſis circa Reditus Auguſtan. Confeſſ. addictorum in eorum præjudicium aliquid decerneret.* pag. 34. in fin.
De Reditibus Frumenti, Vini, &c. loco Uſurarum. pag. 98.
Add. Annui Reditus.
Reductio. *De Reductione Laudi.* pag. 118. & 270. cum ſeqq.
Reductio Juri Germanico originem debet. pag. 273. in princ. & ſeq.
Reductio Laudi vel Arbitramenti peti debet à Judice ordinario. pag. 274.
Reformati. *Ad Auguſtanæ Confeſſioni addictos recte relati, & Pace Weſtphalica comprehenſi ſunt.* pag. 33. in fin. & pag. ſeq.
Regalia. *Non ſunt Signa Superioritatis Territorii, quia frequenter in Imperio in Terris vicini Status Imperii abſque illa nota exercentur.* pag. 19.
Salvaguardia pertinet ad Regalia. p. 120.
Camera Imperialis non exercet Regalia, ſed Juriſdictionem. ibid.

Si cauſa in Judicium deducta Regalia Domini ſimul attingat, an poſſit Domino præjudicari. pag. 257.

Rei Vindicatio. *Ob alienationem Bonorum Pupilli ſine Decreto factam, conſuli poſſe Pupillo rei vindicatione.* pag. 109.

Relatio. *Extraordinaria cauſa an privilegiata ſint ad referendum.* pag. 72. & 291.

Quare idem Aſſeſſor, qui Supplicam pro Mandato extrajudicialiter retulit, poſtea in Judiciali Relatione non debeat eſſe Referens. pag. 80. & 81.

In Judicio Aulico, poſt diſtributionem Supplicæ pro Proceſſu, idem ſemper manet Referens, ſive extrajudicialiter ſive judicialiter cauſa tractetur. dict. p. 81.

Extrajudicialiter ad Narrata Partis ſpecioſè formata decreti Proceſſus Judiciali Relatione ſæpe caſſantur. pag. 139.

Referens quando Completionem Protocolli fieri curare debeat. pag. 171.

Tarditas Relationum unde? pag. 193.

Feriarum tempore elaborantur Relationes in Senatu proponendæ. pag. 176.

Sententiam format Referens, & primus reddit ſuum Votum. pag. 202.

De methodo referendi Acta. ibid.

Vitia Relationum. pag. 203.

Non utuntur Aſſeſſores in elaborandis Relationibus aliorum operâ. ibid.

Non eſt abſurdum, quod nec Referens mutetur, ſi Reſtitutio fuerit petita. pag. 223.

Cautela in referendo cauſas Reſtitutionis in integrum. ibid.

De prærogativa Cauſarum antiquarum à recentioribus in referendo. pag. 291.

Religio. *De Paritate Votorum in Cauſis Religionis.* pag. 35.

Leges noſtræ prohibent Zelum Religionis inordinatum. pag. 36.

Etiam apud Proteſtantes Dogmata Religionis, & quæ de cultu externo agunt, Juriſdictioni Civili eſſe exemta. p. 157.

In Articulis principalibus, qui ad Religionem & Cultum externum ſpectant, cognitionem non eſſe debere, eorum, qui in Religionis principiis diſſident. pag. 160. & 276.

In Cauſis Religionis effectus ſuſpenſivus relictus eſt pendente Reviſione. dict. pag. 276.

Add. Pax Religioſa.

Remedia Juris. *In caſu litigioſæ Poſſeſſionis alio interdum remedio opus eſt, quàm quod in Conſtitutione ſuppeditatur.* pag. 56. & 57.

Arreſta, quæ non fiunt authoritate propria, non pertinent ad Conſtitutionem de Arreſtis, ſed aliis remediis utendum. pag. 73.

Reviſionis, Reſtitutionis, & Supplicationis remedia, vulgò extraordinaria dicta in quibusdam locis habentur pro ordinariis. pag. 128. & 221.

Si à Judice inferiore negentur remedia Juris legitima, mandari in Camera Sine Clauſula. pag. 136.

De remediis contra Sententias Camerales. pag. 204. ſeqq.

De diſtinctione remedii ordinarii & extraordinarii. pag. 205. paſſim. & 206. in fin. cum pag. ſeq. & 209.

Examinatur. pag. 210.

Differentia eſt tantum vocabulorum, rei verò nulla. pag. 212.

Vis iſtius diſtinctionis in Praxi non probatur, ideoque rejicitur. ibid. & pag. 214.

Cumu-

Cumulare remedia diverſa, indiſcreti foret JCti. pag. 218.
Sententia Judicis competentis non niſi per remedium aliquod ſuſpenſivum emendari poteſt. pag. 219. in princ.
De electione Remediorum. ibid. & pag. ſeq.
Reviſionis Cameralis remedium quàm ſit difficile, ſumtuoſum, & anceps. pag. 229. in fin. cum pag. ſeq.
Simultaneè duobus remediis extraordinariis uti licere, non ſucceſſivè. p. 239. in fin.
Laudatur Diſſertatio de materia Concurſus Remediorum. pag. 240. lit. (d)
Duo Remedia legitima Jure Imperii ſtatuta ſunt contra Sententias Camerales. pag. 242.
Sibi imputet Condemnatus, ſi remedia, quæ contra iniquam Sententiam habere putat, non adhibuerit. pag. 254.
Add. Juris via.
Remiſſio. *De Remiſſionibus Cauſarum à Cæſare ad Cameram.* pag. 7. lit. (c)
Sunt alias Remiſſionum plures ſpecies. ibid.
Cauſas Imperatori reſervatas remittit Camera ad Forum competens. pag. 10.
Multa ſunt Exempla remiſſarum Cauſarum à Judicio Aulico ad Cameram, & viciſſim ob præventam Juriſdictionem. pag. 13. in fin.
Cauſæ Religionis, exorta Votorum Paritate, ad Comitia quomodo remittantur. pag. 35. 36. in fin. & pag. 308. in princ.
De remiſſione Petitorii ad Judicem ordinarium. pag. 55. 60. in fin. & p. 73.
Durum foret, cauſam longo temporis intervallo in Camera fuſiſſimè tractatam, ad novum litis exordium in alio Foro remittere. pag. 80.
Deprehenſus in alio loco non niſi libera voluntate ad locum delicti remittitur. pag. 105.
De remiſſione ad Proceſſum ſeparatum. pag. 123. & 199.
Exemplum remiſſionis Sententiæ ab Aula Regia Berolinenſi, in Clivenſi Judicio publicandæ. pag. 130.
Si falſitas querelæ Nullitatis principaliter deductæ ſit aperta, remittitur cauſa ad Forum inferius etiam cum pœna Actoris. pag. 144. & 145.
De remiſſione Supplicæ ad Judicium. pag. 185. 279. 282. & 310.
Sententia Interlocutoria per Reviſionem retractata, cauſam ad Cameram eſſe remittendam. pag. 232.
Remotio. *An ob Remotionem ab Officio & Dignitate mandetur Sine Clauſula, & quid requiratur?* pag. 108. circa fin. & pag. ſeq.
A Decreto Remotionis etiam Appellatio admittitur cum effectu ſuſpenſivo. ibid. & pag. 155. 156.
Renunciatio. *De caſu, ſi quis Foro primæ Inſtantiæ renunciaverit, & Camerali Juriſdictioni ſe ſubjecerit.* pag. 22. & 88.
Non valet talis Renunciatio, ſi Privilegium reſpiciat etiam favorem vel Jus Superioris. dict. pag. 22.
Fit Renunciatio vel expreſsè & judicialiter, vel tacitè. ibid. & pag. 25.
Renunciatio Gravaminis cauſam principalem ad Cameram devolvit. pag. 138. in fin.
Exemplum declarationis in Bannum ob contumaciam non factæ Renunciationis Recurſus ad Curiam Romanam. pag. 45.

Si Judex nolit Sententiam ferre, priusquam Partes renunciaverint Appellationi, Mandato Sine Clauſula locus eſt. pag. 88.
Quid tum injungatur Judici. ibid.
Renunciatio jurata habetur pro re judicata. pag. 111.
Ad renunciandum Appellationi non accedere debet coactio qualucunque, etiam indirecta. pag. 126. & 129.
An verò talis Renunciatio remedium Nullitatis includat. dict. pag. 126.
Etiam ob Renunciationem tacitam deſerta ſit Appellatio. pag. 227.
Repertorium. *Laudabilis eſt in Cancellaria Camerali Ordo Repertoriorum.* pag. 171.
In Repertorio Cancellariæ accuratè annotatur Dies Exhibitionis Supplicarum. p. 179.
Replica. *vid.* Scripta.
Repreſſaliæ. *Allegantur quandoque in Exceptionibus, quaſi re bene geſtâ, inſigni tamen Legum imperitia.* p. 101. in fin. *Add.* Retorſio.
Reproductio. *In Ordine Reproductionis quid agatur.* pag. 173.
Reproductio Proceſſuum eſt fundamentum Proceſſus Cameralis. ibid.
De Termino Reproductionis. ibid.
Præjudicium neglectæ Reproductionis quodnam ſit, tam in cauſis Simplicis Querelæ quàm Mandatorum & Appellationis. ibid. circa fin. junct. pag. 197. 227. & 233. ſeq.
Si plures ſint citati, & Inſinuatio diverſis facta diebus, quomodo facienda ſit Reproductio. pag. 174. in princ. & paſſim. junct. pag. 261. & ſeq.
Ubi etiam diſtinguitur inter cauſas diviſas & indiviſas.
Reproductio Appellationis Proceſſuum vocatur etiam Juſtificatio Appellationis. pag. 197.
Si in Reproductione ſit defectus, denegatur Proclama. pag. 227.
Reproductionis Terminus currit à die Inſinuationis, & Prorogatio Fatalium non ulterius valida eſſe cenſetur. pag. 264.
Fruſtra futurus eſſet Mandati non reproducti effectus. pag. 303.
Reproductio fieri poteſt indiſtinctè poſt Ferias in prima agendi facultate. pag. 305. in princ.
Si dubium incidat, an Procurator intra Fatale Proceſſus reproducere potuerit, vel reproduxerit, creditur Libro Pedelli. pag. 306.
Requiſitio. *Subditus Imperii mediatus ad Cameram citatur immediatè ſine Requiſitione.* pag. 16.
De Requiſitione auf die Außträge. pag. 33. lit. *(f)* & pag. 285.
De Arreſtis factis à Magiſtratu ad requiſitionem tertii. pag. 73. & 74.
Si Judex rei ſitæ requiſitus, in Executione moram committat, compellitur per Mandatum Cum Clauſula. pag. 119.
De requiſitione Domini Feudi pro conſtituendo Judicio Feudali. pag. 285. in fin.
Requiſitio Actorum. *Documentum Requiſitionis Actorum Supplicæ pro Appellationis Proceſſibus neceſſario eſt addendum.* pag. 180. circa fin.
Non petito Documento ulteriore Requiſitionis, abſolutio à Citatione peti poteſt. pag. 181. paſſim. & pag. 228. in princ.
In quibusdam locis Requiſitio Actorum à Judice non habet locum. dict. pag. 181.

Ob neglectum Fatale Requiſitionis Actorum cauſa fit deſerta. pag. 227.
Sufficit Requiſitio Actorum ſemel facta legitimè. pag. 228. in princ.
De Documentis Negligentiæ in requirendis Actis. ibid.
Nullitatis actio ſi principaliter fuerit inſtituta, ſufficere Reproductionem Compulſorialium, neque opus eſſe Actorum Requiſitione ſolenni. pag. 269.
Add. Acta.
Reſcriptum. *De Reſcriptis Excitatoriis ad Cameram.* pag. 7. lit. (c)
Diverſitas Subſcriptionis in Aula Cæſarea indicium facit unde Reſcriptum emanaverit, an à Judicio Aulico, an verò à Collegio Miniſtrorum. pag. 11. lit.(g)
De caſu, ſi Imperator per Judicii Aulici Decretum Reſcripta graviora & nonnunquam cum reprehenſione ad Camerale Collegium emanare paſſus fuerit. pag. 13.
Etiam in cauſis ad Auſtrægas regulariter pertinentibus Conſilium Aulicum præſcribit. pag. 29. in fin. junct. pag. 81. & 184.
Reſcriptum Ducis Juliacenſis, de Uſuris ſemiſſibus permittendis non habet vim Statuti nec Conſuetudinis. pag. 98.
Reſcriptum Imperatorium, quo de Commiſſione in cauſa pendente in Camera eadem redditur certior. pag. 144.
Reſcriptum Proceſſuum. *Præterlapſo poſt decretum Anni ſpatio, ſupplicandum eſt pro Reſcripto, id eſt expeditione nova.* pag. 178.
Quibus caſibus tale Reſcriptum locum habeat, remiſſivè. ibid.
Reſervatum. *vid.* Cæſar.
Res Judicata. *Appellatio, contra Edictum Cæſareum facta, habetur pro nulla, & Sententia prioris Judicis pro re judicata.* pag. 45. in fin. & ſeq. p. 46.
Ad Executionem Judicati Mandata Sine Clauſula decernuntur. pag. 78. lit. (a) & pag. 118. circa fin.
Si in Pacto expreſſum ſit, ut tanquam ex re judicata executivè procedi poſſit contra Violatorem, Mandato Sine Clauſ. locus eſt. p. 88.
Renunciatio jurata habetur pro re judicata. pag. 111.
Per Deſertoriam vel Abſolutoriam à Citatione, Sententia Judicis inferioris vires rei judicatæ accipit. pag. 118. & 119.
Etiam per Deſertionem à Parte ſtudio factam. pag. 137.
Si adhæſio Appellationis non fuerit facta intra Decendium, Sententia reſpectu adhærentis vires rei judicatæ nanciſcitur. ibid.
Executio non fit niſi rei judicatæ. p. 150.
Si quis declaratoriam Sententiam petiit, præcedens tranſit in rem judicatam. dict. pag. 137. & 152. in fin.
De quæſtione, an Sententia, in cauſa Eccleſiaſtica lata, tranſierit in rem judicatam. pag. 156. in fin.
Inhæſiva Sententia non dicitur, niſi ubi præcedens vires rei judicatæ accipit. pag. 222. paſſim.
Ideo quod Senatus modernus aliam foveret Sententiam, Judicatum infringi nequit Senatus priſtini. pag. 240. in fin.
Judex videtur Juſtitiam denegare vel protrahere, ſi rei judicatæ effectum dare recuſet. pag. 254.
Abſonum foret permittere latum campum, rem judicatam impugnandi. ibid.
Superioris Judicis non poteſt eſſe cognitio de Juſtitia Sententiæ, quæ tranſiit in rem judicatam. pag. 255.

Rei judicatæ exceptio parit non-devolutionem. pag. 255.
Add. Sententia.
Reſolutiones Gravaminum. *vid.* Gravamen.
Reſpublica. *Inprimis intereſt Reipublicæ, ut Judicia bene conſtituantur.* pag. 14. & 145.
Ubi ex mutato Reipublicæ Statu ſublatam eſſe Legem colligitur, non opus ut ad veterem Legislationem recurramus. pag. 32.
Publicæ rei intereſt, vim & arma prohiberi, & viam Juris legitimam conſervari. pag. 54. in fin. & pag. ſeq.
Quatenus periculum imminentis mali, toti Reipublicæ pernicioſi, fundet Mandatum Sine Clauſula. pag. 89. & ſeq.
Non omnia exempla vetuſtiora Mandatorum Sine Clauſula hodierno Reipublicæ Statui ſunt congrua. pag. 93.
Mutationes circumſtantiarum in Republica, influunt etiam in Judicia. pag. 94.
Vim publicam minari, eſt factum quieti Reipublicæ adverſum. pag. 101. circa fin.
An in cauſis Statum publicum concernentibus admittatur Appellatio, remiſſivè. pag. 156.
Add. Germania. Imperium Romano-Germanicum. Jus Publicum.
Reſtitutio. *In Proceſſu Pignorationis præcipitur Reſtitutio ſine Cautione, in Proceſſu Arreſti verò cum Cautione.* pag. 72.
Mandata Reſtitutoria ſuper fracta Pace decernuntur Sine Clauſula. pag. 86.
Reſtitutoria Mandata Sine Clauſula ſupponunt Spolium cum violentia conjunctum. pag. 113. in princ.
Reſtitutio in integrum. *Quamdiu adhuc remedium Reſtitutionis interponi poteſt, tamdiu excuſatur Judex inferior à mora in exequendo Sententiam.* pag. 119.
Reſtitutionem in integrum adverſus Sententiam Judicis inferioris, in Camera per modum Provocationis non admitti. pag. 122. per tot. & pag. 215.
A denegatione remedii Reſtitutionis in integrum admittitur Appellatio. pag. 123. in princ. junct. p. 154. 220. 222. & 291.
Remedium Reſtitutionis in integrum contra Tranſactionem vel Contractum inter Immediatos, qui aliàs Auſtragas habent, in Camera inſtitui poteſt per viam Citationis. pag. 123.
Per viam Citationis, non Mandati, fundanda eſt imploratio pro Reſtitutione in integrum. ibid.
Per modum Exceptionis contra Mandatum fruſtra petitur Reſtitutio. ibid.
Poſt abſolutionem Appellati à Citatione, difficilis eſt reparatio per viam Reſtitutionis in integrum. pag. 181. in princ.
Verum & Legibus fundatum remedium eſt. pag. 204.
Attributa hujus remedii non ſatis explicata eſſe. ibid. in fin. cum pag. ſeq.
Reſtitutio in integrum quo ſenſu Jure Romano erat vel remedium extraordinarium, vel ordinarium? pag. 207. & 209.
Hodie non poteſt dici extraordinarium remedium. dict. pag. 209. cum pag. 211. & 222.
Remedium Reſtitutionis eſt actio rei vel cauſæ redintegrandæ. pag. 207.

An

An excluſa ſit petitio Reſtitutionis in integrum, ſi gravatus poſſit appellare? & an petita Reſtitutione excludatur Appellatio. pag. 213. 214. ſeqq. cum pag. 219.

Reſtitutio etiam contra Contractus & Uſucapionem datur. pag. 214. in fin.

Per modum Exceptionis etiam petitur. ibid. & pag. 255.

Reſtitutionis Fatale eſt unicum ſcil. Quadriennii. pag. 215. 221. in fin. cum pag. 226.

Variat contra lapſa Fatalia. pag. 228.

Siſtit petitio Reſtitutionis Judicis prioris Juriſdictionem. pag. 215.

Examinatur brocardicum: Qui Reſtitutionem petit, is approbat Sententiam Judicis. ibid. in fin. cum pag. ſeq. junct. pag. 217. & in fin.

Qui Reſtitutionem petit, errorem proprium allegat, vel adverſarii circumventionem. pag. 215. in fin. & 217. cum pag. 218.

Reſtitutio nova requirit argumenta. pag. 215. 218. & in fin. cum pag. 219. 220. paſſim. 221. circa fin. 223. 238. 239. & 243.

Fruſtra contra Sententiam, per quam quæſtio Juris fuit deciſa, petitur ex novis allegationibus Doctorum. pag. 215.

Quatenus Juramenti delatio pro novo argumento in Reſtitutionis Inſtantia reputari poſſit. ibid.

Improprie Reſtitutio in quibusdam locis remedium ordinarium eſſe dicitur. pag. 220.

Comparatur hoc cum Leuteratione, & ab eo poteſt appellari. ibid. & pag. 221.

Ex novis Documentis petitam ſi Judex inferior rejicit, eo ipſo rei judicatæ non inhæret nec Appellationem denegare poteſt. pag. 222.

Differentia Reſtitutionis contra Fatalia quæ ſit brevi manu, & prævia Citatione. pag. 226. & 268.

De Reſtitutione contra lapſum Termini. pag. 227. in princ. & pag. 282.

Non impeditur per delatum præſtitum Juramentum. pag. 228. in fin.

Quando Executionem non ſiſtat? p. 229.

An Reviſio petita excludat Reſtitutionem in integrum ex noviter repertis Probationibus? pag. 239.

Reſtitutio ergò in integrum non poteſt cumulari cum Reviſione. ibid. in fin.

Reſtitutionis in integrum remedium quomodo in Aula Imperiali obtineat. pag. 243.

De Reſtitutione adverſus Laudum. pag. 270. & ſeq.

Reſtitutio in integrum contra Sententias Camerales. *Finis hujus remedii eſt repoſitio in priſtinum ſtatum.* pag. 204. in fin.

Reſtitutio tantùm ex novis Probationibus datur. pag. 215

Reſtitutionis in integrum remedium in Camera ex Jure Communi obtinet. pag. 223.

Reſtitutionis idem eſt Judicium, neque mutatur Referens. ibid.

Petita Reſtitutio Executionem ſua natura impedit. ibid. & pag. 225.

Quale Juramentum præſtandum, & quomodo Procurator per Sententiam ad id admittatur. dict. pag. 223. 224. & 225. lit. (b)

An petita Reſtitutione oblatio ad Juramentum pure ſit facienda, an etiam ſub conditione: quatenus Judex permiſerit, pro ratione circumſtantiarum? dict. pag. 223. circa fin.
Contumax Reſtitutione erit indignus. pag. 225. lit. (b)
In petitione Reſtitutionis in integrum Juriſdictio Cameræ fundata eſſe debet. dict. pag. 225. paſſim.
A Sententia non-devolutoria non datur Reſtitutio in integrum. dict. pag. 225.
Datur contra Deſertoriam ob culpam Procuratoris. ibid. in fin.
De caſu, in quo, rejecta exceptione non-devolutionis, & ſecuta Paritoria, nihilominus Reſtitutio in integrum ex officio Judicis facta fuit, remiſſivè. ibid. cum pag. ſeq.
Duæ cautelæ accelerandæ petitionis. pag. 226.
Neceſſaria eſt præfixio Termini, ſi ſecunda vice petatur Reſtitutio. ibid. in fin.
Quodnam tempus ſit petendæ Reſtitutionis contra Sententiam deſertoriam? pag. 227. & 228.
Exemplum, ubi contra Sententiam deſertoriam, petita Reſtitutio bis denegata, & tandem Reſtitutoria lata fuit. dict. pag. 227. in fin.
Reſtitutio in integrum ex officio decernitur, ſi culpa Procuratoris defectus contigerit. dict. pag. 227.
Quando Reſtitutio petita Executionem non impediat? pag. 229. in princ.
An Reſtitutionem in integrum excludat decretum Mandatum de exequendo, currente adhuc Quadriennio, remiſſivè. ibid.
Contra Sententiam Reſtitutionem denegantem an detur Reviſio? pag. 238.
An Reſtitutio aliquando concedenda, licet non adſint nova Probationes? pag. 240. & ſeq.
Retorſio. *Retorſionis Jus an impediat Juriſdictionem Judicii ſupremi?* pag. 167.
Add. Repreſſaliæ.
Reviſio. *In Judiciis inferioribus remedium Reviſionis Leuterationem Saxonicam imitatur.* pag. 128. & 221.
In quibus cauſis admittatur. dict. p. 128.
Reviſionis remedium dicitur vulgò extraordinarium; in quibusdam locis autem eſt ordinarium, & ab hoc ad Cameram admittitur Appellatio. dict. p. 128. paſſim.
In quibusdam locis Appellatio ad Dominum Territorii interpoſita, Reviſio vocatur. pag. 129.
Si per Sententiam ab Auſtrægis latam gravatus quis fuerit infra Summam appellabilem, locum fore Reviſioni. pag. 133.
Si Sententia ſit non appellabilis, concedendum eſſe gravatis remedium Reviſionis, & decerni hoc caſu in Camera Mandata Sine Clauſula. pag. 136.
Reviſio novas Probationes non admittit. pag. 222. & 239.
De differentia Reviſionis à Supplicationis remedio. pag. 233.
Non dari Reviſionem ſecundam à Sententia Confirmatoria, non tamen excludi à Sententia Reformatoria. dict. pag. 233.
In Judiciis inferioribus Reviſionis remedium etiam obtinere in cauſis per Appellationem ad Cameram non devolvendis. pag. 237. in princ.
Non omnia, quæ de Reviſionibus in Camera conſtituti ſunt Juris, ad Reviſiones Judiciorum inferiorum applicari poſſunt. ibid.

A Sententia, de Cautione lata, novam Reviſionem admittendam non eſſe. pag. 237.
An petita Reviſio excludat Reſtitutionem in integrum ex noviter repertis Probationibus? pag. 239.
An Reviſio locum habeat à Laudo, ſi Compromiſſum initum Appellatione remota. pag. 259. in princ.

Reviſio Sententiarum Cameralium.

Sedes ejus. pag. 229.
Diſtinguitur à Reviſione inferiorum Judiciorum. ibid.
An in Camera impediatur Reviſio propter interpoſitum remedium Reſtitutionis? pag. 222.
Quare conſtitutum ſit Legibus Imperii ultimum remedium Reviſionis? pag. 223. & 238.
Reviſionis Judex alius eſt quam qui fuit antea. pag. 239.
Eſt remedium difficile, ſumtuoſum & anceps. pag. 229. 230. & 239.
Ante Receſſ. Imper. Noviſſ. certis caſibus non ſuſpendebat Executionem. dict. pag. 229. & 234.
Hodie Reviſio Executionem non ſuſpendit, exceptis certis caſibus. dict. pag. 2[illegible] & 235.
De petitionis notificatione (quæ fit tam Collegio Camerali, quàm Imperatori) & introductione Reviſionis. pag. 229. in fin. & ſeq. cum pag. 302. & 311.
De officio Notariorum in negotio Reviſionis, remiſſivè. pag. 230.
De convocatione & congregatione Reviſorum. dict. pag. 230.
Sumtus Reviſionis ſunt onus Imperii publicum. ibid.
Non ab omnibus Sententiis admittitur Reviſio. pag. 231. & ſeq.
Judicat Camera de non-devolutione Reviſionis. dict. pag. 231.
Item de Fatalibus Reviſionis & Formalibus. ibid.
A Juramento Reviſionis nemo eſt immunis. pag. 232. in princ.
A denegatione Reviſionis, aut acceptatione Cautionis, fruſtra petitur nova Reviſio. pag. 231. 236. paſſim. & p. 237.
Summa Concluſionum Tractatus Benderi de Reviſionibus. pag. 232. & 233.
De Edicto Ferdinandi III. Anno 1653. quoad Fatale petendæ Reſtitutionis. pag 234. & ſeq.
De Edicto Leopoldino ad terminandas cauſas Reviſionum, ad effectum non deducto. pag. 235.
Nova aliqua Lege de terminandis Reviſionibus interpoſitis opus eſt. ibid.
Theſ. V. Partis etiam memini, ut ſignificem, me hîc tantum de Recurſu ad Cæſarem, vel ad Comitia eatenus agere velle, quatenus eſt res Partium. Non enim latet in Judicio Aulico Imperiali moris eſſe, ut ab ipſomet Conſilio ex officio in plurimis, jam inſtructis, & adhuc tantum decidendis cauſis, fiat Relatio ad Cæſarem, quam ſpeciem huic negotio meo non facio propriam. Requiſivi etiam partem gravatam, ut pateſiat ſine legitima cauſa petendi, beneficium Recurſus nemini proficuum fore.

Theſ. VI. Gravamen autem ſolum rem per ſe non conficit, ſed ulterius etiam, & quidem primario requiritur, ut imploratio

fundetur ſuper cauſa, à qua Jus recurrendi ad Cæſarem vel *Comitia* legitimè inductum eſſe probari poſſe. Has ergò legitimas cauſas merito requiro haud obſcuro indicio, hic tantùm primario agi de Recurſu licito.

Theſ. VII. Hæc cauſæ legitimæ eo diligentius in hoc propoſito ſunt reſpiciendæ, quo minus dubitandum, reſpectu ſummorum Judiciorum, præſertim Cameræ Imperialis, Recurſum *reſpectivè* ad Cæſarem, vel ad Comitia univerſalia, valdè odioſum, imo *punibilem*, ac tanquam Legi Ordinationis Judicii Aulici ac Cameræ Imperialis derogantem videri.

Theſ. VIII. Conducibile erit brevibus harum legitimarum cauſarum fontes indicare: ſcil. quod vel in genere propullulent ex Majeſtatis ſummitate, univerſalitate, ac plenitudine, ſpecialiter circa cauſas Juſtitiæ, vel nitantur Legibus, tam ſcriptis, quàm non ſcriptis, hunc vel illum caſum determinantibus, ac inferentibus. Quo reſpectu Recurſus ad Cæſarem, vel ad Comitia univerſalia, poterit dividi, quod alius ſit generalis, alius ſpecialis.

Theſ. IX. Cum autem generalitas ſemper pariat *obſcuritatem*, has cauſas legitimas in ſequentibus ſpecificè, *ac ita per caſus* declarabo, ut à Theſ. X. uſque XVI. præmittam *nonnullos, qui* Recurſum ad Comitia univerſalia ſiſtunt, addam deinde in Theſ. XVII. uſque XXIII. aliquos, qui ad ſolam Cæſaream Majeſtatem Recurſum promovent, poſt hæc, quoque quoſdam apud Theſ. XXIV. uſque XXIX. attingam, qui tam ad Cæſarem, quàm ad Comitia recurrendi arbitrium, ac locum concedunt. Ubique talia exempla connumerata reperiuntur, ex quibus elucet, quod Recurſus fiat, vel mediatè, vel immediatè, mediatè vel ab Aula Cæſarea, vel à Camera Imperiali. Quoniam autem ex factis inter ſe arctiſſimè connexis, imò quandoque iiſdem, pro diverſitate loci à quo, aliarumque minutiſſimarum circumſtantiarum, Recurſus ſæpiſſimè diverſus inducitur, atque cohærentia non benè patitur rerum connexarum ſeparationem, ſub qualibet cauſa, ſeu facto indicabo, ubi tantùm ob incidentem aliquam circumſtantiam, mixta Recurſus ſpecies incidit.

Theſ. X. Primus Caſus eſt Paritas Votorum Judicantium inter Status Romano-Catholicos ac Auguſtanæ Confeſſionis, *Inſtrum. Pac. Artic. 5. §. 56.* Requiro autem Paritatem quam ajunt in Religione, non in Numero. Hæc enim juxta expreſſa verba Inſtrumenti Pacis Recurſum removet, add. *Ordinat. Judic. Imperial. Aul. de Anno 1654. tit. 5. §. 21.* Aſt quomodo hoc caſu deciſio erit facienda? Pronunciat Inſtrumentum Pacis juxta *Ordinat. Camer.* ſcil. *part. 1. tit. 13. §.* Weiter ordnen/ ꝛc. *10.* Sub Statibus ubique comprehendo Nobiles Imperii immediatos, juxta Inſtrumentum Pacis. Aſt mediatis etiam cum Statibus concurrentibus ultra Inſtrumenti Pacis diſpoſitionem expreſſam id aſſerere nolo. Statibus interim Recurſus beneficium etiam hoc caſu concedi non abnuo: Id prætereundum non eſt, in Aula Cæſarea pro formali hujus Recurſus præciſè requiri Vota diſparia in Sententia, diſparitatem in Cauſis decernendorum vel denegandorum Proceſſuum, in ſolum Auguſti placitum, ac Senatus arbitrium collocant, vid. Nobil. Dn. ab Andler *in Jurisprud. Publ. ac Privat. lib. 1. tit. 1. part. 2. num. 20.* In Camera è contra anguſtiores limites ſibi ſervant juxta Denaiſ. *Jur. Camer. tit. 181. §. 5.* & *Decret. de 23. Auguſti 1659.* in Sachen Bürgermeiſter und Rath der Stadt Speyer *contra Dechant* und *Capitul* daſelbſt/ his verbis latum: Mögen *Supplicanten*, ob ſie wollen/ vermög Oßnabrückiſchen Frieden-Schlußes *Artic. 5. §. Viſitatio Conſilii Aulici &c. 56.* ihre Nothdurfft auf künfftiger gemeiner Reichs-Verſammlung vor- und anbringen. Notandum adhuc in cauſis formandorum ſuper exhibitas Supplicas Decretorum, quoad obſervantiam diſpoſitioni hujus *§. 56. Artic. 5. Inſtrum. Pac.* ex officio non adeò ſtrictè inhæreri. Optimum ergò eſt, ut, qui cauſæ ſuæ Deputationem parium Judicantium vel Decernentium conducere fidit, id commonefieri faciat. Aliàs enim in hoc paſſu non adeò fiducialiter ex officio in omnibus cauſis obſervanda requireretur, prout quidem in caſu Sententiæ ferendæ expreſſum, & ab ipſa Lege, juſſum eſt, ibi remittuntur ad Comitia &c. Quod proinde etiam non attentâ partis incauta reſponſione, nihilominùs ſalvum & ex

 officio

officio obſervandum eſſe puto. Porrò eouſque proceſſit Cæſareæ Majeſtatis erga utriusque Religionis Cives, clementiſſimus affectus, ut non ſolùm paritatem Judicantium obſervandam, ſed etiam *id* ſimul injunxerit, ut utriusque Religionis detur Re- & Correferens, *Ordinat. Judic. Imper. Aul. tit. 4. §. 1.*

Theſ. XI. Secundus Caſus eſt dubium circa interpretationem Conſtitutionum Imperii eveniens, idem *§. 56. Artic. 5. Inſtrum. Pac.* addatur *Artic. 8. §. gaudeant &c. 2. Inſtrum. Pac.* Beneficium hoc à multis quidem frequentatum, ſed paucis ſalutare fuit. Plurimi enim denegata pro Remiſſione vel Recurſu facta petitione, loco ſperati levaminis Mandata vel Reſcripta de exequendo eo, majoris efficaciæ experti fuêre. Stat nimirum penes ſumma Judicia Imperii, & in ſpecie Cameram Imperialem poteſtas Jus dubium, juxta Jus commune interpretandi, ac ita ſtatuendi, tam in Meritis Cauſæ, *Ordinat. Camer. part. 1. tit. 16. §. 5. Receſſ. Deputat. 1557. §. 5.* quàm in Proceſſualibus, *Receſſ. Imper. 1654. §. 34. & 94.* & quidem adjuvando, informando ac novum planè inducendo, juxta *Receſſ. Imper. 1654. §. 94.* & *Commun. Decret. de Anno 1659. 13. Decembr. §. 5.* quod antiquat præcepta *in §. 94. & 95. Receſſ. Imper. 1654.* An autem ita diſpoſita continuo Status Imperii obligent? hæreo. Quæ ſit eorum opinio colligendum ex Roding. *Pandect. Camer. lib. 3. tit. 60. §. 51.* cui addendum quod res à Domino Friderico Carolo tum temporis Adminiſtratore Würtenbergico ad Comitia relata fuerit. Quæ ratio habeatur Juris diu non obſervati, exempla videri poſſunt in Cauſis Monetalibus, apud Author. Anon. *in Ominoſ. Rer. in Comit. Ratisbon. geſtar. Ser. part. 1. §. 50. & 91. part. 2. §. 16. part. 3. §. 28. & ſeqq.* paſſim. Opponunt nonnulli *Receſſ. Deputat. 1600. §.* Es haben uns auch unſere ꝛc. *140.* Ex quo volunt evincere, Cameræ non licere ſibi ſumere interpretationem circa dubia Conſtitutionum Imperii: Sed dictus Receſſus tantum de Dubiis Cameralibus accipiendus, de quibus *§. 135. Receſſ. Imper. 1654.* ſonat. Pro meliori rei explicatione monendum brevibus. Dubia Cameralia, Conſulta Cameræ, Communia Decreta Cameræ, & Reſolutiones Dubiorum à ſe invicem longè diſtare. Notan-

tandum etiam majoritatem Votorum regulariter fieri in Camera Imperiali prout tradit Blum. *Proceſſ. Camer. tit. 75. §. 37.* in Aula Cæſarea juxta *tit. 5. §. 16. & ſeq. Ordinat. Judic. Imperial. Aulic.* utrobique res habet ſuas cautelas. Difficultas in eo eſſe videtur; An in hoc ſecundo & primo caſu Domini Judicis vel Præſidis Votum rem decidat? Id dubium nonnullis movet, quod tali caſu Recurſus beneficium, Statibus Imperii, & aliis optima ratione noviſſimis Legibus publicis quæſitum, inutile redderetur.

Theſ. XII. Tertius Caſus collocatur in explicatione Privilegiorum Cæſareorum, cum Dn. Reinkingk. *lib. 2. claſſ. 2. cap. 8. num. 40. de Regim. Secular. & Eccleſiaſt.* Ipſam etiam quæſtionem de vi & ſubſtantia Privilegii, pro Aula Imperatoria ſolum prætendit Dominus ab Andler. *in Jurisprud. publ. ac privat. lib. 1. tit. 4. part. 2. num. 21.* conſentit Dn. Uffenbach. *de Judic. Imperial. Aul. cap. 10. ſect. 1. ſubſect. 3. pag. 87. num. 11.* Sed fortè Praxis Cameræ per multas Sententias Camerales apud Blumium & Deckherrum evincitur. Directo tamen unquam ullum à Cæſare impertitum Privilegium Cameram caſſaſſe, exemplum reperire poſſe non puto. Sed relinquo hæc indirectè tantum huc pertinentia. Pro theſi mea adhuc allego Sententiam de 20. Octobris 1670. in cauſa Baaden contra Naſſau in Camera latam: Das von Herrn Beklagten in Actis angezogene Moratorium, deſſen Erläuterung und Würckung/ ſo dann deſſen von Herrn Klägern hierwider beſchehene Impugnation gehöriger Orten remittirend und weiſend; add. Gylman. *voce Reſtitutio. & Vectigal.* Ubi in cauſa H. contra H. Mandati Sine Clauſula de tollendo nova Vectigalia, quatenus excedunt latis jam in Camera deſuper (quod notandum) quatuor Paritoriis cum comminatione Arctiorum, ad importatam Cæſaream declarationem, daß von jedem Zug Ochſen/ davon nach Gegentheils Anführen/ Krafft durchgehends recipirter Gewohnheit/ nur halb ſo viel/ als von Pferden gegeben werde/ denen Pferden gleich gegeben werden ſolle; tandem Partibus nolentibus acquieſcere remiſſio ad Cæſaream Majeſtatem ſecuta eſt. Incidit hic in memoriam Privilegium, quod alicui conceſſum erat, daß er weder vor dem Kay-

ſerli-

ſerlichen Reichs-Hof-Rath/ Cammer-Gericht/ noch einigen anderen Gerichten/ es wäre dann/ daß er von Kayſerlicher Majeſtät beſonders beruffen würde / zu ſtehen ſchuldig ſeyn ſolle. Celebre profectò exemplum Recurſus ad Cæſarem per Privilegium inducti, ſi validum.

Theſ. XIII. Quartum Caſum facit Reviſio contra Sententias Camerales, quæ Annis 1548. & 1555. ac per *Ordinat. Camer. part. 3. tit. 53.* admiſſa per *Receſſ. Imper. 1654. §. 124. ſeqq.* confirmata, ac melius informata fuit, de quo ex profeſſo Bender. *de Reviſione.* cui jungi poſſunt Authores *Receſſ. Imper. 1654.* coævi. De Reviſionis Reviſione Leges ſilere puto, & quoque Obſervantiam, licet non negem uſualem ac licitam eſſe ſecundæ Reviſionis petitionem. Nolo tamen quenquam injuſtè gravatum ſine auxilio relinqui debere.

Theſ. XIV. Quintum Caſum ſiſtit caſus Moderationis Matriculæ, ab initio in Comitiis deliberandus, Uffenbach. *de Judic. Imperial. Aul. cap. 12. ſect. I. ſubſect. 4. pag. 156. num. III.* Civitatibus Imperialibus in ſpecie promittendo providet, *§. 184. Receſſ. Imper. 1654.* De prudentia in hac re tractanda, adhibenda, videri poteſt Uffenbach. *dict. cap. 12. ſect. II. ſubſect. 1. pag. 163.* Querelæ communiter fundantur auf wenig Einkommen/ Unvermögen und Schulden ꝛc. Re adhuc dubia decernitur commiſſio, & æſtimatio fit prævia probatione ac cognitione, mit Vorleg- und Durchſehung derer Rechnungen und anderer dergleichen Nachrichten. Appellant deinde læſi à Commiſſariis, vel ad Cameram Imperialem, *Receſſ. Imper. de Anno 1548.* §. Würde dann nach ſolcher ꝛc. *86. Receſſ. Imper. 1566.* §. Was aber *Deciſionem &c. 141.* vel ad Judicium Aulicum, ob generaliter, hoc quidem paſſu, receptam concurrentiæ regulam. Imò etiam ad Commiſſarium Imperatoris & Ordinum Deputatos, eadem Appellatio libera eſt, juxta *Receſſ. Imper. 1576.* §. Im Fall dann ꝛc. *95.* & *Receſſ. Imper. 1582.* §. Im Fall dann ꝛc. *57.*

Theſ. XV. Sextum Caſum exhibet Blum. *in Proceſſ. Camer. tit. 25. num. 11. & 12.* Contendunt inter defectum expreſſæ Prohibi-

hibitionis, an Recuſatio ſit licita? Blum. quidem *citat. loc.* negativè reſpondet, rationibus tamen non omninò concludentibus. Res non una vice fuit meditata, ac quoque tentata fatente ipſomet, Blum. Mores Franciæ in recuſanda tota Curia ſuprema recenſet Boërius *deciſ. 269.* Apud quem ergò eveniente Recuſationis caſu cauſæ proponendæ, vel Inhibitio petenda. Qua Cameram Imperialem hoc caſu regulariter res ad Comitia pertinere videtur, ſalvo ſemper Cæſareæ Majeſtati Jure proviſionaliter de neceſſariis diſponendi.

Theſ. XVI. Septimus Caſus eſt Jurisdictio in Cauſis Matrimonialibus, vinculum concernentibus, inter Proteſtantes, vel alias diverſæ Religionis. Prætermitto eas rationes, quas pro Cæſarea Majeſtate ex Politica & Fundamentis Hiſtoricis M. Wilhelmus Ockam ſive de Campo *in Libr. de Jurisdict. Imperator. in Matrimonialibus Cauſis*, & Marſilius Menandrinus de Padua, *de eadem materia duo Imperat. Ludov. Bavar. coævi Conſiliarii* afferunt. An ultra Commiſſionem zur Güte in his rebus Sacra Cæſarea Majeſtas hodie aliquid concedere ſoleat? ignoro. Praxin Cameræ Rodingius monſtrat *in Pandect. Camer. lib. 1. tit. 31. §. 22.* duabus Sententiis, quæ egregiam ſpeciem Recurſus per ſententiam Judicis ſub certo termino injuncti adumbrant. Intermiſcent ut plurimum, quod incidenter addo, providæ Conjuges, Mandata vel Reſcripta ad recipiendum Conjugem in Conſortium Matrimonii donec de cauſa legitimè cognitum ſit, & de præſtandis Alimentis, ſumptibus litis, quæ ob diverſum fundamentum præprimis quoad Praxin confeſſæ Jurisdictionis politicæ ſunt.

Theſ. XVII. Octavum Caſum ex *l. unic. Cod. quand. Imperat. inter Pupill.* in Cauſis Immediatorum Dn. Rhet. adſtruit *in Inſtitut. Jur. Publ. lib. 1. tit. 12. §. 16.* Ulterius adhuc progreditur Blum. *Proceſſ. Camer. tit. 27. num. 187.* huic tamen Praxis Cameræ, ut puta Ordinationi delicatiſſimè inhærens, in totum contraria. Procederet fortè res, ſi Sacra Cæſarea Majeſtas Precibus commoveatur, ut ipſamet vi Jurisdictionis Majeſtaticæ, rei cognitionem, ac definitionem ſuſcipere velit. Non obſtat *Capitulat. Leopold. artic. 15.*

ad hunc caſum diſertè privilegiatum, & clauſum, ut ajunt in Corpore Juris, non pertinens.

Theſ. XVIII. Nonum Caſum Judicium Perſonarum Illuſtrium Statuumve Imperii in Cauſis Criminalibus, excepta cauſa fractæ-Pacis, producit. In his nunquam ab Auſtrægis judicatum fuiſſe ex Lehmanno conjicitur *lib. 7. Chronic. Spir. cap. 93. pag. 908.* ac clara ſunt verba *Conſtitut. Imper.* apud Goldaſt. *part. 2.* derer Reichs-Satzungen *fol. 27.* von allen Leuten/ ohne allein Fürſten und andere hohe Leute/ wo es gehet an ihr Leib/ oder an ihr Erb/ oder an ihre Ehre ꝛc. das wollen wir als Römiſcher Kayſer ſelbſt richten; add. Dn. ab Andler. *lib. 2. tit. 5. num. 24.* De Nobilibus immediatis agit Dn. Rhet. *Inſtitut. Jur. Publ. lib. 4. tit. 23. §. 2.* Sit ita ut ad *tit. 2. §. 1. Ordinat. Judic. Imper. Aul.* nonnulla reponi poſſint, de Praxi tamen Judicii Aulici quoad immediatos non Status atteſtatur Dn. ab Andler. *in Jurisprud. Publ. & Privat. lib. 2. tit. 3. num. 57.* Volunt nonnulli ex *Receſſ. Imper. 1594. §. 65.* diſtinguere: An in delinquentis proprio, an alieno Territorio delictum ſit commiſſum, bey Adel unter Cent-Obrigkeit/ oder auf ihren Schlöſſern und andern Cent-*freyen eximirten* Orten. His caſibus etiam Praxis Paritorias dedit, *in cauſis recenter pendentibus.* Communiter pro aſſiſtentia Fiſcalis implorant, ut ille in defendenda Cæſarea Jurisdictione ſemet illis aſſociet. Sanè quoad Status Imperii præſertim Principes, inviolabilitatis Privilegium, ac conſortium Dignitatis, Juriumque obſtare videtur, quominùs adverſus eos alterius Territorii ordinaria Jurisdictio hoc caſu exerceri poſſit, nec Cæſareæ Inveſtituræ über die Centen ſubjiciunt hos exemtos (ut neceſſe erat) in ſpecie, nec abdicant, Jurisdictionem Cæſaream immediatè fundatam. Judicium de pœna prudenter ſemper moderatur Status Reipublicæ, cujus intuitu etiam Cæſarea Majeſtas liberè unius alteriusve Principis ſententiam audit, Dn. ab Andler. *Jurisprud. Publ. ac Privat. lib. 1. tit. 5. part. 5. num. 3. ſeqq.* Mediatorum cauſas criminales exigentibus id ſpecialibus circumſtantiis, v. gr. indomitæ ſeditionis, imbecillitatis ordinarii &c. etiam ad Cæſarem pertinere teſtantur, Cauſæ Monaſterien-

rienſis, Colonienſis, ac Francofurtenſes duæ. Tales cauſæ communiter per Cæſareas Commiſſiones cognoſcuntur ac componuntur, vid. *Artic. 1. §. 7. Capitulat. Leopold.*

Theſ. XIX. Decimum Caſum dat beneficium Supplicationis à Cæſarea Majeſtate ad iteratas Statuum preces contra Sententias Judicii Imperialis Aulici *in Inſtrum. Pac. Artic. 5. §. Quoad Proceſſum Judiciarium &c. 55. Ordinat. Judic. Imper. Aul. tit. 5. §. 6.* clementiſſimè admiſſum. Supplicationis Supplicationem, vel Superſupplicationem, puto non admiſſibilem, ac illegitimam. Nec juvat fórtè contrariam ſententiam præjudicium apud Uffenbach. *de Judic. Imper. Aul. cap. 23. ſect. 4. pag. 272. in fine.* Similiter adverſus Decreta Proceſſuum aliasque meras Interlocutorias, ut puta ad juſtiorem cognitionem ſemper retractabiles Supplicationem, ac Reviſionem ſupervacuam ac illegitimam judico. Conſtat potius in Aula Cæſarea adeò benignè hodie procedi, ut etiam gravati contra Sententias citra ſolennem Supplicationem effectu intermedio per modum Suſpenſionis aliquando adjuventur.

Theſ. XX. Undecimò quæritur an die Staats-Juſtiz operetur Recurſum? Hæc in malam partem aliàs objecta, atque explicata fuit, etiam in publicis Scriptis, de quibus dicere non convenit. Aliam non agnoſco, niſi quam recta ratio, & Leges de Statu Reipublicæ conceptæ dictitant. Ubi Res, Jura Belli, Pacis ac Regiminis &c. concerneret, vel etiam emolumentum Imperii maximè in rebus adverſis & dubiis in conſiderationem veniret, Majeſtas, ac Caput Reipublicæ cujus officio hæc incumbunt, meritò invigilaret; Ad hanc ſolum, judiciaria huc non tendente poteſtate, prætermiſſa recurrendum. Pertinent huc Commiſſiones, quas Sacra Cæſarea Majeſtas vi ſupremæ poteſtatis in cauſis Status inter & contra Status Imperii immediatè aliquando decernere ſolet, ab aliis Commiſſionibus Cæſareis ſemper ſecernendæ. Non minùs faciunt huc ea, quæ de Principe Wilhelmo Fürſtenbergico inſerta leguntur apud Londorp. *tom. 10. Actor. Publ. pag. 139.* Eodem modo in Sachen geſamter Bürgerſchafft zu W. contra Magiſtratum und Syndicum certum proditorem Civitatis, flagrante cum Gallis Bello

betreffend / Camera Decretum dedit: Abgeſchlagen / ſondern moͤgen Supplicanten, ob ſie wollen / ihre Nothdurfft bey Sr. Röm. Kayſerl. Majeſtät vorbringen. In Conſil. 13. Maji 1677. Quousque autem aus Staats-Abſichten / Recurſus ad Cæſaream Majeſtatem in Cauſis Juſtitiariis ſit licitus vel prohibitus, exprimit *Capitulat. Leopold. Artic. 42.* his expreſſis conditionibus: Wann was (a) in Judicio Contradictorio (b) cum debita cauſæ cognitione (c) im Reichs-Hof-Rath ordentlich abgehandelt und geſchloſſen worden / das ſoll nicht von neuem in Cognition gezogen werden. Reſpondit Sacra Cæſarea Majeſtas apud Londorpium Collegio Electorali: Die einmal alſo nach Gebühr abgehandelte Dinge ohne das nicht zu ändern / was aber Ratio Status und andere Umſtände mit ſich brächten / darinnen wolten Se. Kayſerl. Majeſtät ſich die freye Hand offen laſſen.

Theſ. XXI. Duodecimum Caſum dat Syndicatus incuſatio contra eos, qui in ferendis Sententiis Cameralibus malitiosè verſati fuerunt, inſtituenda. Hanc apud Cæſarem proponi poſſe atteſtatur, *Concept. Ordinat. Camer. part. 3. tit. penult. §. 14.* Quæ aliàs ſit natura remedii Syndicatus contra Sententiam, de eo *videndus* Paris de Puteo *Tractat. de Syndicatu.* & Dn. Textor. *Diſputat. 13. theſ. 53. ad Receſſ. Imper. 1654.*

Theſ. XXII. Decimus Tertius Caſus, & qui eum ſequuntur uſque ad finem omnes, ex ſummi Jurisdictoris officio, poteſtate ac conceſſione promanant. Hoc intuitu liceret apud Cæſaream Majeſtatem ſupplicare ut cauſa aliqua Cæſareæ Jurisdictioni ſubjecta ad Cameram remittatur, Blum. *Proceſſ. Camer. tit. 25. num. 44.* Quod ſuperiori Seculo nondum adeo ſtabilitis Judicii Aulici fundamentis, ſæpe factum, ac quæſitum fuit, ob varias rationes.

Theſ. XXIII. Decimus Quartus Caſus eſt: Poſſe partem apud Cæſaream Majeſtatem in Cauſis in Camera pendentibus humillimè ſupplicare pro Reſcriptis de promovenda Juſtitia, vel maturanda Executione, vid. Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 25. num. 26. & 27.*

Theſ. XXIV. Decimum Quintum Caſum Jus avocandi largitur, qua Cameram Imperialem, Avocationes contra eam impunè præ-

præprimis in Comitiis, etiam hodie peti, ac impetrari poſſe puto, vid. Blum. *Proceſſ. Camer. tit. 25. num. 24.* quid Imperator hic remiſerit? docet *Capitulat. Leopold. Artic. 42.* quod tamen tantum de cauſis ad Cameram pertinentibus accipiendum. Exemtas enim receptas tamen (ſiquidem caſus contingeret) Imperator ſine dubio avocare poſſet, *§. 166. Receſſ. Imper. 1654.* expreſsè loquente, von Sachen / die dahin erwachſen / vid. Reinkingk. *de Regim. Secular. & Eccleſiaſt. lib. 2. claſſ. 2. cap. 14. num. 20.* Stylus ita ferre videtur, ut hoc caſu Recurſus ad Cæſaream Majeſtatem mediantibus humillimis petitionibus pro Reſcriptis Inhibitoriis & reſpectivè Avocatoriis fiat, imò poteſt rebus ita exigentibus, etiam arctioris Reſcripti petitio ſuſcipi, Dn. Vietor. *in Deciſ. Waldeccenſ. Relat. 18. num. 25.* & licet concedam *dict. §. 166. Receſſ. Imper. 1654.* etiam de Mandatis, quæ adverſus contrariam partem petuntur, ac decernuntur, intelligendam, ac etiam ibi prohibitam eſſe: tamen hoc caſu hoc §. non obſtante, nihilominùs contra ipſam partem cauſam Jurisdictione Camerali exemtam, eo trahere conantem in Aula Cæſarea Mandatum vel Reſcriptum poteſt peti, de non trahendo cauſam ad Forum incompetens, neque ibi ulterius proſequendo &c. Exemtione autem adhuc dubia exiſtente, neſcio an non Imperatori, cauſæ deciſionem ſibi repetenti, deferri conſultius æſtimari debeat? Qua de re in Cauſis Appellationum facile exempla occurrere poſſunt, ſiquidem ab una Sententia ambæ, vel duæ, aut plures Partes una ad Aulam Cæſaream, altera ad Cameram Imperialem appellaſſent. Aliam Avocationis ſpeciem habet *Capitulat. Leopold. Artic. 24.* Quoad Aulicum Judicium Sacra Cæſarea Majeſtas juxta Capitulationem moderatum retinet arbitrium, ceſſantibus hodie querelis, ante Inſtrumentum Pacis moveri ſolitis.

Theſ. XXV. Decimus Sextus Caſus eſt Supplicatio apud Imperatorem, vel Comitia, in cauſis in Camera nondum receptis, eo tenore interponenda, ut illæ cauſæ recipiantur; factum hoc in cauſa Mühlberger contra Speyer: ubi Proceſſus primo denegati, poſtea verò, cum Actor ad Cæſaream Majeſtatem ſupplicaſſet, & cauſa cum additamento, ut Supplicanti Juſtitia adminiſtraretur,

 ad

ad Cameram remiſſa, Proceſſus, emergentibus fortè aliis circumſtantiis, ut petiti non ſolum decreti, ſed etiam non multum poſt impetrans totius cauſæ victor conſpectus eſt, qui antea Decreto extrajudiciali totius cauſæ jacturam paſſus fuiſſe videbatur, vid. Deckherr. *Sentent. Camer. num. 637.* Neque huic obſtat *dict. §. 166. Receſſ. Imper. 1654. verb.* einige Gebott ꝛc. *Mandat &c.* Reſpondetur enim ibi non intelligi, Gebott pro promovenda, *ſed pro* impedienda Juſtitia, *verb.* Und die Sache dadurch ins Stecken gebracht / ꝛc. Illa licita in Reichs-Satzungen/ & congruunt officio Imperatorio *in Artic. 1. Capitulat. Leopold.* deſcripto. Excepta ergò ſunt *in dict. §. 166.*

Theſ. XXVI. Decimus Septimus Caſus ſimiliter cauſas, nondum in Camera receptas concernit. Qua ſcilicet quæritur: An in illis prohibitio procedat, ne recipiantur in Camera. Hæc ad ea, quæ de Avocatione modo dicta ſunt, meritò revocantur. Id tamen ſingulare eſt, quod ex. gr. in Moratoriis aliisque Cæſareis, ſimilis effectus Privilegiis, Cameræ inhibeatur, ne Proceſſus contra eam decernat, vid. Dn. ab Andler. *lib. 2. tit. 3. num. 40. in Jurisprud. Publ. ac Privat.* ubi ſimul refert Principes in *Comitiis 1670.* Imperatorem rogaſſe, an dem Cammer-Gericht Vermittelung zu thun / daß N. N. bey ſeinen hergebrachten Gerechtigkeiten erhalten werde/ ꝛc.

Theſ. XXVII. Decimus Octavus Caſus eſt; quo quæritur: An liceat in pendentibus Cauſis Cameralibus ſupplicare pro Inhibitione, v. gr. ne Executio fiat, ne ulterius procedatur &c. quoad regulam Lex prohibitiva *in §. 166. Receſſ. Imper. 1654.* ſatis clarè expreſſa eſt; Verba ſunt anderwärts ſoll dergleichen Verbott/ auſſerhalb der in denen Reichs-Satzungen und gegenwärtiger Verordnung ſelbſten zugelaſſenen Rechts-Mitteln / nicht außgewürckt / noch die Sache ſonſt in einigen andern Weeg ins Stecken gebracht werden. Veruntamen Imperatori in caſibus ſpecialibus, & exceptis etiam hic non omne arbitrium eſt denegandum. Siquidem ſingulares cauſarum circumſtantiæ id ſuadeant, v. gr. Salus publica, majoris mali metus, damni imminentis averſio.

Nec

Nec Status Imperii diſſentiunt, atteſtante id Reſcripto Cæſareo, von Suſpenſion derer Religions-Sachen. Ut pateat, talia argumenta cauſarum Patronis, ac Sollicitatoribus, non eſſe aliena, provoco ad Roding. *lib. 1. tit. 3. §. 25.* Ubi talia quidem impropriè ad Avocationem referuntur. Non obſtat etiam *Artic. 26. Capitulat. Leopold.* de regula intelligenda, non de caſu, ubi Salus publica in diſcrimen venit, quo caſu Juſtitia vera nicht adminiſtriret würde. Eodem modo accipienda *§. 166. Receſſ. Imper. 1654.* Salus enim Reipublicæ ſuprema Lex eſto. Et cedunt privata publicis. Juxta *Capitulationis Artic. 1.* Majeſtas Cæſarea clementiſſimè promiſit, in dem Heiligen Reich Fried/ Einigkeit und Recht mit und neben einander zu erhalten. Comitiorum poteſtas in inhibendo Cameræ Imperiali multo clarior & acriter aſſerta eſt in Comitiis 1641. apud Londorp. *tom. 5. lib. 1. cap. 110. pag. 356.*

Theſ. XXVIII. Decimus Nonus Caſus memoratur: Nonnunquam partes tales petitiones formare, ut Camera Imperialis ad Imperatorem referat, de cauſæ ſtatu, ac quando pronunciatura ſit, quod quatenus impetrari poſſit, vid. Blum. *Proceſſ. Camer. tit. 25. num. 22.* & Roding. *lib. 1. tit. 3. §. 23. & 24.* ibique *allegat. præjudic.* Kard contra Herde/ Eſſen contra Pfaltz-Neuburg.

Theſ. XXIX. Vigeſimus Caſus quærit: An per Decreta Proceſſuum Cameralium denegatoria gravati habeant beneficium Recurſus ad Cæſaream Majeſtatem vel ad Comitia? Sunt Decreta hujusmodi denegatoria vel ſimplicia: Abgeſchlagen; vel ulteriora, ex. gr. Läſt man es bey vorigem Decret nochmals bewenden/ und ſoll ſich Kläger ferneren Supplicirens enthalten; vel adhuc ulteriora: Läſt man es nochmals und endlich bey vorigem Decret bewenden/ und ſoll ſich Kläger bey Straf nach Ermäßigung ferneren Supplicirens enthalten. Olim quidem, vigentibus adhuc Viſitationibus, Viſitatores Cameræ totius Imperii nomine propoſitas ſuper denegatis Proceſſibus audiebant querelas, ſtatuebantque pro re nata, conf. Blum. *Proceſſ. Camer. tit. 24. num. 36.* Sed ultra Seculi ſpatium jam intermiſſæ Viſitationes in ſuſpenſo hærent, & quemadmodum Comitia non repudiabunt juſtè ſupplicantis querelas,

relas, ita etiam audiri apud Cæſaream Majeſtatem debite ſupplicantes, non minus latet, loquente antea jam allegato exemplo Mühlberger contra Speyer. Ex quo etiam infertur cecidiſſe omnes pœnales Proceſſus, quorum meminit Blum. *tit. 25. num. 54.*

Theſ. XXX. Plura addi deſiderantur v. gr. controverſiæ ſuper Feudis Regalibus; Appanagio; interpretatione Literarum Inveſtiturarum Cæſarearum; Collectarum materia; Juribus *Pallii*; Menſibus Papalibus; Jure Patronatus; Decimarum; inter & contra Proteſtantes in Petitorio; Religione ipſa, materia Fori, in controverſiis quas Reges ac Principes extranei cum Principibus Imperii, & contra eos habent; item quæſtione: quæ, ac qualis Jurisdictio in Imperio, pro exteris citandis ſit imploranda? An contra Reviſionem etiam detur Recurſus ad Cæſarem vel ad Comitia: Sed relinquenda hæc ſunt ob prolixitatem hâc vice minus gratam, tenuitatemque temporis ulterioris moræ impatientis. Alios caſus, quos Leges publicæ non aperte tangunt, ac nominant, ſpontè omitto, non ignarus, neque Politicam neque Jurisprudentiam hoc officium à me exigere velle, vel poſſe. Quibus lubenter morem gero, ac ita ſubſiſto.

Animadverſiones ſuccinctæ ad præcedentem Diſſertationem:

I.

AUctor non ſatis diſtinguit Recurſum ad Cæſaream Majeſtatem ab eo qui ſit ad Comitia Imperii. Neque etiam Negotia ad quæ denominatio *Recurſus* applicari poteſt: ex. gr. Theſ. *XVIII.* aſſerit Cæſarem eſſe Judicem de Criminibus Perſonarum Illuſtrium. Hoc ad Recurſum quem deſcripſerat Theſ. III. non pertinet. Hinc regula tenenda ſequens: Quæcunque cauſæ ad univerſale Reipublicæ Regimen, vel Cæſareæ Majeſtatis Reſervata ſpectant, adeo ut ex ſua natura ad Cæſaream Majeſtatem ſint deferenda, in illis non poteſt dari *Recurſus*. Recurſus in ſenſu genuino non dicitur niſi in cauſis, quarum tractatio & deciſio eſt ordinario Judici ſupremo demandata, qui ſi ſuo officio non fungatur, vel quod non poſſit vel nolit,

ut

ut tunc demum ad Cæſarem & Imperii Status, quorum partes ſunt eximiæ in Legibus ferendis vel interpretandis juxta *Inſtrum. Pac. Weſtphal. Artic. 8.* ſit recurrendum. Proinde quæ Auctor Diſſertationis Theſ. XIII. de Reviſione interpoſita contra Sententias Camerales, & Theſ. XIX. de remedio Supplicationis tradit, ad *Recurſum* minimè pertinent.

II.

Ad Theſ. X. In caſu Paritatis Votorum clariſſima eſt diſpoſitio *Inſtrum. Pac. Artic. 5. §. 50.* Et hic unus fortè eſt caſus in Legibus fundatus, de quo dictum *in Commentatione Sect. I. §. IV. num. 7. & ſeq.* Quomodo ſit facienda deciſio eveniente Paritate Votorum, ſi termini in Lege expreſſi non exiſtant: exponitur quidem *in Ordinat. Camer. part. 1. tit. 13.* §. Weiter ordnen ꝛc. *10. in Concepto tit. 25. §. 4.* Sed tamen exiſtere poſſet caſus, idque facilius in minore Aſſeſſorum numero, ut etiam adhibitis omnibus gradibus dicto loco expreſſis, tamen Paritas Votorum maneat. Num verò diſpoſitio *Ordinat. Camer. de Anno 1495. §. 1.* in Praxin deduci, vel reduci debeat, exiſtente caſu qui fortè aliis modis & temperamentis evitabitur, pro circumſtantiarum ratione erit ſentiendum. Auctor Theſ. XI. in fine putat ea ratione beneficium Recurſus præcludi, cum tamen Theſ. X. terminos Recurſus in hoc primo caſu aliter poſuiſſet.

De diverſitate Praxeos Judicii Imperialis Aulici à Camera Imperiali, juxta tradita Auctoris hac Theſi, inter Decreta extrajudicialia & Sententias, nonniſi informati dicere poterunt. In Camera certum eſt etiam in decernendis Proceſſibus Paritatem Votorum Recurſui locum feciſſe. Verſu: *Notandum adhuc* mens Auctoris eſt obſcura, credo non ſatis fuiſſe certum de Praxi Judicii Cameralis. Exiſtimo ſatis eſſe Legibus definitum quando Paritas Judicantium utriusque Religionis adhiberi debeat: Cætera diriget Judicis Cameralis vel qui ejus vicem gerit prudentia.

III.

Ad Theſ. XI. Si Legis diſpoſitio eſt vere dubia, non exiſtimo eſſe caſum Recurſus, ſed Collegii Cameralis officium fore credo,

ut à Cæſare & Statibus Imperii interpretatio petatur. Dubia verò, quæ Partes pro ſuo ingenio formant ut cauſæ inſerviant, non faciunt dubiam Legem. Judicis ergo eſt juxta verum Legis ſenſum pronunciare, vide *Electa Jur. Publ. tom. 9. ſect. 3. pag. 55. ſeqq.*

IV.

Ad Theſ. XII. Explicationem Privilegiorum Cæſareorum, non puto eſſe caſum Recurſus. Neque exempla ibi allegata id inferunt.

Ad Theſ. XIII. De Reviſione dixi ſuprà Num. I. in fin.

Ad Theſ. XIV. Moderatio Matriculæ ad Recurſum minime pertinet. Nam ſi de Matricula Imperii ſermo eſt, rem eſſe ſua natura Comitialem exempla plurima docent: Si de Camerali Suſtentatione, Camera Matriculæ tamdiu inſiſtet & Executionem demandabit, donec in Comitiis aliud fuerit concluſum. Abſurda enim foret poſtulatio ut Cameræ Suſtentatio interim ceſſare debeat, quia hic vel ille Status Imperii Moderationem Matriculæ petiiſſet.

Ad Theſ. XV. De Recuſatione Judicii Cameralis agit locus Blumii ab Auctore allegatus. Haud dubie hic exulabit omnis Recurſus, quia Recuſatio non admittitur.

Ad Theſ. XVI. XVII. XVIII. Si Cæſaris *ſolius eſt Jurisdictio* in Cauſis Matrimonialibus inter Proteſtantes, in Cauſis Pupillorum, & miſerabilium Perſonarum, in Cauſis Criminalibus, certè non pertinebunt hi caſus ad Recurſum. Auctoris Theſes omnes meas non facio. Sed Lectorem ad ea quæ dicta fuêre in Commentatione remitto.

Ad Theſ. XIX. Dixi ſuprà Num. I. in fin. de Supplicationis remedio.

Ad Theſ. XX. Ratio Status, ſive ratio Reipublicæ, ſi à via ordinaria Juris & Proceſſus deflectit vel eam impedit, haud dubie id non fiet per beneficium Recurſus ad Imperatoriam Majeſtatem. Id quod ex Exemplis allegatis facile cognoſcitur. Male verò Cauſæ Juſtitiæ graviores licet ideo quod Status Imperii concernant ad Cauſas Status referuntur, qua de re dictum *in Commentatione Sect. I. §. I. num. 16. not.* (*i*)

Ad Theſ. XXI. Syndicatus ſpecies eſt Reviſionis, qua de re dixi ſuprà Num. I. non eſſe caſum Recurſus.

Ad Theſ. XXII. Dixi de Remiſſionibus *in Commentatione Sect. I. §. I. num. 6.*

Ad Theſ. XXIII. Non eſt caſus Recurſus, vide *ſuprà in Commentatione Animadverſ. ad Obſervat. Magenhorſt. LVII.*

Ad Theſ. XXIV. De Avocationibus Cauſarum dictum *in Commentat. Sect. I. §. I. num. 13. & ſeqq.* Aut fundata eſt Cameræ Jurisdictio, aut non fundata. Hoc caſu re bene cognita remittet cauſam ſua ſponte ad Judicem competentem. Illo caſu avocatio fieri nequit, & ſcit Camerale Judicium quid exiſtente caſu ſibi ſit agendum.

Ad Theſ. XXV. Credo caſum hunc ad Recurſum non pertinere. Nam ſi Proceſſus in Camera fuêre denegati, & deinde Decreti poſt exhibitum Reſcriptum Cæſareum Promotoriale, neceſſe erit utique ut rationes meliores pro obtinendis Proceſſibus prolatæ fuerint, quæ Judicem ad decernendos Proceſſus permoverint, alias enim Promotorialium effectus is, quem Auctor in mente habuiſſe videtur, nunquam eſt futurus.

Ad Theſ. XXVI. Repetantur dicta ad Theſ. XXIV.

Ad Theſ. XXVII. & XXVIII. pertinent ad caſum Theſi XX. propoſitum.

Ad Theſ. XXIX. Repetantur dicta ad Theſ. XXV. Periculo ſuo Supplicans ad Comitia recurret. Nam ſi vel maxime daretur Comitiali Decreto, ceſſante Viſitatione, Proceſſus admitti, quam quæſo ſpem habebit Supplicans in cauſæ progreſſu: Sane denegatoria Decreta non feruntur, niſi ubi Jurisdictio non eſt fundata, vel Gravaminum fragilitas ex ipſis Narratis appareat: Neque Comitia ſtatuent aliquid niſi recognita.

Theſ. XXX. Multa commiſcentur ad Recurſum minime ſpectantia, quæ cum Auctore ſuo loco relinquo, & Acta publica nonnulla recentiora, quæ materiam illuſtrant Hiſtoriæ gratia ſubjungo: Sunt quidem alibi jam tum edita, ſed tamen & hic locum habere poſſunt.

I.

Vid. *ſupra Commentat. Sect.I.§.I. num. 16. in fin. not.* (*i*)

Kurtze und gründliche Bewährung / daß der Recurſus ad Comitia, auch in Juſtitz-Sachen ſo vor denen höchſten Reichs-Gerichten ventilirt worden / denen Ständen des Reichs in gewiſſen Fällen / in ſpecie aber in der Buſeckerthaler-Sache dem Hochfürſtlichen Hauße Heſſen-Darmſtadt / nicht *præ*cludirt werden könne.

WAs Chur-Fürſten und Stände des Reichs in denen älteren Zeiten an Adminiſtration der Juſtitz im Römiſchen Reich vor Antheil gehabt / ſolches läſſet man / als an ſich ſelbſt nicht unbekandt / dieſes Orts unberühret.

Es iſt auch die Meynung nicht / noch jemalen geweſen / denen nach der Hand établirten höchſten Reichs-Gerichten / die von denen Römiſchen Kayſerlichen Majeſtäten / mit Concurrentz der Reichs-Stände / zugelegte Jurisdiction in einigen Zweiffel zu ziehen / in ſo fern dieſelbe ſich in denen Schrancken der vorgeſchriebenen Ordnungen nicht nur / ſondern auch der Kayſerlichen Wahl-Capitulationen, Reichs-Abſchiede / *Religion*- und Prophan-Frieden / inſonderheit des Münſter- und Oßnabrückiſchen / auch der nachgefolgten Frieden-Schlüße / ſodann eines jeden Standes rechtmäßig habender und probirter Privilegien &c. halten.

Daß aber alle dieſe Verordnungen und Reichs-Satzungen von denen Römiſchen Kayſern mit Chur-Fürſten und Ständen des Reichs / in Krafft deren an Beſorgung der Juſtitz je und allezeit beybehaltenen Antheils / verglichen / errichtet / und zu ihrem Stand und Kräfften gebracht worden / mithin dieſem aus Haupt und Gliedern vereinigten Corpori, ſo wohl in Reichs- als auch in Juſtitz-Sachen / wo erſagte höchſte Reichs-Gerichte aus obbemerckten Schrancken tretten / und die Stände mit widrigen Proceduren graviren / das geziemende Einſehen / und Manutenentz unſtrittig zukomme / und dannenhero in ſolchen Fällen der freye Recurſus ad Comitia keinem Stande des Reichs / folglich auch des

regie-

regierenden Herrn Landgrafen zu Heſſen-Darmſtadt Hochfürſtl. Durchl. in der bekandten Buſeckerthaler-Sache keines wegs præcludirt werden könne: Solches wird aus folgendem gantz klärlich erhellen/ und ſind/ ſo viel zuforderſt das Fundament der auf erſagten Reichs-Satz-und Ordnungen ruhenden höchſten Reichs-Gerichte/ und inſonderheit des Kayſerlichen Reichs-Hof-Raths angehet/ deſſen ein gantz unwiderſprechlicher Beweiß.

I. Die Reichs-Hof-Raths-Ordnungen der Glorwürdigſten Kayſere Ferdinandi I. de Anno 1559. welche auf öffentlichem Reichs-Tag beſchloſſen worden/ſodann Matthiæ de Anno 1617. ſo beſage derſelben Kayſerlichen Wahl-Capitulation Artic. 41. aus vorigen verfaſſet/ und denen Ständen übergeben/ von denenſelben aber bey dem Nürnbergiſchen Correſpondentz-Tag Anno 1615. geändert/ verbeſſert/ genehm gehalten/ (a) und darauf außgefertiget worden/ allermaßen Ihre Kayſerl. Majeſtät in dem Procemio ſolcher Ordnung gantz deutlich ſetzen: Sie hätten die über den Reichs-Hof-Rath aufgerichtete vorige Ordnung mit zeitlicher guter Vorbetrachtung/ gehabten Rath und Gutachten Dero Lieben Neven/ Oheimen und Churfürſten alles Fleißes erſehen/ verneuert/ confirmirt/ und mit allerhand nützlich angeſehenen Zuſätzen und Erklärungen verbeſſert.

So hat ſich auch Kayſer Ferdinandus II. in deroſelben Wahl-Capitulation Artic. 40. verbündlich gemacht/ die verfaſſende oder erneuerende Reichs-Hof-Raths-Ordnung der nächſten Verſammlung des Churfürſtlichen Collegii, zu deſſen Gutachten zu bringen/ auch deme zu Folge die Churfürſtliche Monita unter dem 15. April. 1637. dem Reichs-Hof-Rath zur Nachachtung intimiret. (b)

Und als nachmals Anno 1641. unter Kayſer Ferdinando III. ſolche Erneuerung zu gemeiner Reichs-Berathſchlagung gekommen/ auch gar viele Monita von denen geſamten Ständen über

(a) Londorp. *Act. Publ. part. 1. cap. 61. num. 1.* Limnæ. *de Jure Publ. lib. 9. cap. 4. num. 34.*

(b) Vid. Limnæ. *de Jur. Publ. tom. 1.* add. *lib. 9. cap. 4. pag. 442. ſeqq.*

die Reichs-Hof-Raths-Ordnung gemacht worden / (c) hat Oeſterreich ſelbſten in ſeinem Voto, daß Chur-Fürſten und Stände bey ſolcher Sache um Dero Einrathen erſuchet würden / ex hac ratione vor billich ermeſſen / weil die Reichs-Hof-Räthe die Juſtitz nicht allein von wegen Ihrer Kayſerlichen Majeſtät / ſondern auch Chur-Fürſten und Stände des Reichs adminiſtrirten. (d) Ja es hat die damalige Kayſerliche Majeſtät in Receſſu Imperii de eodem Anno §. 3. & §. 90. denen Ständen auf das *kräfftigſte zugeſaget* / eine gewiſſe Reichs-Hof-Raths-Ordnung verfaſſen / und in derſelben allen von Chur-Fürſten und Ständen erinnerten Mängeln abhelffen / auch allen angelegenen Fleißes dahin ſehen zu laſſen / damit inmittelſt / und biß zu Aufrichtung ſolcher Reichs-Hof-Raths-Ordnung / demſelben / was von Chur-Fürſten und Ständen bey Deroſelben nützlich und wohl erinnert worden / NB. gelebet und Folge geleiſtet / auch ſonſt in allem dasjenige fleißig beobachtet werde / was die heilſame Juſtitz / ſodann NB. Chur-Fürſten und Stände unterſchiedliche Memorialia mit- und nach ſich führten.

II. Wird erſtbemeldter Grund-Satz auch *befeſtiget* / in dem darauf gefolgten Inſtrumento Pacis Weſt*phalicæ*, *als dem* unauflößlichen Band zwiſchen Haupt und Gliedern / ſintemalen in ſolchem nicht nur die Reformation des Juſtitz-Weſens im Römiſchen Reich vor eine Comitial-Sache declariret / ſondern auch zum ferneren klaren Beweiß / daß der Reichs-Hof-Rath ſo wohl / als das Kayſerliche Cammer-Gericht / erſtbemeldtes geſamte Corpus des Reichs gebührend zu reſpiciren habe / derſelbe quoad Proceſſum an die Cammer-Gerichts-Ordnung gewieſen / auch verſchiedene das Juſtitz-Weſen im Reich betreffende heilſame Vorſeh- und Verordnungen demſelben einverleibet worden. (e)

Es haben auch allerhöchſt ermeldte damalige Kayſerliche Majeſtät nicht nur in Anno 1653. bey dem ſelbiger Zeit außgeſchriebenen Reichs-Tag ſo gleich in Dero Kayſerlichen Propoſition den

(c) Vid. Limnæ. *loc. citat. pag. 446. ſeqq.*

(d) Londorp. *Act. Publ. part. 5. pag. 598.*

(e) *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. Artic. 5. §. Quoad Proceſſum Judiciarium, &c. 55.*

den Punct des Juſtitz-Weſens mit geſamter Hand außzumachen verlanget/ und die Formam Proceſſus mit denen Ständen in dem darauf erfolgten Receſſu, mithin per modum Pacti in gewiſſe Schrancken geſetzet/ ſondern auch/ als obgedachter Zuſage gemäß in Anno 1654. bey ſolchem Reichs-Tage eine vermehrte Reichs-Hof-Raths-Ordnung verfaſt/ und von denen Ständen derſelben Communication verlanget worden/ dieſelbe verſichert/ daß alles darin enthalten ſeye/ was bey dem Frieden-Schluß und Franckfurthiſchen Deputations-Tag erinnert worden/ ſonderlich aber/ daß dieſelbe auf jetzige und künfftige Cammer-Gerichts-Ordnung/ Reichs-Conſtitutiones, und Frieden-Schluß/ ja gar auf dasjenige was bey dem Reichs-Tage noch würde verabſchiedet werden/ davon Ordo Proceſſus obberührter maßen einen großen Theil conſtituiret/ eingerichtet ſey/ welche Erkänntnüß/ daß nemlich dieſes eine gemeine Reichs-Sache ſey/ die Stände zwar mit Danck angenommen/ jedoch daß ſolche ordentlich an die Reichs-Collegia zu bringen ſeye/ beharret/ und weilen dieſer/ nebſt andern wichtigen Puncten, dazumal auf künfftigen Reichs-Tag verſchoben/ die Ordnung ſelbſt auch nicht zu rechter Zeit/ ſondern zu ſpat und erſt kurtz vorm Ende des Reichs-Tages communiciret worden/ dieſelbe/ ehe und bevor ſie durch einen allgemeinen Reichs-Schluß approbiret worden/ nicht agnoſciren wollen/ ſo gar/ daß/ als das Churfürſtliche Collegium des in GOtt ruhenden Kayſers Leopoldi Kayſerl. Majeſtät Glorwürdigſter Gedächtnüß/ in Dero Wahl-Capitulation nur ad interim und mit dem notablen Reſervat: Es ſey dann/ daß bey dem Reichs-Tage was anders verordnet werde: zu deren Beobachtung zu obligiren gut befunden/ die übrige Stände Dero hierbey habende Befugnüß durch eine eingelegte Proteſtation ſalvirt/ und ſolches in Anno 1658. in Monitis commun. ad Artic. 42. Capitulat. perpet. wiederholende prætendiret/ daß die Reichs-Hof-Raths-Ordnung auf gehaltenen Rath mit Chur-Fürſten und Ständen/ und NB. nach derſelben Gutbefinden und Einwilligung/ zu verfaſſen/ dergleichen Salvation auch bey jetzigem Reichs-Tage Anno 1664. repetiret und begehret worden/ daß die Reichs-Hof-Raths-Ordnung eine

inter Cæſarem & Status verglichene Capitulation genennet werden ſolle. (f)

III. Welchergeſtalten wegen Annehmung der Reichs-Hof-Räthe / inſonderheit von der Augſpurgiſchen Confeſſion, (auſſer deren genugſamen Anzahl die Evangeliſche Stände vermög ihrer ſub datis den 18. und 26. Maji 1654. producirten Memorialien gegen den Kayſerlichen Reichs-Hof-Rath zu excipiren ſich befugt geachtet) Beobachtung der Religions-Parität in Commiſſions-Sachen/ nicht weniger des in Executions-Fällen der Urthel vorgeſchriebenen Modi: Ferner wegen der einem zeitlichen Churfürſten zu Mayntz/ als Reichs-Ertz-Cantzlarn/ nomine Imperii, und nach Anleitung einer vom gantzen Reich comitialiter dazu ertheilenden Inſtruction zukommenden Viſitation des Reichs-Hof-Raths / wie auch wegen Beſtellung der Cantzley / vornemlich aber / vermög Kayſerlicher Wahl-Capitulationen, dem Chur-Mayntziſchen Ertz-Cancellariat ungehindert zukommenden Freyheit/ der Reichs-Stände NB. gegen die Reichs-Hof-Räthe habende Beſchwerden / ihrer Arth und Eigenſchafft nach in den Churfürſtlichen/ oder geſamte Reichs-Räthe zu bringen/ zu proponiren/ und zur Deliberation zu ſtellen/ und was dergleichen mehr ſeyn mag/ Ihre Kayſerliche Majeſtät ſich mit denen Ständen des Reichs gewiſſer Ordnungen verbindlich verglichen/ und dieſelbe bey Dero Reichs-Hof-Rath in richtiger Obſervantz gehalten werden ſollen/ ſolches iſt notorium, (g) und mit allem dieſem/ ſonderbar aber/

(f) *Capitulat. Leopold. Artic. 41.* ibique Limnæ. Herden Grundfeſte des Heiligen Römiſchen Reichs *part. 3. cap. 5.* §. Es hat zwar ꝛc. Londorp. *Act. Publ. part. 7. num. 619. pag. 715. & 716.*

(g) *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. de Anno 1648. Artic. 5.* §. *Ac proinde Circuli, &c. 54. verſ. Sed idem etiam &c.* item §. *Viſitatio Conſilii Aulici &c. 56. Receſſ. Imper. de Anno 1654.* §. In welchem *Termin &c. 160.* adde Limnæ. *ad Capitulat. Leopold. Artic. 41. Diar. Europ. part. 11. pag. 220. & 221. Capitulat. Imperat. Matthiæ Artic. 41. verſ.* Denſelbigen auch Jährlich / ꝛc. *Ferdinandi II. Artic. 40. eod. verſ. Ferdinandi III. Artic. 44. eod. verſ. Ferdinandi IV. Artic. 43. eod. verſ. Leopoldi I. Artic. 42. princ. Joſephi Imperat. Auguſtiſſimi Artic. 41. princ.*

aber / daß die Herren Reichs-Hof-Räthe nebſt der Richtſchnur gemeiner beſchriebenen Rechten/auch denen ergangenen und künfftig weiter beſchließenden Reichs-Satzungen/ nahmentlich denen Kayſerlichen Wahl-Capitulationen, der auf den Reichs-Hof-Rath extendirten Cammer-Gerichts-Ordnung/ wie auch dem Weſtphäliſchen Frieden-Schluß ꝛc. ohne einige Außnahme geleben / und ſich dazu in ihren Eydes-Pflichten verbinden müſſen / (h) hoffentlich zur Genüge bewieſen/ daß Ihrer Kayſerlichen Majeſtät/ als dem unläugbaren allerhöchſten Haupt / und mit Deroſelben denen Ständen des Reichs/ als deſſen vornehmen Gliedern/ in Corpore eine ſupereminentem Jurisdictionem oder obere Macht über die beyde höchſte Reichs-Gerichte in ſano ſenſu zuzulegen/ mit Fug nicht ungleich gedeutet werden könne/ ſintemal wie der bekandte Auctor der Grundfeſte des Römiſchen Reichs von Adminiſtration der Juſtitz ſaget / (i) nach dem alten unlaugbaren Herkommen ſowohl bey dem Kayſerlichen Hof als bey dem Cammer-Gericht zwar im Nahmen Ihrer Kayſerlichen Majeſtät das Recht gegeben/ das iſt/ rechtliche Erkänntnüß angeſtellet/ und nach denen beſchriebenen gemeinen und Reichs-Hof-Raths-Satz-und Ordnungen geſprochen wird/ ſolche Satzungen aber/ wornach der Spruch geſchiehet/ oder der Proceſs anzuſtellen iſt/ von dem Kayſer und denen Reichs-Ständen insgeſamt gemacht und aufgerichtet werden/ daraus nothwendig folget/ daß wann von ſothanen hohen Gerichten gegen dieſe Satzungen gehandelt wird/ dem höchſten Corpori, ſo dieſelbe gemachet/ auch das Einſehen und Manutenentz nicht in Zweiffel gezogen werden könne; welches/ ob es nicht effectus ſupereminentis Jurisdictionis Imperii ſeyen/ eines jeden Patrioten unpartheyiſcher und gerechter Beurtheilung anheim geſtellet wird/ geſtalten auch in ſolchen der ſelbſt

(h) *Capitulat. Imperat. Ferdinandi II. Artic. 42. Ferdinandi III. Artic. 51. Ferdinandi IV. Artic. 48. Leopoldi I. Artic. 47. Joſephi I. Artic. 46.* adde *Formul. ſubnex. Ordinat. Judic. Aul. Imperat. Rudolphi II.* & *Ferdinandi III.* Londorp. *Act. Publ. part. 1. cap. 61. num. 4. pag. 219.*

(i) Grundfeſte *part. 3. cap. 5.*

redenden Wahrheit gantz conformen und keinem andern Verſtande dieſe Worte gebrauchet worden; Ihre Kayſerliche Majeſtät aber hierunter zu præteriren / oder Dero allerhöchſten Reſpect in einige Weiſe zu nahe zu tretten / des regierenden Herrn Landgrafen zu Heſſen-Darmſtadt Hochfürſtlichen Durchläucht ſo gar nicht zu Sinn gekommen / daß Dieſelbe vielmehr das an die hohe Reichs-Verſammlung geſtellte Memorial ſamt der Deduction, allerhöchſt-ermeldter Ihrer Kayſerlichen Majeſtät zuforderſt / und noch etliche Monathe vorhero / ehe daſſelbe ad Comitia geſchicket worden / mit einem ſolchen in gantz ſubmiſſen, und ihre Intention genugſam erläuterenden Terminis gefaſten Schreiben und Conteſtation, wie die Beylage beſaget / allerunterthänigſt überreichen laſſen / auch ihres Orts denen höchſten Reichs-Gerichten / an deren von Ihro Kayſerlichen Majeſtät und denen Ständen des Reichs erlangten Anſehen und Weſen das mindeſte zu derogiren / keineswegs / ſondern allein Dero ad Comitia genommenen Recurs mit zweyen / Ihre Kayſerliche Majeſtät als das allerhöchſte Ober-Haupt zuforderſt *mit einſchlieſſenden* Worten zu juſtificiren intendirt; allermaſſen *Sie dann* dieſe Dero Angelegenheit / als ein Dieſelbe zwar *vornemlich* / propter conſequentiam aber geſamte Dero Hohe Herren Mit-Stände betreffendes gemeines Gravamen dahin gelangen zu laſſen / gemüßiget worden: Weilen

(1.) Bey dieſer Sache / welche an ſich eine Cauſa Juſtitiæ zu ſeyn nicht gelauguet werden mag / die ſonſt gewöhnliche / ad hunc caſum, ubi Sententia omninò nulla geweſen / applicable Remedia Juris von dem Kayſerlichen Reichs-Hof-Rath weder zulänglich admittiret werden wollen / noch auch practicable geweſen / ſintemal die Herren Reichs-Hof-Räthe ſich ſelbſten berühmet / daß ſothane Urtheil per Unanimia außgefallen / und dahero niemand übrig geblieben / dem ſolche ex præſcripto des Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ Artic. 5. §. 55. Acta denuò adhibitis aliis, gravitati negotii paribus, neutrique Partium addictis, ex utraque Religione, æquali numero, Conſiliariis & qui NB. concipiendæ & ferendæ

rendæ Sententiæ non interfuerint, revideantur &c. hätte zu billicher Erkänntnüß und Remedur übergeben werden können.

(2.) Ihre Kayſerliche Majeſtät in Dero Wahl-Capitulation Fürſten und Stände des Reichs bey ihren Rechten und Privilegien zu mainteniren verſprochen / dabey auch denenſelben / den Verordnungen der höchſten Reichs-Gerichte bey ungerechten Proceduren nicht zu pariren / ſelbſten eingeraumet / (k) und daher vielmehr erlaubt ſeyn wird / bey Deroſelben und dem Reich ſich in Fällen / da Dero Reichs-Hof-Rath alle vorgeſchriebene Ordnungen auſſer Augen ſetzet / und ſine debita Cauſæ Cognitione, ohne welche keine Sententz beſtehen kan / verfähret / zu beklagen; Bevorab / als nunmehro

(3.) Hierbey ein neues allgemeines Gravamen Imperii daraus entſtehet / daß die Chur-Fürſten und Stände des Reichs in denen bey mehrbeſagten höchſten Reichs-Gerichten vorgehenden Contraventions-Fällen mit zukommender Erkänntnüß und Einſehen / ſamt dem dahin nehmenden Recurs in Zweiffel gezogen werden will / welcher doch / wie in allen Reichs- alſo in ſpecie auch in Juſtitz-Sachen / wo zumalen eine Violation der Reichs-Satzungen / und der Stände habenden Privilegien, mithin ein Intereſſe Publicum mit eingetroffen / je und allezeit in Reichs-kündiger Obſervantz geweſen; Dazu noch kommet / daß

(4.) Ihre Kayſerliche Majeſtät ſich / ſamt Dero Glorwürdigſten Vorfahren am Reich ſelbſt verbunden / (l) ad intentionem Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, (m) in wichtigen Sachen / ſo von hohem Præjuditz und weitem Außſehen / unter welche Claſs die Buſeckerthaler Sache / (da einem vornehmen Stande des Reichs ein in neun Dörffern / und mehr dann Acht Hundert Unterthanen / beſtehenden Stück Landes / ſo deſſen Fürſtliches Hauß in der Landes-Theilung mit in den Anſchlag bekommen / in

N 2 der

Aus Unterhandlung Marggraf Caſimirs zu Brandenburg/ iſt zwiſchen Landgraf Philipſen zu Heſſen/ und Graf Wilhelmen zu Henneberg/ aufm Reichs-Tage zu Worms Anno 1521. ein ſolcher Vertrag aufgericht worden/ daß nach Abſterben des Hennebergiſchen Männlichen Stamms/ Schloß/ Stadt und Amt Schmalkalden an Heſſen fallen ſoll.

Schmalkalden in die Erb-Verbrüderung zwiſchen Sachſen und Henneberg nicht gezogen.

Daher haben ſich Schmalkalden wegen die 3. Gebrüdere H. zu Sachſen/ gegen Landgraf Philipſen reverſiren müſſen/ als ſie mit Henneberg eine Erb-Einigung troffen/ daß dieſelbe uf gedachten Ort nicht gemeynet ſeyn ſoll. Weimar/ Freytags nach Leonardi den 9. Novembr. Anno 1554.

Carolus IV. in einem Original-Brief/ geben zu Budißin Anno 1350. 16. Febr. (13. Kal. Martii) Regni ſui Anno 4.

Cum Deſponſationis tempore (*a*) (inquit) quo Catharina, Heinrici (*b*) Comitis de Henneberg Filia, Landgravio Thuringiæ Friderico (*c*) matrimonialiter ſubarrata fuit, per utrorumque Parentes (*d*) propter terrarum ſuarum conjunctionem, & Reipublicæ evidentem utilitatem, tractatum ſit, quod idem Fridericus, tanquam (*e*) verus Hæres ſuccedere deberet in &c. Coburg & Schmalkalden cum (*f*) Pertinentiis &c. & aliis Bonis, quæ poſt obitum Juttæ, Hermanni Marchionis Brandenburgenſis &c. Filiæ, vacare poſſent, &c.

(*a*) Facta eſt hæc Deſponſatio Iſenaci Anno 1344. In domum deductio Anno 1345. Spangenberg. *Chronic. Henneberg. lib. 5. cap. 9. fol. 195.*

(*b*) Hujus nominis XII. Comitis & Principis Hennebergici Secundi. Quam appellationem hîc à Carolo Imp. non uſurpari mirum.

(*c*) Stre-

(*c*) Strenuo.

(*d*) Parentes Landgravii, Sponſi, erant: Fridericus gravis ſive macer, Landgravius, & Mechtildis Bavara, Uxor; Parentes autem Catharinæ, Sponſæ, Heinricus hujus nominis XII. Comes Hennebergicus & Princeps II. & Uxor ejus Jutta Hermanni Marchionis Brandenburg. & Comitis Henneberg. Filia.

(*e*) Cur tanquam verus Hæres? quia Ludovicus IV. Imperator prædeceſſor Caroli IV. jam ante hosce tractatus Matrimoniales Jus ſuccedendi in hisce Dominiis, in Landgravios contulerat, ut conſtat *ex ſeqq. Lit. Imperatoriis fol. 84.*

(*f*) Königsberg/ Hildburg/ Sonneberg/ Eisfeld/ Hilperhauſen/ Neuhauſen/ Rotha/ Ummerſtadt/ und etliche Schlöſſer/ P. Albin. **Meiſn. Land-Chron.** *tit. 15. fol. 200.* ubi addit: Es werde ſonſten auch zu dieſen Städten die Stadt Schalckau im Coburgiſchen Diſtrict (der Gerichtsbarkeit halben halb Coburg und halb denen von Schaumberg zuſtändig) hinzugethan/ und vor Neuhauſen/ Neuſtadt geſetzt. add. *fol. 105. 106.*

Confitemur nos hisce præſentibus Contractum illum Matrimonialem confirmare.

Und Kayſer Ludwig der IV. verleihet/ (*g*) uf Vorbitt Marggraf Ludwigs zu Brandenburg/ des Heil. Röm. Reichs Obriſten Cämmerers/ Friederich/ Balthaſarn/ Ludwigen Wilhelmen/ Gebrüdern/ (*h*) Landgrafen in Thüringen ꝛc. die Herrſchafft Coburg und Schmalkalden/ die die Achtbare (*i*) Frau Jutte/ etwan Gräfin zu Henneberg jetzt inne hat/ und ihme (dem Kayſer) nach ihrem Tod ledig werden und anfallen möchten/ nach derſelben Frau Jutten/ Landgraf Friederichs Schweherin/ etwan Marggraf Hermanns zu Brandenburg Tochter/ zu beſitzen ꝛc.

(*g*) Dieſe Kayſerliche Belehnung zeiget ſo viel an/ daß das Coburgiſche Ort Land Francken/ nicht ſo wohl durch die Ehe-Pacta, als durch dieſe ältere Reichs-Exſpectantz und Begnadigung erworben worden.

(*h*) Filiis Friderici macri ſive gravis.

(*i*) Paulò inferius hîc wird ſie: **die Edle Frau** titulirt.

1353. Im 7ten Jahr ſeiner Reiche/ den nechſten Sonnabend vor Invocavit, ſchreibet Kayſer Carl der IV. an Bürgermeiſter und Rath der Stadt Königsberg in Francken/ wie folget:

Liebe Getreue/ von wegen des Hochgebohrnen Fürſten Friederichs/ Landgrafen zu Thüringen/ und Marggrafen zu Meitzen/ unſers Lieben Oheims und Fürſten/ ſein Wir wohl und gäntzlich untirweizet/ daß ſulcher Anevall in dem Lande zu Francken/ daß er von ſeeliger Gedechtnüzze der Edlen Vrowen Jütten/ etwenne Grovinne ze Henneberg/ ſiner Schwiger/ unſer Lieben Muhmen gewartet hat / und des Wir ihn von wegen des Heil. Reichs vormals belehnt haben/ Ihme in dieſen 1353. Zeiten/ von Tote der obgenannten ſeiner Schwiger ledig worden ſy/ und ſy......

Das Wir durch Königl. Gewalt und umb Gerechtigkeit des Heil. Reichs ihm beholffen ſeyn / zu ſynen Rechten.

So vormahnen Wir euer Treue ernſtl. und mit gantzem Fleiße / daß ihr gen den obgenannten unſirn Oheim tutt / als ihr durch Recht pflichtig ſitt / und euch gen dem Heil. Reich / und auch gen ihm bewaret / als wohl zimlich ꝛc.

APPENDIX V.

Index ſive Tabella Privilegiorum Statuum Imperii, quatenus ad Jus Camerale pertinent.

Notitia variorum Judiciorum, Archiepiſcopatus & Civitatis Imperialis Colonienſis, nec non Epiſcopatus & Patriæ Leodienſis, Ducatus Juliacenſis, ut & Reipublicæ Norimbergenſis, reperitur in Recenſione pleniore Privilegiorum lingua vernacula ſeparatim edita, & Commentationi huic Supplementi loco adjungenda.

Præliminariter notanda:

I.

SAcri Romani Imperii Electores in ſuo ordine eſſe collocatos, quia numerus non eſt magnus. Principes, Comites, & Civitates, ordine Alphabetico, quo facilius fieri poſſit evolutio. Obſervatis tamen Claſſibus Principum Eccleſiaſticorum & Secularium, tum verò Comitum, & tandem Civitatum Imperialium.

Omiſ-

Omiſſos verò eſſe eos Status, cum quibus Judicium Camerale nihil habere poteſt negotii, vel quod Jure ſint exemti, vel per viciſſitudines Imperii avulſi.

2. Quæ in Privilegiis occurrunt ad Camerale Jus non pertinentia conſulto fuêre omiſſa, non ſolum brevitatis ſtudio, ſed etiam quia conſilium fuit ea tantum hic comprehendere, quæ ad Cameralem Praxin utilia eſſe viderentur.

3. Complectitur hæc Tabella brevis recentiora tantùm Privilegia, non ea quæ ſunt antiquata. Neque enim opus fore credidi, ut recenſeretur Series Privilegiorum cujuscunque Status Imperii. Cujus rei foret quidem uſus aliquis Hiſtoricus, ſed non Cameralis. Sufficit ſcire v. gr. Summam Privilegii noviſſimi & Exemtiones. Quæ verò ex antiquioribus mutata non ſunt, neque in recentiori Privilegio comprehenſa, ea meritò fuêre retinenda & annotanda.

4. Quæ Privilegia antiquiora continent ſaltem Jus de non evocando Subditos, vel Summam minorem, quam quæ eſt in Receſſu Imperii 1654. ad 400. Imperiales aucta, in Catalogo ſequente ſunt omiſſa, quia ſine monitione intelligitur infrà Summam 400. Imperialium Appellationem non admitti regulariter, etiam Privilegio non exiſtente. *Jus de non evocando Subditos* commune eſt hodie Imperii Statibus ad unum omnibus.

5. Tandem, cum non omnes Principes, Comites, Civitates, peculiari gaudeant Privilegio, quod Appellationem ad Cameram impediat, ſi qui in Catalogo ſequente non reperiuntur, intelliges ab eorum Sententiis Appellationes admitti, quotiescunque Jure communi vel Imperii non eſt prohibita. Nolo enim Catalogum Principum & Statuum Imperii omnium conficere, qui aliundè peti poteſt. Notandum hoc fuit ad Catalogum Blumii *tit. 47.* & aliorum, in quo multa nomina reperiuntur, ſed ſine peculiari nota Privilegii amplioris & hæc Lectorem Benevolum in limine ſequentis Catalogi monendum volui.

Sacri

Sacri Romani Imperii Principes Electores.

In *Aurea Bulla*, Lege Imperii publica, *Cap. XI.* fundatur (1.) Jus de non evocando Subditos ad quodcunque Tribunal alterius cujusvis. (2.) Jus de non appellando vel provocando à Proceſſibus, Sententiis, Interlocutoriis & Definitivis ſine exceptione, niſi in defectu Juſtitiæ.

Antiquiora eſſe hæc Jura Principum Electorum Eccleſiaſticorum quam ipſa Aurea Bulla, tradit Lynckerus *Commentar. ad Aur. Bull. cap. XI.* Illud de *Non Evocando* omnibus Imperii Statibus per Capitulationes Cæſareas commune factum eſſe, docet idem Lynckerus *dict. loc.* & *in Commentar. ad Capitulat. Joſeph. Artic. XVII.* In utraque Commentatione addit exceptiones, ubi ex qualitate Forum Cameræ fundatur juxta Ordinationem Cameralem, ex. gr. *in Cauſis Fiſcalibus.* Errant enim, qui Ordinationem Cameralem putant eſſe Legem Collegio Camerali tantum præſcriptam, cum ſit potiùs Lex Imperii univerſalis, vide *Concept. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 1. Rubr.* ibi: Auſſerhalb der Fälle/ ꝛc. *tit. 9. Rubr.* juncto *tit. 23. Receſſ. Deputat. 1600. §. 24.* Roding. *Pandect. Camer. lib. 1. tit. 3. §. 33.* & *tit. 12. §. 34.* In *Commiſſione ad Examen Teſtium, vel ad perpetuam memoriam* ceſſare etiam Jus de non evocando, Lynckerus *dict. loc. ad Aur. Bull.* adde Rumelin. *part. 2. diſſertat. prima integra* cum *Addition.* Myleri.

Privilegium de non appellando, de quo Rumelini *tota diſſertat. 2.* eſt conſcripta, non ab omnibus Principibus Electoribus in uſum eſſe deductum, ipſa rerum argumenta docent. Hinc factum, vel quod expiraſſe Privilegium per contrarium uſum putaverint, vel quod diſpoſitionem Aureæ Bullæ clariore explicatione opus habere crediderint, ut ad unum omnes novo Privilegio ſibi conſulendum eſſe cenſuerint, in quo Aureæ Bullæ contenta vel repetita, & ſuæ latitudini relicta fuêre, vel reſtricta ad certos limites.

Alia ratio fuit Electoratuum recentiori tempore erectorum puta *Bavariæ* & *Brunſvicenſis*, qui Electores in ipſa collatione hujus dignitatis ſibi ſatis proſpexerunt. Reliqua ex Catalogo ſequente pateſcent.

Electo-

Electores Principes Eccleſiaſtici.

MOGUNTINUS. Per Privilegium Ferdinandi III. Imperatoris 30. Aprilis 1654. inſinuatum Cameræ 19. Februarii 1655. & acceptatum 9. Martii 1655. utitur Jure de non appellando nullis finibus conſtricto juxta Aureæ Bullæ tenorem. In quo Privilegio etiam de Judiciis Electoralibus ritè conſtituendis agitur. Add. *infrà Catalog. Privilegior. Claſſ. I. Num. I.*

TREVIRENSIS. Privilegio Ferdinandi I. 23. Nov. 1562. Jus de non appellando limitatum erat ad cauſas momentaneæ Poſſeſſionis, & Summam 500. Aureorum Rhenenſium. In reliquis cauſis Appellans Solennia obſervet: Juramentum Calumniæ & Cautionem. Legitur hoc Privilegium *in Tomo VI. Symphorem.* Gylmanni qui eſt *Wehneri*, *cap. 1. pag. 5. & ſeqq.* adde Roding. *lib. 1. tit. 20. §. 70.* & *ſeq. cap. 1. §. 3. 4.* Ibid. *Num. II.*

Noviſſimo Privilegio *Caroli VI. Imperatoris* inſinuato Cameræ Imperiali & acceptato Anno 1727. 17. Julii, omnis Appellatio à Judicio Electorali Trevirenſi eſt excluſa. Eſt Archi-Epiſcopo Electorali Trevirenſi Judicium aliquod immediatum in vicinia Patriæ Leodienſis, quod dicitur, *Awans* & *Loncin*, quod Privilegio aliquo non fruitur, & utuntur ibi idiomate latino.

COLONIENSIS. Privilegio Maximiliani II. Anno 1570. 19. Auguſti, Juri de non appellando limites dati fuêre per omnia ſimiles *Trevirenſi.* Vel ſi mavis, illud ad hoc, ceu antiquius, eſt redactum: extat *in Tom. Wehnerian. cap. 1. pag. 8. & ſeqq.* Novum deinde acceſſit Privilegium latitudine æquali cum Moguntino Anno 1653. Quo tamen Elector ſe uti non velle pactus eſt cum Ordinibus Provincialibus Anno 1653. 15. Maji, niſi quoad Summam Mille Aureos Rhenenſes non ſuperantem, & in Sententiis Poſſeſſoriis reſervato Petitorio latis. Quæ pactio hodie pro Lege & norma habetur, Cameræ eum in finem inſinuata & acceptata 13. Decembris 1653. vid. Roding. *lib. 1. tit. 20. §. 70.* & *ſeq. cap. 1. §. 7.* Idcircò qui in cauſis ad Cameram appellabilibus Reviſorium Electorale elegerit, faciet id quidem ſuo arbitrio, ſed adverſarius ſi contradicat, Camera officium imploranti non denegat, vid. *ſuprà Auctar. XI.* Judicia Electoralia ſuprema ſunt varia, quorum aliqua Ibid. *Num. III.* Add. *ſuprà Auctar. X. XI. & XII.*

in Civitate Imperiali Colonienſi Tribunal habent. Sequitur *Notitia* omnium *Judiciorum Colonienſium* non ſolum *Archiepiſcopalium* mediatorum & immediatorum, ſed & *Civitatis Imperialis Colonienſis*, quam à Viro harum rerum perito accepi. Quibus tamen addenda ſunt dicta *ſuprà Auctario XII.*

Kurtze Nachricht von denen in der Freyen Reichs-Stadt Cölln erfindlichen Gerichter / und wie und welcher geſtalt daſelbſt Juſtitia adminiſtriret / und von denen gefällten Urtheln höheren Orts hin appelliret werde.

Add. *ſuprà Auctar. XII.*

PRimò: Hat das in der Stadt Cölln alſo genannte Chur-fürſtliche hohe Weltliche oder Schöffen-Gericht in Cauſis Civilibus tam realibus, quàm perſonalibus, in prima Inſtantia Jurisdictionem fundatam; auch gehören dahin die Criminalia, ſonderlich welche Pœnam Capitis nach ſich ziehen; zu wiſſen aber / daß in Criminalibus Magiſtratus Civitatis Colonienſis primam apprehenſionem & inquiſitionem habe; dahero wann Magiſtri Violentiarum, vulgò **Herren Gewalt-Richtere** einen Delinquenten Hand-feſt gemachet / und ein delictum vel indicia delicti diffamantis ſich hervor thun / ſo wird der Arreſtatus nach dem alſo genannten **Francken-Thurn** hingebracht / und denen würcklich in Magiſtratu ſitzenden zweyen **Thurn-Herren** oder **Thurn-Meiſteren** überantwortet / welche alßdann de novo denſelben über das angeklagte Delictum zur Inquiſition ziehen / und demnechſt das Protocollum Inquiſitionis in pleno Magiſtratu ableſen laſſen / welches ad Syndicos remittiret / und cum illorum Conſilio ſtatuiret und beſchloſſen wird / ob der Inhafftatus zu dimittiren / oder an das Peinliche Schöffen-Gericht zu liefern / oder wie und welchergeſtalt derſelbe propter commiſſa Delicta minora Pœnam Capitis non merentia zu beſtrafen ſeye.

Hierbey ſtehet zu notiren / daß Magiſtratus in Delictis etiam capitalibus das Jus aggratiandi prætendire / auch wohl zuweilen jedoch gar ſelten exercire.

2. Zum

2. Zum Andern/ iſt in der Stadt Cölln das Gericht Arßbach/ ſeu vulgò Außbach; (vor welchem unter andern auch die Mängel an verkaufftem Vieh gerechtfertiget werden;) und

3. Drittens/ das Gericht Niederich/ welche zwey Gerichter in Civilibus realibus, non verò perſonalibus concurrentem Jurisdictionem haben.

Von all ſolchen dreyen Gerichtern gehet die Appellation an das Churfürſtliche Appellations-Commiſſariat in Cauſis Civilibus, und da von dannen ad Dicaſteria ſuprema, habitis nimirum requiſitis quantitatis & qualitatis, vel ad Reviſorium Electorale Bonnenſe.

Dieſes Churfürſtliche Commiſſariat-Gericht hat den Nahmen daher/ weilen vor dieſem keine gewiſſe Zeit noch Perſonen dazu beſtellet geweſen/ ſondern ſo offt Appellationes introduciret wurden/ beſondere Commiſſarii dazu außgebetten und verordnet werden müſſen. Nach der Zeit iſt ſolches geändert/ gewiſſe Zeit und Perſonen zu dieſem Gericht verordnet worden/ und hat den Nahmen des Commiſſariat-Gerichts behalten.

4. Viertens/ das Chur-Cöllniſche Officialat-Gericht/ ſo nicht allein in Eccleſiaſticis & mixtis fundiret iſt/ ſondern auch per totam Archi-Diœceſin Colonienſem cum aliis Judicibus primæ Inſtantiæ concurrentem Jurisdictionem hat; Die Appellationes aber Werlenſes, Bonnenſes, Leodienſes, und Monaſterienſes, ab Officialibus ibidem devolviren zu vorgemeldtem Chur-Cöllniſchen Officialat-Gericht/ und demnechſt höheren Orts hin pro exigentia Cauſarum, vel ad Nunciaturam Apoſtolicam, vel ad Curiam Romanam, (zu verſtehen in Cauſis Eccleſiaſticis, nicht aber in Civilibus) vel ad alios ſupremos Judices.

Zu notiren ſtehet/ daß vorgemeldter Herr Officialis diejenigen Sachen/ welche in prima Inſtantia coram ipſo introduciret werden/ vigore Reformationis Curiæ ſchuldig ſeye/ einem aus ſeinen Aſſeſſoribus in primâ Inſtantiâ zu committiren/ & ab ipſo appellatur ad Committentem, und ſtehet alßdann in Facultate Officialis, dieſe Sache abermalen/ auf Anhalten der Parthey/ einem andern

Aſſeſſori in ſecundâ Inſtantiâ zu committiren/ oder aber ſelbſten darinnen Juſtitiam zu adminiſtriren; in Cauſis autem ſummariiſſimi Poſſeſſorii, Præventionis Fori, und dergleichen/ hat vorgemeldte Commiſſion keinen Platz; ſondern in hujusmodi Cauſis wird immediatè per Dn. Officialem, mit Zuziehung eines JCti geſprochen.

Notandum, daß kein Stadt-Bürger in Cauſis Civilibus bey den Officialen zu Recht zu ſtehen ſchuldig/ und denen Bürgern und Einwohnern vigore Statutorum & Concordatorum bey nahmhaffter Strafe verbotten ſeye/ daſelbſt ſeinen Mitbürger zu conveniren.

5. Dann ſeynd noch Fünff kleine Churfürſtliche **Flügels-Gerichtere**/ nemlich Eigelſtein/ Gereonis, Weyerſtraß/ Severini, und Hacht-Gericht/ welche in einem gewiſſen/ theils in-theils aus der Stadt gelegenen Diſtrict ihre Jurisdiction haben; und weilen all ſolche Fünff Gerichtere bey der Extenſion der Stadt Cölln allererſt mit denen Ringmauren ſeyn umzogen worden/ ſo gehen die Appellationes von dieſen Gerichtern an ihre Herrſchafften/ von dieſen zu dem Chur-Cölniſchen Appellations-Commiſſariat Gericht/ und hernach vel ad ſuprema Dicaſteria vel ad Reviſorium Bonnæ.

Fernere Nachricht von denen Churfürſtl. hohen und niederen Gerichtern bey Hof und auſſerhalb der Stadt Cölln.

I.

DIe Churfürſtliche Regierung zu Bonn/ von welcher in Cauſis appellabilibus an das Kayſerliche Cammer-Gericht appelliret werden mag.

Add. ſuprà Auctar. XII. 2. Das Officialat-Gericht zu Werle im Fürſtenthum Weſtphalen/ von dieſem Officiali pflegen die Appellationes an den Official zu Cölln gerichtet zu werden/ und dann weiter von dieſem ad Cameram Imperialem.

3. Von der Churfürſtlichen Regierung im Fürſtenthum Weſtphalen zu Arnsberg/ appellirt man gradatim an die Churfürſtliche Regierung zu Bonn/ und dann ad Cameram.

Electo-

Electores Principes Seculares.

De REGE BOHEMIÆ juxta præliminaria monita hic nihil dicendum.

BAVARUS ELECTOR Anno 1638. 28. Auguſti Privilegium obtinuit de non appellando, cum omni amplitudine Aureæ Bullæ, & extenſione ad Palatinatum Superiorem, acceptatum in Camera 21. Aprilis 1644. *Add. infrà Catalog. Privilegior. Claſſ. I. Num. V.*

SAXONIÆ ELECTOR Privilegium habet à Ferdinando I. Imperatore Anno 1559. 2. Maji datum: inſinuatum Cameræ 24. Aprilis 1560. quod ſeſe refert ad Auream Bullam cum ſua amplitudine & extenſione ad omnes Saxoniæ Duces, & ad omnes Saxonici Juris Provincias. Legitur *in Tomo Wehneriano cap. 1. pag. 16.* adde Roding. *Pandect. Camer. lib. 1. tit. 20. cap. 1. §. 9.* Ibid. *Num. VI.*

BRANDENBURGICUS ELECTOR habet Privilegium à Rudolpho II. Imperatore 24. Julii Anno 1586. datum ad Auream Bullam relativum, ſcil. quoad terras Electoratus, vid. *Wehnerian. Tom. cap. 1. pag. 20.* Quoad cæteras Imperii Provincias, quæ ſunt plurimæ, extenſius Privilegium noviſſimum eſt ad Summam 2500. Aureorum, & ad cauſas Poſſeſſorii Judicii ubi Poſſeſſorium reſervatum eſt. Datum ab Imperatore Leopoldo Anno 1702. 16. Decembr. acceptatum in Camera 27. Octobris 1703. Legitur in Lünigs Reichs-*Archiv Part. Special. tit.* Vom Marggraf zu Brandenburg. *Num. 76. pag. 282. ſeqq.* Differentia à Saxonico eſt aperta: Quod (1) in Brandenburgico differant terræ Electoratus à reliquis Provinciis Magdeburgici Ducatus, Clivenſis, Pomeraniæ, Halberſtadienſis, Mindenſis, Caminenſis Principatuum, Marcæ & Ravensbergæ Comitatuum &c. ex quibus omnibus Appellationes ad Judicia Imperii admitti debent juxta Privilegium. (2) Quod Familiæ Brandenburgicæ in Franconia peculiari utantur Privilegio *infrà in Claſſe Principum Secularium pag. 140.* recenſendo. Ibid. *N. VII.*

PALATINUS ELECTOR dudum non uſus eſt Jure de non appellando per Auream Bullam tributo. Hinc Anno 1520. & 1541. à Carolo V. & Anno 1548. à Rudolpho II. per novum Privilegium limitatum fuit Jus de non appellando ad certam Summam, vid. Ibid. *N. VIII.*

Wehnerian. Tom. cap. 1. pag. 12. Tandem à Ferdinando III. impetratum fuit de novo Privilegium nullis limitibus, quam quos Aurea Bulla definit, circumſcriptum 17. Julii 1652. vid. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diſſertat. 2. theſ. 2. & Addit. lit. b.* Acceptatum eſt in Camera hoc Privilegium 12. Novembr. 1652. Tenor legitur *in Tomo Juris Provincialis Palatini*, & in Lünigs Reichs-*Archiv Part. Special. tit.* Chur- und Fürſtlich Hauß Pfaltz. *Num. 281. pag. 721.* vid. Roding. *dict. cap. 1. §. 13. & ult.* ubi de extenſione ad reliquorum Principum Palatinorum Provincias non admiſſa notabile legitur Præjudicium in cauſa Augſpurgiſcher Confeſſions-Verwandten zu Creutzenach contra Cullmann.

Ibid. *Num. IX.* BRUNSVICENSIS ELECTOR cum collatione Electoralis Dignitatis etiam Privilegium de non appellando impetravit ad quantitatem certam non limitatum, cujus Inſinuatio Cameræ Imperiali facta mediante Reſcripto Imperatorio dato 12. Auguſti 1718. integer tenor relatus in Catalogum Privilegiorum pleniorem, ſeparatim editum. Reſcriptum Cæſareum hic ſequitur:

Copia Kayſerlichen Reſcripti an das Kayſerliche Cammer-Gericht zu Wetzlar.

Carl ꝛc.

Wir laſſen Deiner Liebden und Euch hiermit gnädigſt ohnverhalten / was maßen Wir des Königs in Groß-Britannien als Churfürſten zu Braunſchweig und Lüneburg Liebden das Privilegium de non appellando Electorale, nach Ziel und Maaß der Güldenen Bull / im Jahr 1716. unterm 16. Auguſti auf geziemendes Anlangen gnädiglich ertheilet haben.

Wie nun Unſer gnädigſter Will und Meynung iſt / daß Seiner des Königs in Groß-Britannien Liebden als Churfürſten zu Braunſchweig und Lüneburg deſſen würcklicher Genuß angedeyhen / und dieſelbe dabey bey Vermeidung der darin angeſetzten Strafe von 200. Marck löthigen Goldes gehandhabet werden ſollen; Als wird vorberührtes Privilegium Deiner Liebden

und

und Euch zu dem Ende in Abſchrifft hier beygeſchloſſen / damit Sie wegen der in vorgedachtem Unſerem Kayſerlichen Privilegio außgedruckten Chur-Landen / bey Unſerem Kayſerlichen Cammer-Gericht vorkommenden Proceſſen, auſſer dieſem aber im übrigen mit der Kayſerlichen Majeſtät und des Heiligen Reichs Rechten / Geſatz und Gewohnheit ſich gebührlich zu richten wiſſen mögen / denen Wir übrigens reſpectivè mit ꝛc. Wien den 12. Auguſti 1718.

Dem Hochgebohrnen FROBENIO FERDINANDO, Gefürſteten Landgrafen zu Fürſtenberg / Grafen zu Heiligenberg und Werdenberg / Landgrafen zu Baar / Herrn zu Hauſen im Künzinger Thal / Unſerm Kayſerlichen Geheimden Rath / Lieben Oheim / Fürſten und Cammer-Richtern; So dann denen Hoch- und Wohlgebohrnen / Edlen / Ehrſamen / Gelährten / Unſern und des Reichs Lieben Getreuen N. Præſidenten und Beyſitzern Unſers Kayſerlichen Cammer-Gerichts.

Ordinatio Judicii Supremi Appellatorii, quod eſt Cellæ, ad Cameralem in multis Articulis adpropinquat. Edita eſt cum Præfatione luculenta Cellæ Anno 1713.

S. R. I. Principes Eccleſiaſtici.

LEODIENSIS PRINCIPATUS varia ampliſſimaque habet Privilegia, quorum Series cum Introductione *Caroli de Mean* Leodienſium Papiniani prodiit Leodii apud G. H. Streel Anno 1662. Leguntur etiam in fine Operis poſthumi Obſervationum *Meani.* Maximiliani II. Imperatoris, cum præcedentibus nonnullis in eo comprehenſis extat quoque in *Tomo VI.* Gylmanni *Wehneriano cap. 3. pag. 52. ſeqq.* Commodior ad uſum eſt editio prædicta Anno 1662. Nunc verò amplior extat Privilegiorum Confirmatio Imperatoria Anno 1721. cum Summa aucta ad 1800. hoc eſt Mille Octingentos Florenos Aureos in Immobilibus: 900. Aureos in Mobilibus: & 90. Aureos in Reditibus, inſinuata in Camera Imperiali & acceptata 29. April. 1724. Eam *Catalogo Privilegiorum infrà* adjecto *Claſſ. III.* inſeruimus.

Add. *infrà Catalog. Privilegior. Claſſ. III. Num. I.*

Series

Series Privilegiorum antiquiorum eſt ſequens:

vid. *Seriem pag. 3. lit. B.* Mean. *pag. 304.* Wehner. *p.53.*

1. Maximiliani I. Auguſtæ 24. Junii 1518. prohibet Appellationem in Cauſis non excedentibus Summam 600. floren. in Bonis realibus & immobilibus, & 300. floren. in perſonalibus & mobilibus. Quæ Summa in ſequentibus Privilegiis multum fuit aucta.

Deinde *Solennia* conſtituuntur, Juramenti & Cautionis coram Epiſcopo vel Conſilio Ordinario præſtatio.

Series p.6. Mean. *pag. 306.* Wehner. *p.54.*

Porrò prohibetur Appellatio à Sententiis vim definitivam non habentibus, nec nón in Poſſeſſorio latis, & in Cauſis Injuriarum.

2. Maximiliani I. Auguſtæ 24. Junii 1518. De non evocando in prima Inſtantia.

Series p.7. Mean. *pag. 307.* Wehner. *p.55.*

3. Maximiliani I. Auguſtæ 24. Junii 1518. Confirmatorium Libertatum, Statutorum & Conſuetudinum Leodienſium rationabiliter introductarum &c. &c.

Series p.8. Mean. *pag. 308.* Wehner. *p.56.*

4. Caroli V. Imp. Gandavi 27. Julii 1521. repetit Privilegia Maximiliani & auget Summam ad 1200. floren. Aureos demandatque Conſilio Ordinario conſervationem & executionem contra violatores.

Series p.11. Mean. *pag. 311.* Wehner. *p.58.*

5. Caroli V. Gandavi 27. Julii 1521. quod vocatur Bulla contra Conſervatorias, prohibet recurſum ad Judices Eccleſiaſticos in cauſis civilibus, & ſeverè coërcet eos, qui ſub Conſervatoriorum Eccleſiaſticorum prætextu, cauſas civiles ad Forum Eccleſiaſticum pertrahere voluerint. Conceditur etiam Conſilio, & Deputatis Ordinum Patriæ poteſtas Ordinationes & Conſtitutiones interpretandi.

Series pag. 21. Mean. *pag. 314.*

6. Caroli V. Imp. Spiræ 7. Decembr. 1529. cujus inſcriptio eſt, Conſervatoria Privilegiorum, inter alia de non evocando, ſeu Mandatum Pœnale Executorium Cameræ Imperialis Spirenſis, ad Inſtantiam Fiſci Procuratoris.

NB. Hoc non eſt Privilegium aliquod Imperatorium, ſed Mandatum Cameræ Imperialis pro conſervatione Privilegiorum.

Series pag. 24. Mean. *pag. 318.*

7. Caroli V. Imp. Auguſtæ 20. Octobr. 1530. repetit præcedentia Privilegia & Conſilio Ordinario conſervationem Privilegiorum & exactionem Mulctarum concedit Appellationibus ſive Oppoſitionibus non obſtantibus quibuscunque.

8. Ca-

8. Caroli V. declaratio, Wormatiæ 20. Julii 1545. quomodo Conſilium Ordinarium conſtitui debeat. Additis aliis Declarationibus, ſpeciatim quæ ſint Sententiæ Interlocutoriæ à quibus appellare non liceat. *Series pag. 32.* Mean. *pag. 320.*

9. Ferdinandi I. Imp. Francofurti 28. Novembr. 1562. excludit Appellationem in Cauſis Poſſeſſorii vel Violentiarum à Tribunali Viginti Duorum Virorum deciſis. *Series pag. 43.* Mean. *pag. 326.*

10. Maximiliani II. Imp. Pragæ 21. Julii Anno 1571. in quo præcedentia Maximiliani I. & Caroli V. ſub Num. I. II. III. IV. V. recenſita in toto tenore comprehenduntur, prout apud *Wehnerum loco allegato* videre licet. *Series pag. 45.* Mean. *pag. 328.*

Addita confirmatione, & ampliatione in Cauſis *Annuorum Cenſuum* ſive Redituum, quorum Summa appellabilis excedere debet Sexaginta *floren. Rhen.* ſive 120. floren. Brabant. Wehner. *pag. 60.*

Nec non in Cauſis *Carbonum Lapideorum* & Fodinarum, in quibus omnis Appellatio eſt interdicta.

Notandum: Hoc Privilegium cum inſertis præcedentibus Cameræ Imperiali fuiſſe inſinuatum, & acceptatum 4. Februar. 1572.

Reliqua ſub Num. VII. VIII. inſinuata non fuêre fortè quod crediderint Leodienſes eſſe tantum præcedentium conſervatoria & declaratoria.

Illud verò Ferdinandi I. Num. IX. productum quidem fuit 18. Septembr. 1605. ſed per Sententiam Cameralem non acceptatum, denegando Inſinuationem petitam in Sententia 16. Octobr. 1605. vitium Typographi eſt in Roding. *lib. 1. tit. 20. pag. 287.*

Privilegia Pontificum Leodienſi Principatui tributa, ad noſtrum ſcopum non pertinent. Legat, qui volet *in Serie pag. 41. 52. 53.* vel Meano *pag. 324. 331. 332.*

11. Rudolphi II. Imp. Pragæ 16. Decembr. 1605. prohibet Appellationes omnes à Decretis & Sententiis in cauſis pertinentibus ad Cameram rationariam Epiſcopi Leodienſis, reſervato ſaltem beneficio Reviſionis. Hoc Privilegium in Camera Imperiali fuit acceptatum per Sententiam 13. Octobr. 1607. confirmatum deinde ab Impp. Matthia, Ferdinando II. & Ferdinando III. Annis 1613. Add. *ſuprà Auctar. XIII.*

1624. 1653. Non extat in Serie ſuprà allegata, neque in Meano, neque Wehnero, eſt tamen aliàs notiſſimum, pluresque Appellationes tentatæ contra hoc Privilegium rejectæ fuêre, vel non devolutoriæ latæ.

Quæ fuère dicta hucuſque de Privilegiis Leodienſis Principatus; in brevem contrahere libuit conſpectum:

1. Summa appellabilis debet excedere Mille Ducentos Florenos Aureos: hodie Mille Octingentos. In Mobilibus Sexcentos Florenos: hodie Nongentos. Æſtimatio fiat non Juramento ſed legitimis Probationibus.

2. In Reditibus Annuis verò Sexaginta Florenos Rhenenſes: hodie Nonaginta Aureos.

3. In cauſis Carbonum Lapideorum & Fodinarum nulla permittitur Appellatio.

4. In cauſis Bonorum Menſæ Principis ſive Cameræ rationariæ Appellatio non eſt permiſſa.

5. A Sententiis Interlocutoriis, quæ vim definitivam non habent, prohibita eſt Appellatio.

6. Nec non in cauſis Poſſeſſorii Judicii: ſcil. *Summarii*, ita docente Praxi.

7. Solennia Appellationis ſunt ut Juramentum Calumniæ præſtetur & Cautio coram Conſilio Ordinario, quod more conſueto recipitur in loca Judicii per Deputatos: Sed in Judicio Officialis Leodienſis, cum is Juriſperitorum conſilio utatur, mos invaluit, ut Solennia præſtentur ab Appellante coram Notario etiam in privatis ædibus. Hinc in decernendis Proceſſibus multum intereſt ſcire à quo Judice Leodienſi Sententia fuerit lata. Hodie per Privilegium noviſſimum Caroli VI. Imp. non amplius coram Notario, ſed in Judicio præſtanda ſunt Solennia.

8. Conſilium Ordinarium, ſi Appellatio fuerit ſuſcepta contra Privilegium, ad Inſtantiam Fiſcalis ſolet *Mandata Contraventoria* decernere, & Pœnam moderatam exequi. Exemplum autem Pœnæ in tali caſu exactæ ultra aliquot Centenos Florenos non extare, & plerumque ſi veniam petat contraventor ad levem ſummam moderationem fieri, à fide dignis relatum refero. Hæc

Hæc omnia plenius recenſita ſunt *infrà in Catalogo Privilegiorum Claſſ. III. Num. I.* ubi etiam reperiet Lector Notitiam Judiciorum Patriæ Leodienſis accuratiorem *in Append. Num. VIII. (3)* Judices immediati Patriæ Leodienſis ibidem enarrati *dict. Claſſ. III. Num. I. in fin. nota 5. Catalogi.*

EPISCOPUS MONASTERIENSIS. Quæ Blumius *tit. 47. tabul. 2. pag. 371.* vel ex Wehnero, vel ex Auctore Anonymo *compendioſæ Relationis Privilegiorum*, adjunctæ Gailii *Obſervationibus* deſumpſit, & repetita reperiuntur in Roding. *lib. 1. tit. 20. cap. 2. §. 12. 13.* ſunt partim ſupervacua, partim dubia. Supervacua ſunt, quæ de tentanda concordia, & illicita Appellatione à Tranſactione referuntur, ut mirum ſit, quæ fuerit cauſa Privilegium ea de re petendi. Dubia videntur, quæ de renunciatione beneficii Auſtrægarum in cauſis non Feudalibus Anno 1570. facta traduntur. Crediderim tamen Wehnerum ea non ſine Auctore ſcripſiſſe. Quæ de Pacto cum Civibus Monaſterienſibus ex Anno 1563. referuntur, perinde ut ea quæ apud Blum. *dict. tit. tabul. 6.* de Privilegio Civitatis Monaſterienſis leguntur, poſt mutatum rerum ſtatum & ſubjectionem Urbis Monaſterienſis, de qua vide Lünig. Reichs-*Archiv Spicileg. Eccleſiaſt. part. 2. tit.* Münſter. *Num. XIV. XV.* ad antiquas pertinent Hiſtorias, quorum omnium nullus hodie eſt uſus. Cæterum *Summa appellabilis* Monaſterienſis Judicii non eſt major quam ordinaria 400. Imperialium. *Solennia* ſunt Juramentum Calumniæ & Cautio, quæ per Ordinationem des Hof-Gerichts Anno 1570. publicatam, (ubi vid. *part. 2. tit. 41.*) & in Camera receptam ſtatuta fuerunt. Reliqua petantur ex Ordinatione Judicii Monaſterienſis, vid. *infrà Catalog. Privileg. pleniorem Claſſ. III. Num. II.* De *Officiali Monaſterienſi* notandum, quod ab eo ad Cameram ſit interponenda Appellatio, non verò ad Officialem Metropolíticum Colonienſem, uti olim factum, vid. *Conſultum Cameræ de Anno 1603.* inter *Generalia Decreta*, & ibi *Monitum Viſitationis Noviſſimæ* cum *Reſcriptis Imperatoriis ſuprà Append. II. pag. 57. ſeqq.* relatis.

Add. *infrà Catalog. Privilegior. Claſſ. III. Num. II.*

EPISCOPUS TRIDENTINUS habet Privilegium de non appellando à Rudolpho II. Imp. ad Summam 400. Aur. Floren. datum Anno 1597. acceptatum 27. Februar. 1606.

Ibid. *Num. III.*

Ibid. Num. IV. EPISCOPUS WüRZBURGENSIS ſive HERBIPOLITANUS gaudet Privilegio de non appellando ad Summam 1000. Aur. Floren. Rhen. ab Imperatore Rudolpho II. datum Anno 1586. acceſsêre Solennia conſueta Juramenti & Cautionis, vide Roding. *lib. 1. tit. 20. cap. 2. §. 22. 23.* Mancè retulit hoc Privilegium Blumius *tit. 47. tabul. 2. pag. 372.* Integer Privilegiorum Herbipolenſium tenor legitur apud Wehner. *cap. 3. pag. 47. ſeqq.* De *Judicio Provinciali Herbipolenſi* infrà erit dicendi locus.

Cæteri Eccleſiaſtici Principes nullum, quod notum ſit in Camera, habent Privilegium præter Jura Imperii ordinaria. Varia Privilegia ejus generis leges apud Wehner. *ſæpè dicto Tomo VI.* Sunt & Pacta inter Epiſcopos & Civitates Imperiales Appellationis Jura reſpicientia, quæ tamen ad Privilegia Imperialia, de quibus hic agitur, non pertinent. Tale Pactum eſt inter Epiſcopum Wormatienſem & Civitatem Imperialem Wormatiæ, quod eſt pars der Rachtung/ Entſcheid/ und Verträge/ de Anno 1519. ubi vide *Artic. 28.* Et eſt in viridi obſervantia: Summa appellabilis hodie juxta Receſſ. Imper. 1654. erit 400. Imperiales.

Ibid. Num. V.

S. R. I. Principes Seculares: Prælati & Comites.

Add. *infrà Catal. Privileg. Claſſ. IV. Num. I.* DE AUSTRIÆ ARCHIDUCIBUS & BURGUNDIÆ DUCE nec non BAVARIÆ, per dicta Præliminaria non opus eſt agere. Ut proinde ſupervacua ſit opera Blumii & aliorum hoc loco. Magis ſatisfacit Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diſſertat. 2. theſ. 4. in Addit.* Myleri *lit. a. b.*

Ibid. Num. II. BRANDENBURGICÆ FAMILIÆ IN FRANCONIA per Privilegium Ferdinandi II. Imp. de Anno 1627. non ſolum confirmationem obtinuerunt præcedentis Caroli V. ſed etiam Summa Appellationis aucta ad Floren. Rhen. Octingentos. Porrò interdicta Appellatio in Freveln und Schmäh⸗Sachen/ Leibes⸗Schäden/ Lähmung/ flieſſenden Wunden/ puta, ubi civiliter agitur, nam in Criminali Actione non eſt fundata Jurisdictio Cameræ etiam extra caſum Privilegii. Extat hoc Privilegium apud Lünig. Reichs⸗*Archiv Part. Special. ſect. 3. pag. 101.*

BRUN-

BRUNSVICENSES DUCES Imperatoris Ferdinandi III. Privilegium de Anno 1648. prohibet Appellationes ad Summam 2000. Aur. Floren. Rhen. Datum fuit auf die Fürſtenthümer Zelle/ Wolffenbüttel/ Calenberg. Sed jam Elector Bruſvicenſis reſpectu ſuarum Provinciarum peculiari Jure utitur, ut ſuprà dictum: Acceſsêre Privilegio ſuprà dicto *Solennia*: Juramenti Calumniæ & Cautionis præſtatio, vid. apud Lünig. Reichs-*Archiv Part. Special. ſect. 4. pag. 136.* adde Roding. *lib. 1. tit. 20. cap. 3. §. 8.* Ibid. *Num. III.*

Eodem Privilegio interdicta Appellatio in cauſis Injuriarum & Debitis liquidis h.e. in Inſtrumento Guarentigiato fundatis. Fruuntur etiam Duces Brunſvicenſes Privilegio *Electionis Fori* à Ferdinando III. Anno 1648. dato & in Camera cum præcedente de non appellando Anno 1652. acceptato, vide Roding. *dict. loc. §. 9. 10.* de hoc Privilegio Electionis Fori mitto Lectorem *infrà ad Catalog. Privilegior. Append. Num. IV.* Antiquiora Privilegia videbis *in Tomo Wehneriano*: adde Rumelin. *part. 2. diſſertat. 2. theſ. 8.*

Gülich: DUX JULIACENSIS Privilegio Maximiliani II. 29. Maji 1566. interdicta eſt Appellatio (1.) in Judiciis Poſſeſſoriis, ubi reſervatum eſt per Sententiam Petitorium. (2.) Si Summa non excedat 600. Aur. Floren. Rhen. Aureus Florenus in Judiciis Juliacenſibus uſu antiquo æſtimatur *126. Crucigeris*: Tentata quidem ſæpius æſtimatio ad 3. Floren. Rhen. ad declinandam Appellationem, ſed non admiſſa. Privilegium ſuprà dictum legitur *in Tomo Wehneriano cap. 4. pag. 91. ſeqq.* De Comitatu *Marcano* vid. Rumelin. *ad Aur. Bull. dict. loc. theſ. 9. in Addit.* Myleri. Qui Comitatus tamen hodie ad Brandenburgicas terras refertur. Corrigendus itaque Rodingius vel quisquis eſt Auctor *tit. 20. cap. 5. §. 15.* von der Marck. vid. *Tranſact. de Succeſſion. Jul. & Cliv.* apud Lünig. Reichs-*Archiv Part. Special. ſect. 4. rubr.* Brandenburg. *Num. 60. pag. 210.* & Pufendorf. *Hiſtor. Brandenburg. lib. 9. §. 75.* Ibid. *Num. IV.*

Addenda hic eſt Notitia Judiciorum ulterior, Judiciorum Juliacenſium: (1.) des Geheimen Raths/ (2.) des Hof-Raths/ (3.) des Hof-Gerichts/ (4.) des Commiſſariats. Singula ſunt immediata, & ab iis Appellationis receptas audivimus vidimusque.

Tractantur autem in *Conſilio Intimo*, dem Gülich- und Bergiſchen Geheimen Rath / privativè (1.) Cauſæ Politiam concernentes, (2.) Conſiſtoriales, ſive Eccleſiaſticæ, cumprimis Auguſtan. Confeſſ. addictorum, (3.) Contributionum & Matriculares, (4.) Feudales, (5.) Negotia Circuli Weſtphalici, (6.) Reviſorii Judicii, quoties per Privilegium non licet appellare ad Superiorem Judicem, vel ſi in cauſa appellabili utraque Partium in Judicium Reviſorium conſenſiſſet.

In *Conſilio Aulico*, dem Hof-Raths-Collegio, omnes cauſæ reliquæ Judiciariæ reſpectivè primæ & ſecundæ Inſtantiæ. Exceptis tamen cauſis Appellationum in Actionibus realibus, quæ ad Judicium Provinciale, das Hof-Gericht / pertinent privativè, niſi Partium conſenſu prorogetur Jurisdictio des Hof-Raths. Porrò omnes cauſæ Fiſcales, cum hac diſtinctione tamen, ut eæ, in quibus ad Mulctam Pecuniariam tantum devenitur, immediatè inſtruantur in hoc Judicio Aulico, & decidantur, quæ verò criminales, Pœnam corporis afflictivam inferunt, tractantur Proceſſu Inquiſitorio inſtruendo & decidendo à Judicibus inferioribus Ducatus, qualia ſunt *Düſſeldorpienſis Præfectura*, *Creuzbergenſis*, *Juliacenſis*, *Marcoduranus Scabinatus* : Ita ut ante Executionem Acta cum Relatione ad Judicium Aulicum tranſmittantur, examinanda & referenda per Fiſcalem, an Proceſſus benè inſtructus, an Pœna fortè moderanda vel exaſperanda, ita ut pro exigentia rei Acta ad aliud Collegium Juriſperitorum tranſmittantur, tum verò Acta ad Conſilium Principis ſecretius deferuntur ad approbationem Sententiæ, quæ in omnibus cauſis criminalibus eſt neceſſaria ante Executionem.

Patet ex præcedentibus, quod Jurisdictio *Judicii Provincialis*, des Hof-Gerichts / tantum ſit fundata in ſecunda Inſtantia Actionum realium, in Judiciis inferioribus introductarum.

Modus tractandi Negotia im Geheimen Rath und im Hof-Rath eſt *extrajudicialis* eo ſenſu quem indicavimus *in Commentatione Sect. I. §. VIII. num. 20. verſ. Mirum igitur. &c. ult.* h. e. Partes non audiuntur viva voce, ſed in Scriptis tantum, Termini præfixi ſunt arbitrarii & breviores. Sententiæ non publicantur ſolenniter, ſed Rubricæ ad januam finito Conſilio affiguntur ad notitiam Pro-

Procuratorum, qui Expeditiones redimunt, & Parti adverſæ Inſinuationem fieri curant, vid. *Commentat. dict. Sect. I. §. VIII. num. 20. verſ. Sextò operatur &c.* E contra im Hof-Gericht/ quavis Septimana celebratur una vice Audientia publica, ferè ad modum Cameræ Imperialis, Procuratorum deſideria viva voce audiuntur, & Sententiæ ipſis præſentibus publicantur. Addi poterat Conſilium Secretiſſimum Principis vulgò *Cabinetum*, per quod ante hac cauſæ ab ordinariis Judiciis avocatæ fuerunt, ſed quia iſte modus ad abuſum potius ſpectat, & dudum non amplius auditus cumprimis poſt mortem Sereniſſimi Electoris Palatini Philippi Wilhelmi. Ideò prætermittendum putavimus.

Secundò Privilegium Ferdinandi I. 1559. de prohibita Appellatione omiſſo medio, quod etiam Electori Brandenburgico qua Duci Cliven ſi eſt commune: Tenor eſt *in Corp. Jur. Camer. pag. 228.*

Nota: Novum Privilegium Imperatorum Sereniſſimo Electori Palatino, qua Duci Juliacenſi tributum fuit 3. Januarii 1724. ad Summam Duorum Millium & Quingentorum Aureorum in Capitali, inſinuatum & acceptatum in Camera 17. Julii 1724. cujus Tenor *in Supplemento Corp. Jur. Camer. pag. 29.*

HASSIÆ LANDGRAVII. Diverſa ſunt Privilegia Lineæ Haſſo-Caſſellanæ, & Darmſtadienſis. Ibid. *Num. V.*

Darmſtadienſis habet Privilegium ad Summam 1000. Aur. Rhen. unà cum Solennibus Juramenti Calumniæ & Cautionis: Auctor Privilegii fuit Ferdinandus II. Imp. Anno 1631. acceptatum Anno 1633. Typis impreſſum non reperi. Recenſetur à Rodingio *lib. 1. tit. 20. cap. 3. §. 15.* & Auctore Catalogi qui Gailio adjunctus eſt.

Caſſellanæ Lineæ Privilegium eſt à Ferdinando III. Anno 1650. ad Summam 1000. Aur. Floren. Rhen. acceptatum Anno 1657. *Solennia* in cauſis appellabilibus ſunt: Juramenti Calumniæ præſtatio intra 30. dies à die Sententiæ latæ, unà cum Cautione, idque ſub pœna deſertionis. Quod ſi uterque litigantium à Judicio dem Hof-Gericht/ quod eſt Marpurgi, in Reviſorium conſenſerint, tunc ulterior provocatio penitus eſt prohibita. Commune eſt Judicium hoc Provinciale utrique Lineæ. Hæc etiam clauſula utrique Privilegio inſerta. Sed non multas cauſas ibi tractari relatum nobis fuit.

Pri-

Privilegii *Caſſellani* tenor legitur apud Lünig. Reichs-*Archiv Part. Special. Continuat. Rubr.* Landgraf zu Heſſen. *Num. 52.*

Ibid. *Num. VI.* HOLSATIÆ DUCES. Ex Ducatu *Schleswicenſi* nulla ad Judicia Imperii provocatio admittitur, quia & ſeparatas ab Imperio habet rationes, vid. Blum. *tit. 46. num. 63.* & quæ ad hunc locum *ſuprà in Commentat. Sect. I. §. XIV. Membr. I. num. 18.* notavimus.

In Provinciis Holſaticis ad Imperium pertinentibus Judicia ſunt communia Regi Daniæ & Duci Holſatiæ Gottorpienſi: *(1.)* das Hof-Gericht / (2.) das Land-Gericht. Utrumque gaudet Privilegio de non appellando (1.) in Debitis liquidis confeſſis, (2.) ad Summam 1000. Aur. Floren. Rhen. (3.) in Cauſis Injuriarum, (4.) Solennia in cauſis appellabilibus ſunt Juramenti Calumniæ & Cautionis præſtatio. Antiquius Privilegium Maximiliani II. & Rudolphi II. vid. apud Lünig. Reichs-*Archiv tit.* Hollſtein. *Num. 37.* Matthiæ Imp. 1617. *Num. 125.* ſed ſufficit recenſere recentiora: Nimirum à Ferdinando II. Imp. datum Privilegium vor das Hof-Gericht Anno 1621. acceptatum in Camera Anno 1622. vid. Lünig. *dict. loc. Num. 126.* A Ferdinando III. verò vor das Land-Gericht per confirmationem Ordinationis der Land-Gerichts-Ordnung Anno 1641. acceptatam in Camera Anno 1651. juxta Blum. *tit. 47. tabul. 3. pag. 375. ſeq.* ubi ex textu Ordinationis modus Cautionis plenius legitur; adde Confirmationem ipſam Cæſaream apud Lünig. Reichs-*Archiv Part. Special. Continuat. Rubr.* Hollſtein. *Num. 132.* Ipſa Ordinatio recenter impreſſa Schleswici Anno 1701. in qua *part. 4. tit. 7. 8. 9. 10.* Privilegia Imperialia in integro tenore leguntur: cum Inſinuatione in Camera facta *tit. 11.* Tranſactio inter Regem Daniæ & Holſatiæ Duces ab Imperatore confirmata Anno 1578. cujus mentio injicitur apud Blum. *dict. loc.* & Roding. *lib. 1. tit. 20. cap. 3. §. 17.* legitur apud Wehner. *cap. 4. pag. 83. ſeqq.*

In Ordinatione ſuprà dicta der Land-Gerichts-Ordnung *part. 2. tit. 3. §. 1.* juncta *part. 4. tit. 16. §. 3.* modus appellandi præſcribitur talis, ut ſi quis beneficio Appellationis uti velit, teneatur id reſervare in principio litis, Supplicatione vel Litis conteſtatione, aliàs

aliàs cenſebitur renunciaſſe. Quæ Renunciatio etiam facta cenſetur, ſi Litigantes viva voce ſaltem procedant, quod fieri ſolet in cauſis brevioribus, Debitis liquidis, & levioris momenti. Ut ergò Appellationis beneficio non priventur gravati in cauſis appellabilibus, ab initio litis cavere debent, ut liceat in Scriptis cauſam tractare, reſervata in eventum Appellatione. Quod petitum denegari non debet. Quodſi Judex id permittere nolit, ſummum naſcitur Gravamen & Appellatio admittitur haud dubiè. Fruſtrà enim opponetur Ordinatio, quia Judex contra eam peccat, denegando partibus beneficium ipſa lege conceſſum, vid. *part. 2. tit. 3. §. 1.* Utile eſt ad hanc Ordinationem Judicii Holſatici adhibere *Promptuarium* Theodori Reinkingii, olim Cancellarii Holſatici, ordine Denaiſiano, h.e. Alphabetico cum Notis compoſitum editum noviter Lubecæ Anno 1707.

De Judicio in *Oldenburgico Comitatu*, quia eſt *Regis Daniæ*, qua Holſatiæ Principis, hic locus eſt dicendi, quod peculiari gaudeat Privilegio relato à Blumio inter Privilegia Comitum, Auctore Ferdinando III, Imp. Anno 1637. Continet Summam Mille Florenorum Rhenenſium. Extat apud Lünig. *dict. loc. Num. 128.*

Pinnebergicum Judicium quod etiam eſt Glückſtadii, nullo gaudet Privilegio Appellationis, vid. *ſuprà Commentat. Sect. I. §. XIV. Membr. I. num. 18.*

MECHLENBURGICI DUCES habent Privilegium de non appellando ad Summam 2000. Floren. Rhenenſ. ſive 1000. Aureorum datum 28. Octobr. 1651. inſinuatum & acceptatum 31. Januar. 1654. Solennia in cauſis appellabilibus requiſita ſunt Cautionis præſtatio intra 30. dies cum denunciatione parti facienda ſub pœna deſertionis, necnon Juramentum Calumniæ, vid. apud Lünig. Reichs-*Archiv Part. Special. Continuat. Rubr.* Mecklenburg. *Num. XV.* Ibid. *N. VII.*

OSTFRISIÆ PRINCIPI Blumius *tit. 47. tabul. 5. pag. 382.* tribuit Privilegium de non appellando (1.) ad Summam 1000. Floren. Rhen. (2.) in Debitis liquidis, (3.) in cauſis momentanei Poſſeſſorii: ſed absque ulla mentione vel Imperatoris vel Anni. Facta Ibid. *N. VIII.*

perquiſitione omnium Regiſtrorum in Archivo Camerali nihil de hoc Privilegio repertum fuit. Omnem ergo fidem amiſit allegatio Blumii, cum nec ullus alius Auctor fide dignus id alleget, neque in cauſis ad Cameram deductis infra hanc Summam mentionem talis Privilegii factam audivimus. Extat typis impreſſus Emdenæ Anno 1612. Liber: *Receß-* und *Accord*-Buch / das iſt Zuſammen-Verfaſſung aller Ordnungen / *Decreten*, *Reſolutionen*, *Receſſen*, *Accorden* und Verträgen zwiſchen denen Grafen zu Oſt-Frieß-land / und denen dreyen Ständen. Cujus contenta ſuo *Operi* des Reichs-*Archivs* inſeruit Lünigius. Cæterum in Judicio Provinciali Oſtfriſiæ modum tractandi res Judiciarias Camerali Proceſſui admodum conformem eſſe obſervavimus: adde Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diſſertat. 2. theſ. 4. in Addit. lit. e.*

Ibid. *Num. IX.* COMITES PALATINI PRINCIPES. Non conſtat de Privilegio ſpeciali, quod Cameræ Jurisdictionem reſtringat. Nam quod ad *Electoratus terras* reſpicit, ſuprà recenſuimus inter Electoralia: legitur apud Lünig. Reichs-*Archiv Part. Special. Rubr.* Pfaltzgrafen. *Num. 281.*

Ibid. *Num. X.* POMERANIÆ DUCES. Hic ſuperflua opera recenſentur à Blumio *tit. 47. tabul. 3. pag. 378.* & aliis recentioribus, cum extincta ſit Familia antiqua, recentiora verò Privilegia pertinent ad Electoralem Domum Brandenburgicam, ubi vide.

Ibid. *Num. XI.* SUECIÆ REX qua Princeps Imperii, Principatum *Bremenſem* & Pomeraniam citeriorem accepit per Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ. Poſſidet etiam Ducatum Bipontinum in Palatinatu. Sed ex omnibus iſtis Ducatibus ad Judicia Imperii nulla datur provocatio, per *Inſtrum. Pac. Weſtphal. Artic. 10. §. 12.*

Ibid. *N. XIII.* SCHWARZBURGICI PRINCIPES. Impetrarunt unà cum dignitate principali à Leopoldo & Joſepho Auguſtiſſimis Anno 1690. & 1710. Privilegium de non appellando ad Summam 1000. Floren. Rhen. necnon in cauſis momentanei Poſſeſſorii & Debitis liquidis; inſinuatum & acceptatum Cameræ Anno 1711. Legitur apud Lünig. Reichs-*Archiv Part. Special. Continuat. Rubr.* Schwartzburg. *Num. II. & III.*

WüR-

WüRTENBERGIÆ DUX utitur Jure de non appellando pleniſſimo in cauſis Subditorum vi Ordinationis Provincialis der Hof-Gerichts-Ordnung à Carolo V. Imp. confirmatæ Anno 1555. vid. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diſſertat. 2. theſ. 4. in Addit. lit. d.* adde *diſſertat. 1. theſ. 5.* & *in Addit. lit. d.* Roding. *lib. 1. tit. 20. cap. 3. §. 32. ſeq. pag. 314. ſeq.* Lauterbach. *Colleg. Pract. lib. 49. tit. 2. §. 6.* ubi differentia forenſium à Subditis diſtinctè explicatur. Quod addit Blumius *tit. 47. tabul. 3. in fine pag. 378.* aliud obſervari reſpectu Civium zu Mömpelgart / contrarium legitur apud Roding. *dict. §. 32.* Et inſinuatum fuit noviſſimè Cameræ Imperiali Privilegium de non appellando wegen Mömpelgart 23. Decembris 1716. Ibid. N. XII.

Reliquos Principes quorum Privilegia Jurisdictionem Cameræ Imperialis non reſtringunt, hoc loco recenſendos non eſſe putavi, quia ad Jus Camerale tantùm ſpectat noſtra Commentatio: Ita ſi Principum aliquis fruatur per Privilegium exemtione à Judicio Provinciali Sueviæ, dem Kayſerlichen Land-Gericht / & Rotwilenſi, per hæc Privilegia non reſtringitur, ſed elevatur potiùs Cameræ Imperialis Jurisdictio, ita ut ſi prædicta Judicia contra Privilegium exercere Jurisdictionem velint, Mandata Sine Clauſula in Camera decernantur; Complures ſunt Principes, Prælati, Comites & Civitates Imperiales, qui tali Privilegio Exemtionis fruuntur, quæ Privilegia recenſere hujus loci non eſſe credidi. Satisfaciet ea in re Lectori curioſo Mylerus *in Addit.* ad Rumelin. *part. 2. diſſertat. 1. ad theſ. 2.* Singulare tamen hic commemorandum ex Privilegio Comitum, hodie *Principum Fürſtenbergicorum*, conceſſo à Maximiliano I. Anno 1495. & 1510. confirmato à Ferdinando II. 13. Februarii 1627. & in Camera Imperiali producto, quod Exemtio à Judiciis ſuprà dictis etiam eouſque ſit extenſa, ut liceat recipere Bannitos ab iſtis Judiciis, ita ut coram ipſis Proceſſus debeat inſtitui & Juſtitia Actori adminiſtrari.

S. R. I. Abbates & Prælati.

Dicendum jam foret de ABBATIBUS ſive PRÆLATIS IMMEDIATIS. Quorum aliquos recenſuit Blumius *tit. 47. tab. 4.*

pag. 379. ſeq. pauciores Roding. *lib. 1. tit. 20. cap. 4. pag. 315.* Sed quia nullum invenitur Privilegium Jurisdictionem Cameralem reſtringens, ſed potiùs contra Judicia Suevica exemtionem continent, ideò per ſuprà dicta in Catalogo præſenti ſunt omiſſi.

S. R. I. Comites.

De COMITIBUS IMPERII eadem ferè eſt obſervatio, ſunt enim pauci qui Privilegium de non appellando habent in certo genere Cauſarum vel Sententiarum, pauciores ad Summam, quæ ordinariam Summam 400. Imperialium Receſſus Imperii 1654. excedat.

Add. *infrà Catalog. Privilegior. Claſſ. V. Num. I.* HANOVIÆ COMES habet Privilegium de non appellando (1.) in Cauſis Executivis paratam Executionem habentibus, (2.) in Cauſis Ædificiorum, (3.) Poſſeſſionis momentaneæ, (4.) à Sententiis Interlocutoriis vim Definitivæ non habentibus, (5.) Summa 500. Floren. eſt minor quam hodie eſt ordinaria 600. Floren. ſive 400. Imperial. datum Privilegium à Rudolpho II. Cæſare 8. Julii 1606. Nulla ejus mentio apud Auctores Camerales: Neque reperitur Inſinuatio facta in Catalogo Privilegiorum inſinuatorum, qui eſt in Lectoria. Productum fuit aliquando in Copia vidimata 1. Septembris 1702. Antiquius Privilegium vid. apud Wehner. *pag. 100. ſeqq.*

Ibid. *Num. II.* De OLDENBURGICIS COMITIBUS ſuprà dictum in Claſſe Principum Holſatiæ.

Ibid. *Num. III.* RANZOVII COMITES à Ferdinando III. habent Privilegium de non appellando datum 6. Novembris 1650. ad Summam 500. Aur. Floren. Rhen. acceptatum 7. Julii 1653.

Ibid. *N. XIV.* VII. De *Officialibus* Archi-Epiſcoporum & Epiſcoporum dictum fuit *in Commentatione præcedente paſſim*, & *infrà in Catalogo Privilegiorum*; adde Wehner. *cap. 8. Num. 15. pag. 195.* Præter *Colonienſem Metropoliticum*, *Leodienſem*, *Monaſterienſem*, *Oſnabrugenſem*, & *Paderbornenſem*, nulli Officialium permiſſa eſt in Civilibus Cauſis Jurisdictio. Student equidem Jurisdictionem ſuam ampliare, ſed Legibus invitis. Neque permittendum, ut *Teſtamentariæ Cauſæ quæcunque* ad Eccleſiaſticum Forum trahantur, & excludatur ad Cameram Imperialem Appellatio. Judicium Eccleſiaſticum Aquisgranenſe, quod vocatur das Send-Gericht/ ſive *Synodale*, etiam in Cauſis Teſtamentariis Jurisdictionem ſibi arrogare ſolet. Quodſi Partes Advocato prudenti & rerum perito non deſtituuntur, erunt in promptu contra incompetentes Judices Eccleſiaſticos in Cauſis Civilibus remedia.

Suprà, ubi de Leodienſis Principatus Privilegiis actum fuit, in Recenſione Judiciorum Patriæ Leodienſis, mentio facta *Officialis Capituli Leodienſis*. Itaque Reſponſa JCtorum Leodienſium promiſſa ibidem, eo tenore quo mihi à fide dignis fuêre communicata, huc facientia *Auctarii loco* hîc ſubnecto, rem ipſam eorum, quibus competit, deciſioni relinquens.

Num. 1.

Reſponſum Juris ſuper Articulis Jurisdictionis inter Officiales Leodienſes, per Dn. *Laurentium Bartholet, J. C.*

Quæritur Primò: *An Dn. Officialis Capituli ſit Judex ordinarius?*

PRo Capitulo facit *cap. cum contingat. X. de Foro competent.* ubi eſt textus ad literam, quod ex Conſuetudine vel Privilegio Capitulum poteſt vindicare Jurisdictionem in Diœceſi Epiſcopi.

In

In propoſito Capitulum videtur habere Jurisdictionem ordinariam ex Statuto approbato per S. P. & Principes Leodienſes in publicatione Ordinationum Synodalium, ut conſtat per verba Statuti (ac quibusvis cauſis in omnes Civitatis & Diœceſis prædictarum Clericos) per quæ verba videtur eſſe conceſſa dicto Officiali Jurisdictio reſpectu territorii & per conſequens ordinaria, text. *in l. 1. §. in initio. ff. de Offic. Præfect. urb.*

Et cum ſit obſervantia per Papam approbata tranſit in Privilegium, quod eſt majoris authoritatis quam ſimplex conſuetudo, Bald. *conſil. 338.* ad eundem *num. 5. in imò.*

Secundò Jurisdictio ordinaria dicti D. Officialis probatur per multos Proceſſus habitos in ipſius Conſiſtorio & Sententias latas ab Anno 1428. citra & Cauſarum Commiſſiones, qui actus ſapiunt ordinariam Jurisdictionem, Alexand. *in rubr. ff. de Offic.* ejus cui mandata eſt Jurisdictio, Gloſſ. *in l. Et quia. ff. de Jurisdict. omn. Judic.* & non eſt neceſſe comprehendere omnes ſpecies Jurisdictionis, ſed ſufficit probare actum in quibusdam & aptitudinem in cæteris, Bald. *conſil. Ibi proponitur ſub num. 2. in 3tiò.* & ſufficit una ſpecie Jurisdictionis eſſe uſum, *l. is qui uſumfructum. ff. quemadm. ſervitut. amitt.*

Tertiò probatur per Litteras Recognitionum *DD. Hugonis, Joannis, & Henrici, Epiſcoporum Leodienſium,* quibus Litteris conſtat, quod ante omnem hominum memoriam ſemper fuit penes Capitulum exercitium Jurisdictionis in cognitionibus cauſarum & poteſtas interdicendi & excommunicandi, quæ quidem poteſtas dicitur *Mucro Epiſcopalis, c. urſis. 16. quæſt. 1.*

Quartò ſuffragatur quod ſcribit Joan. *de Imol. in Clementin. Etſi principalis. num. 34. de Reſcript.* ubi concludit, quod is cui committitur audientia cauſarum, in aliquo loco fungatur vice ordinarii.

Contra Capitulum facit primo text. *in c. cum Epiſcopus. de Officio ordinarii. in 6to.* ubi eſt textus apertiſſimus, quod Epiſcopus eſt ſolus Ordinarius in ſua Diœceſi, per quem text. Abb. *in allegat. c. cum contingat. col. 10. verſ. Et primo diſtinguo.* dicit, quod Diœceſis eſt Epiſcopi Territorium, ratione cujus diſtinguuntur in eo Delinquentes & Contrahentes & Incolæ, at hujusmodi Territorium non habent Capitulum & alii inferiores Prælati, ut inquit Abb. *ibi dicens*, eſſe communem Dd. opinionem.

Exceptio: Dominia particularia ipſius Capituli, de quibus Illuſtriſſimus Princeps non intendit referre quæſtionem Capitulo, quo minus in ipſis exerceat Jurisdictionem ordinariam in ſuos Subditos, non quidem privativè ad ipſum Principem, ſed accumulativè; quamvis enim Loca illa & Dominia particularia ſint de Territorio Capituli, attamen Capitulum non facit in illis Caput adverſus Epiſcopum, ſed remanent ipſi, ut

Capiti ſubjecta ſaltem in habitu propter venerabilem Jurisdictionem, per ea quæ ſcribunt Hoſtienſ. & Joan. Andr. *in dict. c. cum Epiſcopus.* & Canoniſtæ *in dict cap. cum contingat.*

Non obſtat textus *in dict. c. cum contingat.* & aſſertum ſtatutum, in quo ſe fundat Capitulum, nam aliud eſt eſſe datum Officialem territorio, aliud eſt eſſe datum ad univerſitatem cauſarum, aliud eſt eſſe datum limitate ad aliquas perſonas.

Primo Caſu dicitur ordinarius *dict. l. 1. §. in initio. ff. de Offic. Præfect. urb. l. fin. Cod. ubi not.* Bald. *ubi & apud quem cognitio in integr. reſtitut. agitand. ſit.*

Secundo Caſu variant opiniones, Bald. *in l. ſi (ut proponis.) 4. Cod. quomodo & quando Judex.* dicit, quod Deputatus ad cauſarum univerſitatem eſt Judex ordinarius: Joan. Andr. & Dominic. *in dict. c. cum Epiſcopus.* ſentiunt, quod ſit delegatus, non autem ordinarius, & eos ſequitur Jaſon. *in l. more majorum. ſub n. 19. ff. de Juriſdict. omn. Judic.* Ubi dicit, quod in delegato ad cauſarum univerſitatem non eſt radix & proprietas ordinariæ Jurisdictionis.

Tertio Caſu non eſt ordinarius, ſed Judex particularis, Bartol. *in dict. l. fin. Cod. ubi & apud quem &c.*

Aut igitur prætendit D. Officialis Capituli, quod ſit datus territorio, & hoc non poteſt, quia ipſi non eſt commiſſum territorium, ſed ſpectat ad Epiſcopum duplici Jure, communi, & municipali ex pacto *de Fexhe*, in quo territorium diſertis verbis vindicatur dicto Epiſcopo.

Aut prætendit, quod ſit datus ad cauſarum univerſitatem, vel quod Jurisdictio univerſitatis cauſarum ſit ab eo præſcripta & ſimiliter non poteſt, *Primò*, quia Jurisdictio quam ſibi arrogat Capitulum, eſt ad Clericos, Laicos impetentes vel impetitos à Laicis, quo caſu intrat deciſio in terminis Bartol. *in dict. l. fin. Cod. ubi & apud quem &c.* ubi concludit, quod quando fit commiſſio Jurisdictionis, non limitando Jurisdictionem Territorii vel Perſonarum, eſt Jurisdictio ordinaria ſecùs igitur, ſi in commiſſione fit perſonarum limitatio & circumſcriptio, ut in caſu iſto.

Secundò, quia Capitulum non audit Cauſas Matrimoniales, quæ ſunt Epiſcopo reſervatæ, *c. cauſam matrimonii. X. de offic. delegat.* Menoch. *conſil. 17. num. 6. in imò.*

Tertiò, quia per Actus Poſſeſſorios Jurisdictionales non acquiritur Jurisdictio ordinaria, quando ei poſſeſſioni reſiſtit proprius titulus ipſius præſcribentis *c. dudum.* ubi Innocent. *X. de Decim.* vel alius eſt in poſſeſſione ordinaria Jurisdictionis, Innocent. & Canoniſtæ *in c. dilectus filius. X. de Capell. Monach.* Petr. Anchoran. *in c. ſine poſſeſſione. col. 20. de Regul. Jur. in 6to.*

Quartò, quia Jurisdictio ordinaria non habetur, neque data intelligitur, niſi fiat Scriptura publica, & non probatur aliter, quam per publicum Inſtru-

Inſtrumentum, ita ſingulariter Baldus *in l. prohibens. col. 3. Cod. de Jure Fiſci. lib. 10.* Jaſon. *in dict. l. more majorum. num. 53. ff. de Juriſdict. omn. Judic.* Non ergò probatur per Actus Jurisdictionales vel ex eo, quod ſit præſcripta, nec dicatur, conſtat per Sixtinam, quia Sixtina non dat Capitulo Jurisdictionem, ſed confirmat illi illam quam ex conſuetudine aſſeritur habere, confirmans autem non dat, *c. examinata cauſa. X. de confirmat. util. vel inutil. c. quia diverſitatem. X. de conceſſ. præbend.* latè Molinæ. *ad Conſuetud. Pariſ. §. 5. num. 69. cum ſeq.* Menoch. *conſil. 191. num. 46. lib. 2.* Oldrad. *conſil. 264. in fine.* ubi dicit, eam eſſe Confirmantis intentionem, ut nihil novi concedat, ſed jam conceſſa confirmat, Pariſ. *conſil. 23. num. 7. & 8. vol. 10.*

Quintò, quia Capitulum olim ſolum cognoſcebat de cauſis ſuorum Subditorum temporalium, & Appellationum ab Eccleſiis Conventualibus Principatus Leodienſis, ut conſtat per Litteras D. Hugonis. Quæ Jurisdictio manſit penes Capitulum uſque ad Pontificatum *Gregorii*, qui confirmavit Litteras Hugonis.

Poſtea progreſſu temporis cœperunt Capituli Officiales Jurisdictionem ſibi vindicare in prima Inſtantia in Litigatores, quorum alter erat Clericus, negligentibus, ut eſt veriſimile, vel conniventibus, aut diſſimulantibus Principis Officialibus, quam Jurisdictionem Sixtus Papa approbavit in Anno 1485. ex quo cognoſcitur, quod Jurisdictio Capituli ab origine fuit ſpecialis ad Cauſas Appellationum, & generalis ad Cauſas ſuorum Subditorum in Temporalibus, non autem fuit ordinaria vel univerſalis ad omnes Cauſas, unde infertur, quod Jurisdictio, quam aſſerit ſibi Capitulum, ſapit naturam & qualitatem dictæ primævæ ſpecialis Jurisdictionis tantùm, quia res de facili revertitur ad ſuam naturam primævam, *l. Juris gentium. §. quod fere. ff. de Pactis.* tum quia à primordio tituli ſequens firmatur eventus, tum quia per hanc interpretationem fit reditus ad Jus commune in favorem ordinariæ Jurisdictionis.

Sextò, quamvis abſurdum non ſit, eſſe in eadem Civitate duo Auditoria, in quorum uno agantur Cauſæ Criminales in alio Civiles, ut notatur *in l. 2. §. exactis. & §. populo. ff. de origin. Jur.* Sic Princeps habet duo Auditoria, unum, cui præeſt Procurator Fiſci, qui cognoſcit de cauſis vertentibus inter Cæſarem & privatum; aliud, cui præeſt Procurator Cæſaris, qui cognoſcit de cauſis vertentibus inter privatum & Fiſcum, *l. ad Fiſcum. Cod. ubi Cauſæ Fiſcales.* Abſurdum tamen & inuſitatum ac Reipublicæ noxium eſt, ſedere in eadem Civitate in Foro Eccleſiaſtico duos Judices ordinarios in diverſis Curiis cauſas audientes, & invicem ſe turbantes, & colludentes velut in uno corpore duo capita, adnotat. p. Canoniſt. *in dict. c. cum Epiſcopus.* & eſſet ſcindere unitatem territorii, quod eſt unum? Bald.

conſil.

conſil. 433. Apulus *in 7. verſ. quod eſt unum. lib. 3.* Item hoc eſſet eximere Clericos ab Epiſcopali Jurisdictione, quia in concurſu duorum Clericus ſemper poſſet adire & eligere Capitulum, quod fieri non poteſt etiam de Conſenſu Epiſcopi, Abbas *in c. conſtitutus. X. de Religioſ. Domibus.* & per viam Compoſitionis cum Capitulo citra conſenſum & authoritatem S. Pontificis.

Ad Secundum: *An Officialis Capituli poſſit committere Actum Jurisdictionem vel Cauſarum deciſionem?* Reſpondetur, quod hujusmodi poteſtas ſolùm pertinet ad habentes Jurisdictionem ordinariam vel delegatam à Principe vel delegatam ad univerſitatem cauſarum, de primo eſt textus *in dict. l. more majorum.* de ſecundo eſt textus *in c. ſi duo. de offic. Judic. delegat. in 6to.* de tertio eſt Gloſſ. *in c. cum cauſam. X. de Appellat. l. à Judice. Cod. de Judiciis.* ubi habetur, quod à Judice delegatus Judicis dandi poteſtatem non habet, cum ipſe Judiciario munere non fungatur, niſi à Principe Judex datus fuerit, ſed Capitulum non eſt Princeps, ergò &c. Officialis autem Capituli non eſt ex illis; non obſtat, quod ſit in poſſeſſione committendi, quia ex quo ipſi reſiſtit Jus commune, debet probare poſſeſſionem immemorialem, *c. 1. de præſcript. in 6to.* & debet probare per Teſtes, nec ſufficit probatio per inſtrumenta, Gloſſ. & Joan. Andr. *in dict. c.*

Ad Tertium: *An Officialis Capituli poſſit refutare Appellationes interpoſitas à ſuis Sententiis ad Officialem Leodienſem, ut incompetentem?* Reſpondetur, quod Curia Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi eſt ſuperior & Curia Capituli eſt inferior, eſt enim Epiſcopus Caput Capituli, & in eum translata eſt omnis Jurisdictio, Petr. Anchoran. *conſil. 248. num. 12.* non mirum ergò, ſi ab inferioris Officialis pronunciato ad Officialem Leodienſem tanquam ſuperiorem appellatur, debent enim Appellationes ad eum deferri, qui eſt ſuperior in Jurisdictione, *l. à Proconſulibus. & l. præcipimus. Cod. de Appellation.* Abbas *conſil. 64. num. 1. & num. 8.* peccat igitur in Jurisdictionem ſuperioris D. Officialis Capituli, dum Appellantibus ab ipſo ad Officialem Leodienſem contumaciter reſpondet de Apoſtolis Refutatoriis.

Ad Quartum: *An Officialis Capituli poſſit inſtituere Notarios, Procuratores & Executores?* Reſpondetur, aut quæritur, an Capitulum vel ipſius Officialis poſſit ordinare Notarios ad Cauſas & Actus ſui Conſiſtorii, & videtur, quod ſic, per Abbatem *in c. cum P. tabellio. 15. col. penult. X. de fide Inſtrumentor.* ubi dicit, quod Prælatus in ſua Jurisdictione & Spiritualibus ad ipſum pertinentibus poteſt conſtituere Tabelliones, argum. *c. quoniam. X. de Probation.* Idem dicit de Civitatibus & aliis Magiſtratibus & Dominis Jurisdictionem habentibus reſpectu Jurisdictionis ipſorum, argum. *c. cum dilectus. X. de fide Inſtrumentor.* atque ita apud nos ſervatur,

vatur, quidquid in contrarium ſcripſerunt Bald. ſibi contrarius & Jaſon. *in l. Imperium. ff. de Jurisdict. omn. Judic.* & nemini dubium, quin conſuetudo poſſit induci, ut inferior à Principe poſſit ordinare Tabelliones, ſecundùm Innocent. *in dict. c. cum P. tabellio. 15.* & Abbas *ibid.* Aut quæritur, an poſſit conſtituere ad alios Actus, quam ſui Conſiſtorii, & videtur reſpondendum, quod non, quia extra Conſiſtorium ſunt privati, & poteſtas hujusmodi eſt publici Juris, Bald. & Dd. *in dict. l. Imperium.*

Quod attinet ad Procuratores & alios Executores reſpondetur idem, quod de Notario. Addo, quod ſcribit Panormitan. *in c. præterea. col. 2. X. de offic. Judic. delegat.* ubi per illum textum dicit, quod delegatus virtute ſuæ delegationis poteſt ſibi eligere Nuncium & conſtituere Officiales, & ipſos, in ſuis officiis delinquentes, coërcere, ratio Juris eſt, quia cui conceditur Jurisdictio, videtur eidem conceſſa, ſine quibus illa applicari non poteſt, *dict. c. præterea. ad fin. X. eod. tit.* argum. *l. ad rem mobilem.* & *l. ad legatum. ff. de Procur.*

Ad Ultimum: *An Dominus Officialis Capituli poſſit taxare Expenſas?* Reſpondetur, quod Officialis Capituli eſt Judex datus per inferiorem à Principe, nimirùm à Capitulo, Judex autem, qui datur per inferiorem à Principe, non poteſt Sententiam ſuam mandare Executioni, Bartol. *in l. à Divo Pio. num. 14. ff. de re judicat.* ne quidem de conſenſu partium, Roman. *in l. jubere cavere. num. 5. ff. de Jurisdict. omn. Judic.* Ubi probat eleganter, id procedere utroque Jure, etiamſi ſit Judex ad univerſitatem cauſarum, Gloſſ. *in dict. l. à Divo Pio. in princ. ſup. verbo à ſe verſ. Item quæro, de eo cui univerſitat.* ſi non poteſt exequi, ergò nec taxare Expenſas, quia Taxatio eſt ſpecies Executionis, Bartol. *conſil. 95.* ubi dicit, quod Taxatio Expenſarum eſt Executio, & ideo ſtat in ſuſpenſo, donec pendet cauſa principalis.

Aliud Juris Reſponſum, per *Servatium Florentinum J. C.*

JUrisdictio Officialis Capituli neque eſt ordinaria, neque ad univerſitatem cauſarum inſtar ordinarii eſt, ut habet Maranta *part. 4. diſtinct. 5. num. 51. cum ſeqq.* ubi multos allegat, ſed conſiſtit in ſimplicibus terminis delegationis, dum enim alicui conceduntur plures diſtinctæ & ſeparatæ ſpecies cauſarum, tum non eſt delegatus ad univerſitatem cauſarum, neque par ordinario eſt, ſed duntaxat delegatus particularis & minimè ad cauſarum univerſitatem, ut habet Maranta *dict. loc. num. 4. verſ. ſi verò una cauſa diſtinctè & ſeparatè &c.* quo loco multos laudat, quibus addo Jaſon. *in l. à Judice. Cod. de Judiciis.*

Jurisdictio non præſumitur delegata, quæ eſt facti, niſi probetur, quo ceſſante conſequens eſt, Capitulum ſeu ejus Officialem conſuetu-

dine habere Juriſdictionem ordinariam eandem conſuetudine vel præſcriptione quæſita.

Juriſdictio enim ordinaria acquiritur conſuetudine vel ex Principis conceſſione, Bartol. *in l. viros. in fin. Cod. de diverſ. offic. lib. 12.* Jaſon. *in l. more majorum. ff. de Juriſdict. omn. Judic. c. duo ſimul.* & ibi latè Panormitan. *X. de offic. Judic. ordinar.*

De Jure Capitulum etiam majus nullam ex ſe habet Juriſdictionem ordinariam, quæ tota eſt & reſidet penes Epiſcopum & ejus Officialem, niſi demum ſede vacante, *c. 3. de conſuetud. in 6to.* Panormitan. *in c. cum conſuetudinis. num. 5. X. de Conſuetud.* & Felin. Panormitan. & alii *in c. cum omnes. X. de Conſtitution.* Gloſſ. & ibi Scribentes *in c. 2. de verbor. ſignificat. in 6to.*

Per Pacem *de Fexhe* diſponitur, licere tantum Principi ſeu ejus Officiali creare Notarios &c. & quidem ſub certo numero, nec conturbat, quod dicitur, Dominos de Capitulo Leodienſi contra ejusmodi publicationem proteſtatos fuiſſe, quia ex proteſtatione præſuppoſita, non fuit ſatis contra proteſtari, ſed Capitulum debuiſſet vel ab eadem publicatione appellare, vel ſaltem ad ſuperiorem per viam querelæ recurrere, & non manere in ſimplici proteſtatione, quia ejusmodi Statuta & eorum Publicationes habent vim cujusdam Sententiæ, & tranſeunt in rem judicatam, ceſſantibus dictis, Appellatione vel querela, Franc. *in c. ſolet à nonnullis. num. 15. de Sentent. excommunicat. in 6to.* & *c. conſuluit. 3. X. de Appellation.* Bald. *in l. Judicibus. Cod. de Appellation.* Felin. Panormitan. & alii *in dict. c. cum omnes. X. de Conſtitution.* Bartol. *ad l. omnes populi. ff. de Juſtit. & Jure.* & iterum Franc. *in c. ut animarum. de Conſtitution. in 6to.*

Quando Judex proceſſit ex utraque poteſtate, tam ordinaria, quàm delegata, regulariter ipſa Sententia & Proceſſus ex authoritate delegata, tanquam digniore, ideoque Appellatur ad Papam, atque eo caſu ſi proceſſum ſit ſpecialiter, videatur proceſſum eſſe ex delegata Juriſdictione, tamen id memoratu dignam & notabilem patitur limitationem, videlicet, quando Acta aliud innuunt, cum etiam in dubio mens Judicantis declaratur ex Actis, & talis cenſetur, ut ex ipſa pronunciatione elici poteſt, atque ita eleganter ſcripto prodidit Felin. *in c. cum ex officii. X. de Præſcription. num. 24. & ex ſeqq.* ac *num. 32. in verbo. limit. 2. niſi Acta*, ubi id expreſſim tradit idque ex Sententia Abbatis & aliorum latè confirmat noviſſimè Jac. Menoch. qui hanc quæſtionem ex profeſſo tractat valdè appoſite, & quadranter ad terminos hujus hypotheſis ſcribit, quando ex Actis ipſis conſtare poteſt, qua poteſtato & Juriſdictione uſus eſt is, qui ſecundùm ordinariam & ſecundùm delegatam Juriſdictionem cognoſcere & definire potuit, eo in caſu rem eſſe claram, & ob id opus non eſſe confu-

gere

gere ad conjecturas & præſumptiones, quæ in claris ceſſant juxta *l. ille, aut ille.* §. *cum in verbis. ff. de legat. 3. l. continuus actus.* §. *cum ita. 2. ff. de verbor. obligation.* unde ſi Acta, ut inquit, ſciant hunc proceſſiſſe, ut ordinarium, talis erit judicandus, ſi verò, ut delegatum, delegatus habendus erit, & ita in ſpecie docuiſſe, Abbat. Felin. & Pariſ. trad. ad Menoch. *dict. l. num. 1.* idemque reſpondiſſe Alexand. *conſil. 55. num. 8. lib. 5.*

Quamobrem ex his omnibus conſectaneum eſt, Proceſſus Executorialium & aſſertum Decretum à quo à Domino Officiali, uti Judice ordinario atque ordinaria Auth. emanaſſe, & proinde hactenus ob evidentem nullitatem ac injuſtitiam notoriam ſpoliationemque indebitam gravamen continuum inferentem optimo Jure ad Sedem Metropoliticam, uti Judicem immediatè ſuperiorem ex parte ejusdem D. N. procuratum.

Num. 2.

Quæſtio ſuper Potioritate Juriſdictionis Officialis Leodienſis & Officialis Capituli, cum *Reſolutione* Clariſſimi Domini *Balduini de Vaux Conſiliarii.*

Caſus.

CAjus inſtituit Actionem contra Titium coram D. Officiali Capituli Leodienſis.

D. Officialis Capituli Leodienſis condemnat Titium, Titius à Sententiâ condemnatoriâ appellat, & petit ſe adverſus eandem in ſtatum priſtinum reponi.

D. Officialis Capituli reſpondet hoc modo: Reponimus vos, & deponantur Acta ad manus Sempronii.

Sempronius hoc modo Commiſſarius deputatus ſtat Decreto condemnatorio à quo, per D. Officialem Capituli lato.

Titius: ab hoc Decreto ſtamus per Sempronium Commiſſarium D. Officialis Capituli Leodienſis lato, non ad D. Officialem Capituli Leodienſis committentem, ſed ad D. Officialem Leodienſem Judicem ordinarium appellat.

Titius cauſam Appellationis à Decreto ſtamus per Commiſſarium D. Officialis Capituli Leodienſis lato interpoſitæ introducit coram præfato D. Officiali Leodienſi, & ſuſtinet, ut idem D. Officialis Leodienſis decernat ſe Judicem competentem.

Cajus verò coram præfato D. Officiali Leodienſi petit decerni, cauſam ad eundem D. Officialem Leodienſem non fuiſſe, nec eſſe devolutam, non deducendo apud Acta cauſas non devolutæ Appellationis,

ſed ſolùm inſtructivè, ob id nimirùm, quod dictoTitio non liceat à Decreto ſtamus per Sempronium uti Commiſſarium D. Officialis Capituli Leodienſis lato appellare ad D. Officialem Leodienſem, omiſſo medio videlicet D. Officiali Capituli committente.

Ex hoc Caſu oriuntur Quæſtiones infrà ſcriptæ :

Prima eſt : *An D. Officialis Capituli Leodienſis habeat ordinariam, an verò delegatam Juriſdictionem?* Cauſâ dubitandi, quod non habeat Jurisdictionem ordinariam, eſt hæc, quod Leodii habeantur duntaxat tres Judices ordinarii, videlicet Officialis Leodienſis, Scabini Leodienſes, Burgimagiſtri, & Jurati Civitatis Leodienſis.

QuidamPractici tenent, quodD.OfficialisCapituliLeodienſis habeat Jurisdictionem ordinariam inter partes quarum alterutra eſt Clericus.

Alii dicunt quod D.OfficialisCapituliLeodienſis habeatur loco ordinarii inter hujusmodi partes, & quod datus ſit ad univerſitatem cauſarum. Contra replicant alii, quod non poſſit dici datus ad univerſitatem cauſarum, ex quo ei non competat Jurisdictio in Criminalibus & aliis.

Secunda eſt : *An D. Officialis Capituli Leodienſis habeat poteſtatem committendi Cauſarum Deciſiones ?*

Si D. Officialis Capituli Leodienſis ſit Judex ordinarius vel datus ad univerſitatem cauſarum, poteſt cauſas committere.

Seniores Practici aſſerunt D.Officialem Capituli Leodienſis antehac non conſueviſſe cauſas committere, & demum à paucis Annis conſuetudinem committendi cauſas introduxiſſe.

Tertia eſt : *An à Sententia D. Officialis Capituli Leodienſis poſſit appellari ad D. Officialem Leodienſem ?* Pragmatici atteſtantur poſſe, & ab antiquiſſimis temporibus practicatas & receptas. Licet jam à paucis Annis D.Officialis Capituli Leodienſis, quotiescunque ab ipſo ad D. Officialem Leodienſem appellatur, ſoleat dare Appellanti Apoſtolos Refutatorios.

Quarta Quæſtio eſt : *An à Sententia Commiſſarii D. Officialis Capituli poſſit appellari ad Officialem Leodienſem relicto medio, videlicet D. Officiali Capituli Leodienſis?* cujusReſolutio dependet àReſolutioneSecundæQuæſtionis ſuprà ſcriptæ.

Quintò quæritur : *An Officialis Capituli habeat poteſtatem per ſe conſtituendi Procuratores, Notarios vel Executores, item concedendi Crenquenarios, item taxandi Expenſas in Curia Leodienſi ſubortas vel eas exequendi.*

Reſolutio Clariſſimi Domini *Conſiliarii de Vaux.*

ETſi adjuncta hypotheſis inter numero Quinque Quæſtiones non conſtituat, primo loco prædominantem hanc, utrum abOfficialiCapituli poſſit immediatè appellari ad Epiſcopum ſeu ejus Officialem Leodienſem, utrius-

utriusque enim idem & par eſt Tribunal juxta *c. 2. de Conſuetud. in 6to.* Attamen cum ejusmodi quæſtio ſit præjudicialis & tangens Jus Epiſcopi & Principis, qui ipſo Capitulo eſt Superior, exiſtimavi quoque, ut ratio dignitatis haberetur nedum ordinis, ut eadem primo excuteretur excuſſaque ſuam reſolutionem irrefragabilem acciperet, & eo ſanè magis, quod ſtante Superioritate Epiſcopi reſpectu Officialis Capituli in proclivi ſit & ad manum Epiſcopalem & Principalem jubere & mandare Officiali Capituli, ut Superior inferiori mandat.

Initio videtur R. D. Epiſcopum vel Officialem Leodienſem non habere Superioritatem, vel primas & immediatas Appellationes, vel denegatæ dilatæque Juſtitiæ querelas in D. Capituli Officialem.

Tum quod ejus Jurisdictio prætendatur conſtare Litteris Apoſtolicis Sixti, Eugenii & Pii Pontificum, in quibus inter cætera continetur hæc clauſula: In quibusvis Cauſis in omnes Civitatis & Diœceſis prædictarum Clericos non Exemptos ac Laicos, ſi Clericos impetant, vel à Clericis fuerint impetiti, Jurisdictionem per ſe vel eorum Officialem, aut alium vel alios ad id deputandum vel deputandos exercere, easdemque perſonas ad parendum ac alias quomodolibet per Cenſuras Eccleſiaſticas coërcere poſſint.

Tum quod in Reformatione editâ tempore Georgii Auſtriaci *tit. de Inhibition.* §. 5. cavetur in hunc modum: Venerabiles Confratres noſtri, Decanus & Capitulum Eccleſiæ noſtræ Leodienſis ex Privilegio Apoſtolico, in quibusvis Cauſis in omnes Civitatis & Diœceſis noſtræ Clericos, non Exemptos ac Laicos, ſi Clericos impetant, vel à Clericis fuerint impetiti, Jurisdictionem per ſe vel eorum Officialem, aut alium vel alios ad id deputandum vel deputandos exercere, easdemque perſonas ad parendum ac alias quomodolibet per Cenſuras Eccleſiaſticas coërcere poſſint.

Tum Tertiò, quod *Reformatio Eccleſiaſtica* Sereniſſimi Principis moderni *tit. de Inhibition.* §. 5. idem habeat, ſalvo quod ubi in Reformatione Auſtriaca ponitur ex Privilegio Apoſtolico Sereniſſimæ Suæ Celſitudinis modernæ Statuta Conſiſtorialia & Reformatio habeant hanc clauſulam ex antiqua conſuetudine Apoſtolica Authoritate confirmata.

Si enim Officialis Capituli Jurisdictio ſit erecta Authoritate Apoſtolica, illaque ſtet ejusmodi Authoritate, intrepidè conſequi Epiſcopum Authoritate Epiſcopali & ordinaria nihil poſſe in Officialem Capituli.

Quandoquidem Juris eſt vulgatiſſimi, delegatum Judicem Apoſtolicum eſſe majorem quocunque ordinario, imò Jurisdictionem habere in ordinarium, & quemcunque ordinario majorem, *c. ſanè.* & ibi Gloſſ. & Dd. *X. de Offic. delegat. Judic.*

Sed non obſtantibus ejusmodi argumentis cenſeo ab Officiali Capituli, vel ipſo Capitulo appellari ad Epiſcopum ſeu ejusdem Officialem poſſe & debere, ſaltem mediatè, textus eſt in terminis *in c. à collatione. de Appellation. in 6to.* Panormitan. *in c. cum contingat. num. 10. X. de Foro competent.* Franc. Balb. *tractat. de Præſcription. 1ma parte 5tæ partis quæſt. 11. num. 4.* Felin. *in c. ex parte Decani. num. 10. X. de Reſcript.* facit *c. Romana Eccleſia. §. 1. de Appellation. in 6to.* Præſid. Holl. *in Locis Legalibus, ſub loco: Tanquam.*

Et nedum habet Epiſcopus hanc Superioritatem Jure ſcripto, verùm etiam diſpoſitione *Concilii Tridentini*, ut videre eſt *Seſſion. 6. Decreto de Reformation. cap. 4.* ubi ita habet: Capitula Cathedralium ac aliorum majorum Eccleſiarum illarumque Perſonæ, nullis Exceptionibus, Conſuetudinibus, Sententiis, Juramentis, Concordiis, quæ tantum ſuos obligent Authores, non etiam Succeſſores, tueri ſe poſſint, quo minùs à ſuis Epiſcopis & aliis majoribus Prælatis per ſe ipſos ſolos, vel ipſis quibus ſibi videbitur adjunctis, juxta Canonicas Sanctiones toties quoties opus fuerit viſitari, corrigi & emendari etiam Authoritate Apoſtolica poſſint & valeant.

Hæc ſanè Decretalis & Canon Concilii Tridentini, quod in univerſum juratum eſt, & approbatum ab univerſo Clero Leodienſi, reprobat Exemptiones, & Pacta, quibus Superioritas Epiſcopi, quæ illi competit Jure Canonico, excluditur.

Et habet prædictum Concilium, nedum *prædicti Articuli Speciales* Derogatorias, verùm etiam univerſum Concilium Tridentinum Decreta irritantia, quæcunque & quomodocunque poſſent videri adverſantia.

Unde ſtante prætacto Canone Tridentino ſuperfluum videtur diſputare, utrum Jurisdictio Officialis Capituli ſit ordinaria delegata vel Apoſtolica, ad particulares inſuper cauſas, vel ad cauſarum univerſitatem.

Cæterum ceſſante hujusmodi Canone Tridentino etiam ingredi liceat fasque ſit diſputationem hanc, utrum Jurisdictio ſæpè dicti Officialis Capituli ſit delegata Apoſtolica & ordinaria? Dico illam non eſſe Apoſtolicam nec delegatam Authoritate Apoſtolica, etſi erroneè in Reformatione Georgii ab Auſtria expreſſum ſit per ſequentem clauſulam.

Quod Decanus & Capitulum Eccleſiæ Leodienſis ex Privilegio Apoſtolico habeant Jurisdictionem, & quod eſſet Apoſtolica, hoc ipſum probo ex prædictis Privilegiis Apoſtolicis Sixti, Eugenii & Pii, in iis narrativè clauſulis incipientibus: Et cum ſicut accepimus inter alia Statuta & Ordinationes Eccleſiæ Leodienſis caveri dicatur, & uſque ad clauſulam incipient, &c. necnon quoties continget, fieri de aliqua perſona.

Ibi enim dicitur, quod Jurisdictio Officialis Capituli conſtet duntaxat Statutis & Ordinationibus Eccleſiæ Leodienſis, & ſic non eſſet Apoſtolica.

Neque

Neque referre, quod ejusmodi Jurisdictio cum cæteris Narratis in prædictis Privilegiis confirmetur Authoritate Apoſtolica, non eſſet enim de proprietate Confirmationis, ut ipſum Actum extendat vel mutet, vel aliquid de novo tribuat, ſed ſolum dat confirmato robur, neque confirmatio extendit ad aliam naturam, quam primam, ut habet Petr. de Ferrar. *in ſua Practica. tit. Exceptiones contra Inſtrumentum. in verb. Alterius Confirmatoriam.* Bald. *in l.3. in fin. Cod. ſi adverſus rem judicat.* Caſtrenſ. *conſil.132. l. Aurelius. §. Teſtamento facto. ff. de liberat. legat.* Oldrad. *conſil.164.* Bertachin. latè *in ſuo tractat. de Epiſcop. Authoritat. part. 2. lib. 3.* & *ſpecial. tit. de Confirmation. utili aut inutili.* cum aliis infinitis.

Et dum Domini de Capitulo volunt uti ejusmodi Confirmatione prænominatorum Pontificum, tenentur oſtendere Originalia Statuta & Ordinationes in prætactis Litteris Apoſtolicis mentionatas, juxta ea quæ tradit Baldus *in l. falſus. Cod. de Furtis.* Bald. *in addit. ſpecial. de Inſtrument. Edition. verſ. An valeat confirmatum &c.* Idem habet Gail. *in Obſervat. Camer. Imper. lib. 2. obſervat. 1.* dicens: Ulterius Confirmationem nihil tribuere, & ratione Confirmationis non mutari Forum: & hæc ſanè eſt perpetua & generalis natura tam Confirmationis, quàm Juramenti, ut non extendant ea quibus adjiciuntur, ſed ſolum robur tribuant, regulenturque duntaxat ſecundùm naturam confirmati, idem Gail. *lib. 2. obſervat. 59. num. 5.* ubi multas citat authoritates.

Non oberit porrò, quod in dicta Reformatione Georgii ab Auſtria ſit poſitum hoc complexum ex Privilegio Apoſtolico in quibusvis cauſis &c. eſt enim notoriè erronea Narratio, & contra ipſa Originalia Diplomata Apoſtolica, quæ prorſus repugnant ejusmodi Narrationi, diſponentia equidem Jurisdictionem Capituli dependere à Statutis & Ordinationibus Capitularibus.

Stante autem notorio errore ejusmodi recurrendum eſt ad Autographum vel Protocollum, quemadmodum quoque recurritur ſtante dubio circa extenſionem Inſtrumenti ad Imbreviaturam, vel primam Notulam Notarii, juxta Jura deſuper vulgaria.

Non ſolum prætactis rationibus dico non eſſe delegatam Apoſtolicam Jurisdictionem Officialis Capituli Leodienſis, verùm etiam ſubſequentibus.

Quod in dictis Indultis Pontificiis & Reformationibus dicatur expreſſim Officialem non habere Jurisdictionem in Clericos vel Laicos exemptos.

Si enim eſſet Apoſtolica, haberet Jurisdictionem in Exemptos, quia ut tradit Angelus *in ſua Summa Angelica:* ſub dict. Exempti & dictæ

Dioe-

Diœceſis Exempti cenſentur eſſe de Diœceſi & Jurisdictione Pontificis, minimè verò Epiſcopi.

Multa inſuper & infinita ſunt Exempla & Præjudicata, quibus Officialis Leodienſis declaravit ſe Judicem competentem & Superiorem in Cauſis Appellationum & Querelarum ab eodem Officiale Capituli ad Epiſcopum vel ſuum Officialem interpoſitarum.

Quibus additur, quod appellatur à Præpoſito Leodienſi & Archidiaconis Eccleſiæ Leodienſis qui ſunt prima capita Capituli ad Epiſcopum Leodienſem ſeu ejus Officialem.

Quid igitur vetat quo minùs appelletur ab eorundem Officiali, quem ipſimet deputant, cum Juris ſit notiſſimi, ei licere, quod eſt minus, qui habet plus, potiſſime, quando facilis ſit Reditus ad perimendam naturam, & ad Jus Cauſæ ſeu ordinariam Jurisdictionem, quæ nimirùm eſt favorabilis, ubi delegata cenſetur odioſa, quod multis locis demonſtrat Vant. *tractat. de Nullitat.*

Hæc igitur ſuffecerint ad Primam Quæſtionem, quam inſcripſi prædominantem.

Additur nihilominùs præmiſſis *l. fin. Cod. de Jurisdict. omn. Judic.* qua cavetur electione Capitis alicujus Collegii in ipſum Caput transfundi Jurisdictionem Collegii, etiam poteſt præſidialem vel aliam majorem, quam habebat, non debet itaque Epiſcopus vel ſuus Officialis arceri Authoritate prætenſa Officialis Capituli.

Quæſtio itaque Secunda erit, videlicet utrum Officialis Capituli habeat Jurisdictionem ordinariam aut delegatam, vel ſit Delegatus ad univerſitatem cauſarum?

Ad quam Quæſtionem reſpondeo, illius Jurisdictionem neque eſſe ordinariam, neque ad univerſitatem cauſarum eſſe delegatam, quamvis de Jure delegatus ad univerſitatem cauſarum inſtar ordinarii ſit, ut habet Maranta *part. 4. diſtinct. 5. num. 51. cum ſeq.* ubi multos allegat, ſed conſiſtere in ſimplicibus terminis Delegationis.

Dum enim alicui conceduntur plures diſtinctæ & ſeparatæ cauſarum ſpecies, tum non eſt delegatus ad univerſitatem cauſarum, neque par ordinario eſt, ſed duntaxat delegatus particularis & minimè ad cauſarum univerſitatem, ut habet Maranta *loc. prædict. num. 4. verſ. ſi verò una cauſa vel plures diſtinctæ & ſeparatæ &c.* quo loco multos laudat, quibus addo Jaſon. *in l. à Judice. Cod. de Judiciis.*

Pacta quoque Civitatis & Patriæ Leodienſis Ordinationes diſponunt, ſolum eſſe tres Ordinarios, videlicet Officialem Leodienſem, Scabinos, Burgimagiſtros & Juratos Civitatis Leodienſis, inter quos non numeratur

ratur Officialis Capituli, nec is ſimpliciter habet Juriſdictionem ad univerſitatem cauſarum, excluduntur enim per prætactas Reformationes Cauſæ Criminales exemptorum Litigatorum, quorum neuter eſt Clericus, & pleræque aliæ Cauſæ Beneficiatorum omnium, ſive ſint Saccllani beneficiati, vel aliter qualificati, veluti Monachi regulares, vel alii, non comprehenduntur ſub prætactis Indultis.

Juris enim eſt, quod in Reſcriptis Apoſtolicis, dum fit mentio Clericorum, duntaxat venire ſimplices Clericos, non Conjugatos vel Beneficiatos, non Monachos vel alterius qualitatis, Abbas *ad rubr. de vita & honeſtate Clericorum in antiq.* & *in c. bonæ memoriæ. & ibi addition. X. de poſtulat. Prælator.* Felin. *in c. non dubium. X. de Sentent. excommunicat.* Natta *vol. 1. conſil. 139.* cum aliis infinitis.

Dictum quoque Indultum eſt contrarium Juri ſcripto, dum diſponit, Laicos à Clericis poſſe conveniri coram Officiali Capituli, juxta *vulgat. l. Juris ordinem. Cod. de Juriſdict. omn. Judic.* & *c. cum ſit generale.* & ibi Gloſſ. & Dd. *& c. ſi Clericus Laicum. X. de Foro competenti.* cum aliis infinitis.

Neque Juri ſcripto derogatur per hujusmodi Indulta, ergò non poſſunt valere in præjudicium Jurisdictionis ordinariæ, quam habet indubiè Princeps Leodienſis per ſe & ſuum Officialem, perinde in Temporalibus Civilibus & Criminalibus, ac inter Laicos & Clericos, & nedum ut Epiſcopus verum & etiam Princeps Territorii habens inſuper Regalia ab Imperatore, juxta *tot. tit. Cod. ſi contra Jus.*

Immò ſunt damnata per Pacta Patriæ & Privilegia Imperialia acceptata ab omnibus Statibus in vim Pacti jurati, quibus cavetur, Eccleſiaſticam Jurisdictionem non debere mittere falcem in meſſem temporalem, & Eccleſiaſticum coram Eccleſiaſtico, Temporalem coram Temporali eſſe conveniendum.

Suffragantur præmiſſis Conſtitutiones Imperii, Pax Publica, Ordinationes, quæ uniformiter diſponunt, cauſas eſſe tractandas coram ordinariis, exploſis extraordinariis Judicibus, deputatis Compromiſſariis.

Et cum Clerus Primarius prædictas Conſtitutiones & Privilegia Imperialia perinde & æqualiter acceptarit cum aliis Statibus, illis omninò ligatur & conſtringitur, cum Juris ſit vulgaris, Statuta mixta Clericorum & Laicorum ligare ipſos Clericos pari Jure, ut Laicos, ut habet Chaſſanæ. *ad Conſuetud. Burgund. tit. des mains mortes. §. 10. num. 53.* & Tiraquel. *tractat. de retract. lign. §. 1. gloſſ. 13. in verbis : l'achepteur. num. 2. cum ſeqq.*

Tertia Quæſtio, videlicet, utrum Officialis Capituli poſſit committere cauſas decidendas, pendet ex prioribus. Nam cum Officialis Capituli ſit, ut diximus, delegatus non ad univerſitatem cauſarum, ſed ad

cauſas particulares, non poteſt ſubdelegare, habet enim alienam Jurisdictionem, & non propriam, præſertim quando articulus eſt Jurisdictionalis, Maranta *loco præfato num. 50.* ubi quoque citatus Panormitan. *in vulgat. c. ſuper quæſtionum. X. de offic. Judic. delegat.* & complures alios; facit *l. à Judice. Cod. de Judiciis.* ubi habetur, à Judicio Judicem delegatum Judicis dandi poteſtatem non habere, cum ipſe Judiciario munere non fungatur, niſi à Principe Judex datus fuerit, ſed Capitulum non eſt Princeps, ergò &c.

Accedit, quod clauſula Indulti primi præinſerta ſolum referatur reſpectu Deputationis Judicum ad ipſos Decanum & Capitulum, ergò Officialis non poteſt deputare vel committere.

Sunt enim pari loco per dictam clauſulam Officialis deputandus vel deputandi, & ſunt præterea Reſcripta in ſuis terminis intelligenda, tanquam nimirùm ſtricti Juris, dico fortius, quod quando eſt Deputatus Officialis ceſſare nominationem deputandi, vel Deputandorum juxta *l. boves. §. hoc ſermone.* & ibi Gloſſ. *ff. de verbor. ſignificat.*

At quod reſolvitur, ſuprà ſtat eo magis, quod Officialis deputandus, vel deputandi ſtent alternativè & disjunctivè, & ita omnes ſunt mobiles & ejusdem qualitatis, ita, ut deputandi vel Deputandorum Authoritas non dependeat ab ipſo Officiali, qui habet nudum Miniſterium, ſed ab ipſis Decano & Capitulo, ita tamen, ut fiat denominatio citra præjudicium vel derogationem Jurisdictionis Epiſcopalis, cujus ſuprà mentio facta eſt.

Quarta Quæſtio eſt, utrum potuerit appellari à Delegato Officialis Capituli poſtpoſito Officiale Leodienſi ad Officialem Leodienſem, dico, potuiſſe, immò licuiſſe adire Officialem Leodienſem ſuper Nullitate totius Proceſſus Commiſſarii Officialis Capituli, juxta ea quæ tradit Vant. *tractat. de Nullitat. tit. coram quo Nullitas proponi poſſit.* quamvis decretalis Concilii Tridentini præinſerta omnia, quæcunque poſſent opponi, excludat.

Narratur in Facti Specie, quod Officialis Capituli gravaverit, & quod Commiſſarius ejusdem Officialis idem decreverit, quod Committens, & hoc caſu, cum proximus ſit ſuſpectus, potuit adire mediatus remotior non ſuſpectus, ut in terminis tradit Maranta *tit. de Appellation. num. 364.* nullis adductis equidem Authoritatibus, quod etiam Ordinatione Cameræ Imperialis cautum eſt, licet regulariter diſponant, Appellationes gradatim debere interponi.

Sed ſtante Nullitate Commiſſionis, ob cauſas ſuprà tactas, D. Officialis Leodienſis ad quamlibet querelam poteſt ſuas partes interponere, tam in materia Nullitatis, Appellationis, Querelæ, Implorationis Officii Judicis, quàm alia quavis, ob quam Superiorem adire licet.

Ultima Quæſtio eſt, utrum Officialis Capituli Leodienſis poſſit exequi ſuas Sententias per Crenkenarios, per Capturam vel alios modos mittendi in poſſeſſionem Bonorum, injectionem manuum & ſimiles; ſimiliter an poſſit creare Notarios & publicos officiatos, ut Procuratores vel Executores? Reſpondeo negativè, quia Jus carceris eſt de mero Imperio, ut habet latè D. Bartol. de Capua *in ſuis ſingular. 2.* allegans complures Authores.

Immò ſimplex Judex delegatus, niſi dicatur in Commiſſione poſſe invocare Brachium Seculare, hoc non poteſt, ut habet Archid. *in c. ut officium.* §. *2. verſ. denique. de hæret. in 6to.*

Quinimò Epiſcopus etiam pro crimine Eccleſiaſtico, licet habeat cognitionem, ſi non habet Territorium, non poteſt uti captura, *cap. ſi quis contra aliquem. tit. de Sanctiſſimis Epiſcopis. Novell. 9.* Oldrad. *conſil. 86.* Author *in repetit. c. ea, quæ. de Regul. Jur. in 6to.* Imol. *in cap. ſignificat. X. de offic. Judic. delegat.* Franc. *Marc in Delphino. num. 9. quæſt. 44.* Jacobus *de bello. viſu in repetit.* §. *contrahen. c. Romana Eccleſia. de Foro competenti. in 6to. num. 91.* ubi dicit, fortiùs nempe *c. unic. de Cleric. conjugatis. in 6to.* non habere locum extra Terras Romanæ Eccleſiæ, & hinc Indultum Pianum non poſſe complecti Clericos conjugatos, Ludov. Roman. *ſingular. Jur. 711.* Jul. Clar. *lib. 5.* §. *fin. quæſt. 37. Incipiens in hac exceptione. num. 8.* Boër. *in Deciſ. Burdegalenſ. deciſ. 227. num. 11.* ubi citat multa Arreſta conformia, Pap. *de Arreſt. tit. des Jurisdictions temporels. artic. 26.* latè Bertachin. *in ſuo Repertor. ſub diction. Delegatus. verſ. non poteſt facere capi &c.* cum aliis infinitis.

Accedit præmiſſis quod Indultum Pianum ſolum loquitur de Executione & coërcitione per Cenſuras Eccleſiaſticas, quarum Appellatione non veniunt captura Perſonæ, Immiſſio in poſſeſſionem Bonorum & alia, quæ ſunt meri & mixti Imperii, neque Deputatio Crenkenariorum vel aliorum Executorum in Perſonas vel Bona, deficiente enim poteſtate Judicis, non poteſt tribui poteſtas Crenkenariis, vel aliis Executoribus capiendi Perſonas, vel injiciendi manus in Bona mobilia vel immobilia.

Item creare Notarios & Procuratores publicos & juratos Officiatos, ſunt de Reſervatis majoribus Principibus, ut habetur apud Bertachin. *in ſuo Repertorio ſub diction. Notarius.* §. *Notarius à quo creatur &c.*

Duntaxat autem datur particularis Authoritas Officiali Capituli, videlicet cognoſcendi Cauſas & exequendi per Cenſuras Eccleſiaſticas, & iſtud eſt diverſum à Creatione Notariorum, Procuratorum & Crenkenariorum, unde non cadunt in Commiſſione Officialis Capituli, creare enim Notarios, Crenkenarios, & facere Actus ejusmodi, ſunt voluntariæ Jurisdictionis & Poteſtatis, ubi ſolùm Capitulo Leodienſi competit ſola con-

tentioſa per Reſcriptum Apoſtolicum, cujus ſiquidem Jurisdictionis nomine non veniunt ea, quæ ſunt meri & mixti Imperii, ut ſunt deputare Crenkenarios vel alia exercere ſimilia, & cum D. Officialis Capituli ſolum habeat ſpecialem & particularem Delegationem, non poteſt extendi ad univerſitatem, ut habet Præſes Holl. *ſuo loco* à ſpeciali.

Denique Jurisdictio Officialis Capituli nunquam venit privativè reſpectu Epiſcopi & Jurium Epiſcopalium, ſicut regulare eſt, quod datio Jurisdictionis nunquam venit privativè, ſed accumulativè, Thom. Gratian. *Deciſ. 30. in med.* Felin. *in c. cæterum. X. de Judic.* & *c. paſtoralis officii. X. de offic. Judic. ordinar.*

Ex hiſce exiſtimo adjunctas Quæſtiones hypotheſi & Facti Specie propoſita comprehenſas eſſe plenè & irrefragabiliter reſolutas, hoc addito, quod Statuta tempore Cardinalis à Marka communi Conſenſu Ordinum publicata habent in hunc modum: Premierement que dores nauant chacun doit être traité en Juſtitie par deuant ſon Juge ordinaire Spirituel ou Temporel du païs ſelon les Privileges de feu l'Empereur Maximilian, & les Paix faites &c. cum quo conſonant plura alia Pacta.

Et quod inſuper prætacta Privilegia Maximiliani & Pacta Patriæ excludant quorumcunque Jurisdictionem præterquam ordinariam, quarum fit ſuprà mentio, ex quorum numero & grege non eſt Officialis Capituli.

Neque rurſus ſilentio prætereundum eſt, quod in Cauſa mota per Epiſcopum Leodienſem & ſuum Capitulum adjunctum in Camera Imperiali occaſione Jurisdictionis Civitatis Leodienſis contra eandem Civitatem dicti Epiſcopus olim & Capitulum fundarunt ſuam Actionem, & Libellum ediderunt ſupra Sententiâ latâ per felicis recordationis Paulum II. Pontificem tempore quondam Reverendiſſimi Ludovici Borbonii, in qua ſiquidem Sententia d. q. Pontifex Paulus II. declaravit univerſam Jurisdictionem Civitatis, & Patriæ Leodienſis ac Comitatus Loſſenſis pertinere ad Epiſcopum pro tempore, exceptis nonnullis in dicta Sententia nominatis, inter quos non continetur Capitulum.

Quapropter indignum eſſet, quod excluſo ejusmodi Sententiæ tenore & forma Epiſcopique Superioritate, Jurisdictione, & Imperio Capitulum vel ſuus Officialis, aliusve Deputandus vel Deputandi Superioritatem Principis in Cauſis Appellationum, Nullitatum & Querelarum non recognoſcerent, præſertim quando Authoritas S. C. Epiſcopalis tam Jure ſcripto Concilio Tridentino, quam aliis prænarratis Titulis fulcitur, ſtabilitur & juſtificatur.

Dictum eſt ſuprà obiter de Creatione Notariorum, & quis habeat poteſtatem creandi Notarios, quam quoque materiam latè tractat Bertachin. *in ſuo Repertorio ſub diction. Notarius §. Notarius à quo creatur &c.* Atta-

Attamen hæc eſt communis ſententia, quod Notarius à Judice creari non poſſit, qui quamvis poſſit deputare ad aliquod Officium certas Perſonas, ſi non ſint alii ex publico deputati, tamen Notarios non facit eos, qui non ſunt, ut habet Bald. *in rubr. Cod. de fide Inſtrumentor. in column. 1.*

INDEX

In præcedentem Tabellam Privilegiorum, ſive Appendicem V.

PRæliminariter notanda: Pag. 126

De Sacri Romani Imperii Electoribus *in genere.* 128

De Sacri Romani Imperii Electoribus Eccleſiaſticis. 129

In ſpecie de Electore Moguntino. ibid.

Trevirenſi. ibid.

Colonienſi. ibid.

Addita hic eſt Notitia Judiciorum Electoralium in Civitate Colonienſi & aliis Provinciis. 130. ſeqq.

De Electoribus Secularibus: 133

Rege Bohemiæ. ibid.

Electore Bavariæ. ibid.

Saxoniæ. ibid.

Brandenburgico. ibid.

Palatino. ibid.

Brunſvicenſi, & Mantiſſa. 134

De S. R. I. Principibus Eccleſiaſticis. 135

De Epiſcopo & Principatu Leodienſi. ibid.

Recenſetur Series Privilegiorum. 136. ſeqq.

Epiſcopatus Monaſterienſis Privilegia de non appellando. 139

De Officiali Monaſterienſi. ibid.

Epiſcopus Tridentinus. ibid.

Epiſcopus Würzburgenſis ſive Herbipolenſis. 140

Admonitio generalis de reliquis Principibus Eccleſiaſticis, qui nullo gaudent Privilegio de non appellando ſpeciali. ibid.

Ubi etiam de Pacto Wormatienſis Epiſcopi cum Civitate Imperiali Wormatienſi. ibid.

Privilegia de non appellando S. R. I. Principum Secularium. ibid.

Ubi repetitur generale Monitum ex Præliminaribus de Archi-Ducibus Auſtriæ, Duce Burgundiæ, & Bavariæ. ibid.

Brandenburgica Familia in Franconia. ibid.

Brunſvicenſes Duces. 141

Dux Juliacenſis. ibid.

Notitia ulterior Judiciorum Juliacenſium. Pag. 141. ſeqq.
Haſſiæ Landgravii Lineæ Darmſtadienſis, & Caſſellana. 143
Holſatiæ Duces. 144
Ubi etiam de Judiciis diverſis Holſaticis agitur. ibid.
De Judicio in Oldenburgico Comitatu. 145
De Pinnebergico Judicio. ibid.
De Mechlenburgicis Ducibus. ibid.
Oſtfriſiæ Principibus. ibid.
Comitibus Palatinis. 146
Pomeraniæ Ducibus. ibid.
Sueciæ Rege, qua Princeps eſt Imperii. ibid.
Schvvarzburgicis Principibus. ibid.
Würtenbergiæ Ducibus. 147
Ubi de Mömpelgartienſi Patria. ibid.
Generales Obſervationes de Privilegiis Exemtionum à Judiciis Provincialibus Cæſareis: Speciatim de Privilegio Fürſtenbergico. ibid.
De S. R. I. Abbatibus & Prælatis. ibid.
De S. R. I. Comitibus Imperii *in genere.* 148
In ſpecie de Hanoviæ Comite. ibid.
Oldenburgicis Comitibus remiſſivè. ibid.
Ranzoviis Comitibus. ibid.
Reuſſiis Comitibus. ibid.
Lib. Bar. de Ingelheim. ibid.
De Civitatibus Imperialibus *in genere.* 149
In ſpecie de Aquisgrano. ibid.
Auguſta Vindelicorum. ibid.
Brema. ibid.
Colonia Agrippina. ibid.
Accedit Notitia des Cöllniſchen *Magiſtrats* Gerichter. 150. ſeq.
Francofurto ad Mœnum. 151
Hamburgo. 152
Kampiduno. ibid.
Lindavienſi Civitate. ibid.
Lubeca. ibid.
Noribergenſi Civitate. 153
Recenſentur Judicia ejusdem Civitatis. 154. ſeqq.
Notitia Judiciorum Cæſareorum in Imperio Cameræ Imperiali ſubordinatorum in genere. 156
In ſpecie Rothvvilenſis Judicii Aulici. 157. ſeqq.

Judi-

Judiciorum Cæſareorum Provincialium, & in ſpecie **des Kayſerlichen Land-Gerichts in Schwaben.** Pag. 159. ſeqq.

Ad hujus notitiæ de Judicio Rothvvilenſi & Provinciali Suevico illuſtrationem utile erit conſulere Diplomata exhibita in Burgermeiſteri Corpore Juris ſive Codice Diplomatico part. 2. Num. 9. & 10. cum Adjunctis.

Judicii Provincialis Herbipolenſis, **des Land-Gerichts des Hertzogthums Francken zu Würtzburg.** 169. ſeq.

Judicii Provincialis Onolsbacenſis, **des Kayſerlichen Land-Gerichts des Burggrafthums zu Onoltzbach.** 170

Judicii Scabinatus Aquisgranenſis, **des Königlichen Stuhls zu Aachen.** 171

Notabilia quædam de Appellationibus à Commiſſariis tam Cameræ Imperialis, quàm Imperatoris **von Hof aus /** *itemque Cæſareis datis* **auf die Außträge.** ibid.

De Judicio Eccleſiaſtico Aquisgranenſi, **dem Send-Gericht /** *ſive Synodali.* 172

Reſponſa Juris duo ſuper Articulis Juriſdictionis inter Officialem Leodienſem & Officialem Capituli. 172. ſeqq.

APPENDIX VI.

Selectæ Formulæ Decretorum Extrajudicialium Imperialis Cameræ.

PRÆMONITIO.

Cum Anno 1712. Formulæ quædam Decretorum Auctore Anonymo, (fuit quondam Dn. Aſſeſſor Schragius) *Wetzlariæ editæ fuerint, viſum fuit has præmittere. Duas Claſſes conſtituit Dominus Auctor: (1.) Formularum omnibus Cauſis communium, (2.) quibusdam Cauſis propriarum. Ex illa Claſſe varias videas collectas Formulas. Ex hac verò ſunt ſaltem Remiſſiones ad Decreta ſubjuncta Supplicationibus à* Blumio *&* Hofmanno *editis. Hanc Collectionem ſequetur* Collectio nova *variorum Decretorum à diverſis Aſſeſſoribus aliisque atque aliis Senatibus datorum. Quæ Collectio ſi videatur alicui ſine ordine vel materiarum vel temporis,* vel

vel generis Proceſſus, aut modi decernendi congeſta; ſciendum eſt, factum id conſultò, nihilominùs tamen cum ſpe, quod materiarum fœcunditas, ipſaque mixtura Lectori utilitatem & jucunditatem ſit allatura. Poterant Inſcriptiones fieri deductiores, ſed quia Decreta ſunt brevia, rem ipſam Lector ex tenore cognoſcet. Si cui videatur Indice Materiarum & Formularum opus eſſe, hunc quisque ſibi conficiet. Nobis & temporis & aliorum laborum habenda fuit ratio.

Formulæ Decretorum Extrajudicialium, ad Supplicationes pro Proceſſibus Cameralibus latorum ferendorumque, ſecundùm genera eorundem Juridica digeſtæ. Anno 1712.

(I.) Formulæ Decretorum omnibus Cauſis communium.

1. *FOrmulæ Decretorum Interlocutoriorum & Dilatoriorum.*
2. *Definitivorum & Peremptoriorum.*
3. *Conceſſivorum.*
4. *Denegatoriorum.*
5. *Præceptivorum ſeu Imperativorum.*
6. *Prohibitoriorum ſeu Inhibitoriorum.*
7. *Comminatoriorum & Punitoriorum ſeu Pœnalium.*
8. *Gratialium ſeu Remiſſoriorum Pœnæ.*
9. *Permiſſivorum.*
10. *Admiſſivorum.*
11. *Remiſſoriorum.*
12. *Declaratoriorum.*
13. *Informatoriorum.*
14. *Temperatorum ſeu Mixtorum, ex. gr. Conceptorum in diem, ſub conditione, modo, hypotheticorum ſeu reſpectivorum certarum Circumſtantiarum &c.*
15. *Ulteriorum ſeu Secundorum.*
16. *Extenſivorum & Ampliativorum.*
Mandati de relaxando Arreſto, caſſando & non amplius turbando.

Citationis ad videndum ſe incidiſſe in Pœnam violatæ Jurisdictionis Imperii, & ſe condemnari, unà cum Mandato de non evocando, nec impediendo proſequi Litem, ſed eadem, ubi cœpta, finiendo, Sine Clauſula.

Mandati de non impediendo confici Inventarium, ſed aſſiſtendo, & manifeſtando omnia & ſingula Bona ſub Juramento, ut & edendo Pacta Dotalia, Sine, extradendo Hæreditatem verò Cum Clauſula.

Citationis ad videndum & audiendum æſtimari Injurias, declarari & condemnari.

Citationis ſuper fracta Pace, cum Mandato Inhibitorio de non offendendo Sine, de non turbando aut via facti procedendo, ſed reſtituendo, Cum Clauſula.

Mandati de non impediendo confici Inventarium, ſed aſſiſtendo, & manifeſtando omnia & ſingula Bona ſub Juramento, Sine, extradendo verò Hæreditatem, Cum Clauſula.

Citationis ad videndum ſe reſtitui adverſus aditionem Hæreditatis, & confici legitimum Inventarium Cum Clauſula.

Citationis ad videndum ſe reſtitui adverſus damnoſam aditionem Hæreditatis, vel admitti ad beneficium Legis & Inventarii.

Promotorialium, nunc *Citationis* ad videndum in Camera Imperiali introduci cauſam.

Citationis ad nominandum Curatorem ad Litem, vel videndum ſibi dari & reſpectivè conſtitui ex officio.

Citationis ſuper fracta Pace, cum Mandato de non offendendo, nec amplius moleſtando Sine Clauſula.

Mandati de non Facti, ſed Juris via procedendo, Sine, de non amplius turbando & reſtituendo verò Cum Clauſula.

Mandati de non offendendo Sine, de non turbando verò Cum Clauſula.

Mandati de caſſando, revocando & annullando Proceſſus in Curia Romana vel ejus delegato Commiſſario impetratos Sine, & reſpectivè Cum Clauſula.

Citationis ad videndum exigi Debitum, vel fieri Immiſſionem.

Mandati auf die Pfandungs-Conſtitution, ut & de reſtituendo exacta & vi extorta, Sine, de reponendo verò *Judicium Foreſtale* in priſtinum ſtatum, & non amplius contraveniendo ejus *Ordinationi*, nec vaſtando Sylvam, deſiſtendo ab incompetente privata Judicatura, illicita Pignoratione & Exactione Mulctarum prætenſarum Cum Clauſula, Anno 1703.

Citationis ad videndum ſe aſſecurari, & ad id condemnandum.

Mandati de non turbando in libero Antichreſeos uſu ante factam integram Solutionem Cum Clauſula.

Citationis ad videndum exigi Debitum, vel ſe immitti in Bona hypothecata, & condemnari.

Mandati de immittendo in Bona hypothecata.

Citationis ad videndum exigi Debitum, vel dimittendam Hypothecam.

Citationis ſuper protracta vel denegata Juſtitia, necnon ad videndum ſeparari Bona Allodialia à Feudalibus, & ſe ad reſtitutionem Feudalium cum Fructibus, Damno & Intereſſe condemnari, unà cum Mandato de non via Facti, ſed Juris procedendo, edendo & communicando Documenta Sine, reſtituen-

tuendo & à reparatione Feudi tanquam rei alienæ deſiſtendo, Cum Clauſula.

Mandati Inhibitorii de non alienando Bona Avita, tam feudalia, quàm allodialia, partim etiam adhuc ſimul & in communi poſſidentia, nec Pactis diviſoriis, Inſtrumento Pacis, ut & Juri feudali communi & Privilegiis Nobilitatis contraveniendo Sine Clauſula.

Finio Catalogum Rubricarum; Ex illis nulla recenſita fuit, quæ non in ipſis rerum argumentis & Decretis Cameralibus locum invenerit. Sunt autem deſumtæ ex variis temporibus, antiquis & recentiſſimis. Alicubi Annum addere viſum fuit, quia maximè ſunt notabiles. Ordinem aliquem obſervare, neceſſarium eſſe non credidi, neque injucundam varietatem & commixtionem. Poterant recenſeri multò plures, ſed hæ ſufficient Praxeos Studioſis ad imitationem. Si cui placeat evolvere Supplicationes, à Blumio & Hofmanno editas, nec non Indicem Collectionis novæ Sententiarum, qui ad hunc uſum etiam eſt comparatus, ſimulque Formulas præcedentes Decretorum Extrajudicialium adhibere, ſatis, uti ſpero, habebit exemplorum, ad quæ Petitiones & Rubricas Supplicæ inſcribendas formare queat.

APPENDIX IX.

Deſcriptio Solennium Introductionis Judicis Cameræ Sereniſſimi Principis Fürſtenbergii

Anno 1718. 27. Junii.

ALs der Durchläuchtigſte Fürſt und Herr / Herr Frobenius Ferdinand, des Heiligen Römiſchen Reichs Fürſt zu Fürſtenberg / Landgraf in der Baar / und zu Stühlingen / Graf zu Heiligenberg und Werdenberg / Freyherr zu Gundelfingen / Herr zu Hauſen im Küntzinger Thal / Mößkirch / Wildenſtein / Wieſenſtaig und Weittra ꝛc. ꝛc. der Römiſch-Kayſerlichen und Königlich-Catholiſchen Majeſtät würcklicher Geheimder Rath:

am 25. Junii 1718. in der Stadt Wetzlar angelanget / haben Sie Dero Ankunfft bey Seiner Excellentz Freyherrn von Jngelheim / als Cammer-Richter-Amts-Verweſern und Præſidenten, wie auch jedem der Herren Aſſeſſoren wiſſen laſſen.

Gleichwie nun Dieſelbe etliche Tage vorher ſchon die Kayſerliche und Churfürſtlich-Maynzziſche Schreiben eingeſendet / wie ſolche hiernach folgen:

I.

CARL der Sechſte von GOttes Gnaden erwählter Römiſcher Kayſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / ꝛc. ꝛc.

Hoch- und Wohlgebohrne / Edle / Ehrſame / Gelährte / Liebe Getreue!

Euch iſt vorhin bekandt / was maßen Uns als Römiſchen Kayſer und höchſten Oberhaupt des Heiligen Römiſchen Reichs zuſtehe und obliege / es auch die Nothdurfft und Fortpflantzung des heilſamen Gerichts-Weſens allerdings erfordere / daß Unſer Kayſerl. Cammer-Richter-Amt / ſo durch Abſterben Weyland des Frantz Alexander / Fürſtens zu Naſſau-Hadamar Liebden / erlediget worden / denen Reichs-Satz- und Cammer-Gerichts-Ordnungen gemäß mit jemanden tauglichen von Uns wieder erſetzet werde.

Da Wir nun des Frobenii Ferdinandi Fürſten zu Fürſtenberg Liebden / in gnädigſter Anſehung ſowohl Dero alten vornehmen Fürſt- und Gräflichen Geſchlechts / und um Uns und das allgemeine Teutſche Vatterland durch verſchiedene lange Jahre treu und eiferig geleiſtete ſtatt- und nützliche Dienſte erworbener Verdienſten / als dadurch vermehrten ſonderer Erfahrenheit in Reichs- und Rechts-Sachen / mithin der Seiner Liebden zu Vertrettung eines ſolchen hohen Obriſten-Richter-Amts von GOtt verliehener fürtrefflicher Gemüths-Gaben und redlichen guten Eigenſchafften / zu dieſer Stelle erwehlet und benennet; So thun Wir Euch vorgedachten Fürſten zu Fürſtenberg hiermit zu Unſerm Kayſerlichen Cammer-Richter erklären und vorſtellen / auch benebens ſamt und ſonderlich gnädigſt auferlegen und befehlen / daß Jhr jetzt beſagtes Fürſten Liebden hinfüro für Unſern Kayſerlichen Cammer-Richter / und an Unſer ſtatt als Euer vorgeſetztes Oberhaupt erkennet / ehret / und haltet / Deroſelben im Rath und Gericht gewöhn- und gebührliche Stelle und Platz gebet / auf Jhro Euer ſchuldig Ordnungs-mäßiges Auffſehen habet / auch in allem dem-

demjenigen/ was zu ſchleuniger Ertheil- und Handhabung der Heiligen Gerechtigkeit dienlich und beförderlich / auch Unſer und des Heiligen Reichs Ordnung und Abſchieden gemäß iſt / gebührende Folge und Gehorſam / insgemein aber gegen Deroſelben Euch dermaßen bezeiget / damit die Ertheilung der heilſamen GOtt und Uns gefälligen Gerechtigkeit ihren geſtracken Gang und ohngehindert ohnpartheyiſchen Lauff / ohne einiges Anſehen der Sachen oder Perſonen / nach Euren obtragenden Eyd und Pflichten habe / und daran kein Mangel erſcheine ; Ihr vollziehet daran Unſern gnädigſten Willen / und Wir verbleiben Euch in dieſer zu Euch gnädigſt hegenden Zuverſicht mit Kayſerlichen Gnaden wohl gewogen. Geben in Unſerer Stadt Wien den Sechs und Zwanzigſten Junii Anno Siebenzehen Hundert und Siebenzehen / Unſerer Reiche des Römiſchen im Sechſten / des Hiſpaniſchen im Vierzehenten / des Hungariſchen und Böheimiſchen aber im Siebenten.

CARL.

Vt. Friedr. Carl Graf Schönborn / R. V. C.

(L. S. Cæſar.) *Ad Mandatum Sacræ Cæſar. Majeſtat. proprium.*

C. F. von Glandorff.

Inſcriptio :

Denen Hoch- und Wohlgebohrnen / Edlen / Ehrſamen / Gelährten / Unſern und des Reichs Lieben Getreuen *N.* Cammer-Richter-Amts-Verweſern und *Præſidenten*, auch Beyſitzern Unſers Kayſerlichen Cammer-Gerichts.

II.

CARL der Sechſte von GOttes Gnaden erwählter Römiſcher Kayſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / ꝛc. ꝛc.

Hochwürdigſter Lieber Neve und Churfürſt !

Nachdeme der Hochgebohrne Weyland Frantz Alexander / Fürſt zu Naſſau-Hadamar / Unſer geweſter Kayſerlicher Cammer-Richter aus dieſer Zeitlichkeit verſchieden / mithin dadurch die Stelle erlediget worden : Und Uns nun von obtragenden Kayſerlichen Amts wegen oblieget / dahin zu ſehen / wie gemeldtes Amt zu Handhab- und Beförderung der GOtt gefälligen Gerechtigkeit dem Heiligen Römiſchen Reich zum Beſten / nach deſſen Herkommen und der Cammer-Gerichts-Ordnung / mit jemand anderem tauglichen wieder erſetzet werde ; So haben Wir hierzu den Hochgebohrnen Unſern Kayſerlichen Geheimden Rath / Froben Ferdinand / gefür-

fürſteten Landgrafen zu Fürſtenberg/ Grafen zu Heiligenberg und Werdenberg/ Landgrafen in der Baar/ Herrn zu Hauſen im Küntzinger Thal ꝛc. Unſern Lieben Oheim und Fürſten/ in gnädigſter Erwegung nicht nur deren von Ihrem uralt-fürnehmen Fürſt- und Gräflichen Geſchlecht ſo wohl/ als von Ihro ſelbſten um das Reich und deſſen gemeines Weſen/ mittelſt treu- und eifrigſt geleiſteter vielfältiger Dienſten/ und dadurch erlangter großen Verdienſten/ als Dero guten redlichen Gemüths-Gaben und ſtattlichen Fähigkeit/ auch in Reichs- und Rechts-Sachen beywohnender Erfahrenheit und Liebe zum Rechten/ zu ſolchem Amt in Gnaden außgeſehen/ und auf Deroſelben die gewöhnliche in Originali und Abſchrifft hierbey verwahrte Kayſerliche Benenn- und Vorſtellung außfertigen laſſen: an Euer Liebden Freund-gnädiglich geſinnende/ Sie wollen es Unſerm Kayſerlichen Cammer-Gericht verkünden/ und demnechſt darauf von Unſertwegen die würckliche Einſetzung beſagtes Fürſten zu Fürſtenberg Liebden/ dem Herkommen gemäß vornehmen/ mit der Anzeig und Beding/ daß Seine Liebden ſo viel möglich/ ſtets an dem Ort des Cammer-Gerichts anweſend ſeyn/ und dem Amt gegen den Allmächtigen GOtt/ Uns und das Reich/ auch ſonſten männiglich/ ohne Anſehung der Sachen und Perſonen allerdings gebührend abwarten ſolle/ ſo dann jetzt gedachte Seine Liebden mit der gewöhnlichen Pflicht und Eyd in Unſerm Nahmen beladen/ und wie alles geſchehen/ Uns unbeſchwehret außführlich benachrichtigen. Euer Liebden erweiſen Uns dadurch eine beſondere Gefälligkeit/ und Wir verbleiben Deroſelben mit beharrlicher Freundſchafft/ Kayſerlichen Gnaden/ und allem Guten förderiſt wohl beygethan. Geben in Unſerer Stadt Wien den Sechs und Zwanzigſten Junii Anno Siebenzehen Hundert und Siebenzehen/ Unſerer Reiche des Römiſchen im Sechſten/ des Hiſpaniſchen im Vierzehenten/ des Hungariſchen und Böheimiſchen aber im Siebenten.

Euer Liebden

gutwilliger Freund/

CARL.

Vt. Friedr. Carl Graf Schönborn.

C. F. von Glandorff.

Inſcriptio:

Dem Hochwürdigſten *Lothario* Frantz/ Ertz-Biſchoffen zu Mayntz/ des Heil. Röm. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlarn/ Biſchoff des Kayſerlichen Stiffts Bamberg/ Unſerm Lieben Neven/ Churfürſten und Rath ꝛc.

(L.S. Cæſar.)

III. Lo-

III.

Lotharius Frantz von GOttes Gnaden Ertz-Biſchoff zu Mayntz / des Heil. Röm. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlar und Churfürſt / Biſchoff zu Bamberg ꝛc.

Unſern Gruß zuvor / Hoch- und Wohlgebohrn- auch Wohlgebohrn- Veſt- Ehrſam- und Hochgelährte / Liebe Beſondere!

Euch iſt bereits bekandt / wie daß Seine Kayſerliche Majeſtät / auf Ableben Dero Cammer-Richters / Weyland des Herrn Fürſten zu Hadamar / Frantz Alexander Liebden Chriſtlicher Gedächtnüß / ſothane Cammer-Richter-Stelle des Herrn Fürſten Frobenii Ferdinand zu Fürſtenberg Liebden allergnädigſt zugeleget haben: Nachdemmalen Uns nun Seine Liebden ohnlängſt perſönlich zugeſprochen / und Uns aus allergnädigſter Veranlaſſung höchſt-beſagter Seiner Kayſerlichen Majeſtät / die reſpectivè an Uns als des Heil. Röm. Reichs Ertz-Cantzlarn / und Euch ergangene gewöhnliche Præſentation- und Notification-Schreiben ſelbſten eingehändiget / auch anbey zu vernehmen gegeben / wie Sie Sich wegen einer annoch aufhabender Kayſerlichen Commiſſion und ſonſtiger Richtigmachung Ihres eigenen Hauſſes Geſchäfften / und um hernach deſto ohngehinderter erwehnte Cammer-Richter-Stelle vertretten und verſehen zu können / noch etwelche Auffſchub mit Dero Præſentation und Verpflichtung außzubitten hätten; So haben Wir Euch ſolches einſtweil zu wiſſen machen wollen / ohnermangelnde Euch hiernechſt auch das weitere nach Erfordernüß der Sachen zu benachrichtigen / und das nöthige zu überſchicken. Womit Wir Euch zu Gnaden und allem wohlbeygethan verbleiben. Mayntz den 28. Decembr. 1717.

Lotharius Frantz / Churfürſt.

Inſcriptio:

Denen Hoch- und Wohlgebohrn- auch Wohlgebohrn- Veſt- Ehrſam- und Hochgelährten / Unſern Lieben Beſonderen / Cammer-Richter-Amts-Verweſern / *Præſidenten* und Beyſitzern des Kayſerlichen Cammer-Gerichts zu Wetzlar.

(L. S.) **Wetzlar.**

IV.

Lotharius Frantz von GOttes Gnaden Ertz-Biſchoff zu Mayntz / des Heil. Röm. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlar und Churfürſt / Biſchoff zu Bamberg ꝛc.

Unſern

Unſern Gruß zuvor/ Hoch- und Wohlgebohrn- auch Wohlgebohrn- Veſt- Ehrſame und Hochgelährte/ Liebe Beſondere!

Zu folg Unſers an Euch unterm 28ten Decembris nechſthin erlaſſenen vorläuffigen Notifications-Schreibens/ thun Wir Euch hiermit weiters ohnverhalten/ daß Uns des Herrn Fürſten Frobenii Ferdinand zu Fürſtenberg Liebden nechſt verwichene Poſt benachrichtiget haben/ wie Sie nemlich zu würcklicher Antrettung der von Seiner Kayſerlichen Majeſtät Ihro allergnädigſt aufgetragenen Cammer-Richter-Stelle Sich nach dem Kayſerlichen und Reichs-Cammer-Gericht zu begeben/ um daſelbſten gleich nach nechſt einſtehendem Feſt des Heiligen Johannis præſentiret werden zu können gemeynet ſeyen/ mithin Uns erſuchet/ ſolche Dero Præſentation nach der von höchſtertwehnter Seiner Kayſerlichen Majeſtät Uns aufgetragenen Commiſſion mit Seiner Liebden vorzunehmen: welchemnach Wir dann Euch hierbey ſo wohl das an Uns erlaſſene Kayſerliche Original-Præſentations- als das an Euch angezogene verſchloſſene Schreiben legen laſſen/ und Ihr Inhalts des erſteren des mehreren erſehen werdet/ wie Seine Kayſerliche Majeſtät Uns als des Heil. Röm. Reichs Ertz-Cantzlarn von Ihrentwegen die würckliche Einſetzung wohlermeldten Herrn Fürſtens zu Fürſtenberg Liebden dem Herkommen gemäß/ und mit der Anzeig und Bedingnüß gnädigſt committiret haben/ daß nemlichen Seine Liebden ſo viel möglich/ ſtets an dem Ort des Cammer-Gerichts anweſend ſeyn/ und dem Amt gegen den Allmächtigen GOtt/ Seine Majeſtät/ und das Reich/ auch ſonſten männiglich/ ohne Anſehen der Sache und Perſon allerdings abwarten/ ſo dann mit der gewöhnlichen Pflicht beladen werden ſoll.

Nachdeme Wir Uns nun vor anjetzo nicht in Unſerm Ertz-Stifft Mayntz/ ſondern Unſerm Hoch-Stifft Bamberg befinden; So haben Wir doch zu ſchuldigſter Vollziehung und Beförderung dieſer Kayſerlichen gnädigſten Commiſſion Unſers Orths nichts erwinden laſſen wollen/ mithin mehrwohlermeldter Seiner Liebden zu Dero Præſentation den 27ten dieſes pro Termino angeſetzet/ Euch ſolchen auch nicht minder zu Euerer ſämtlichen Beyhandenſeyung/ und mit dem gnädiglichen Erſuchen notificiren wollen/ damit Ihr auf Erſcheinen mehr wohlermeldten Seiner Liebden mit Deroſelben die gewöhnliche Beeydigung und Inſtallation in obgedachtem Cammer-Richter-Amt/ dem Herkommen und Seiner Kayſerlichen Majeſtät in Dero obangeregten Præſentations-Schreiben an Uns noch ins beſondere exprimirter allergnädigſten Intention gemäß vornehmen und vollziehen/ hiernechſt auch ſolcher Verrichtung außführlichen Verlauff an Uns berichten möchtet/ um darüber auch Seiner Kayſerlichen Majeſtät gnädigſt anbefohlener maßen Unſere Relation abſtatten zu können. Womit Wir

Euch

Euch in Gnaden und allem Guten wohl gewogen ſeynd. Bamberg den 5. Junii 1718.

Lotharius Frantz/ Churfürſt.

So ſind auf vorgangene Abrede in Pleno, und Erſehung der älteren Protocollen, Seine Excellentz Herr Amts-Verweſer und Præſident zu Seiner Fürſtlichen Durchläucht gefahren/ und von Ihro die Zeit vernommen/ wann der Actus Inſtallationis vorgehen ſolte; Als nun der folgende Montag der 27. Julii dazu beſtimmet/ haben zuförderſt zwey deputati Aſſeſſores mit Seiner Fürſtlichen Durchläucht das gewöhnliche Ceremoniel abgeredet/ und ſind nach erſtatteter Relation im Collegio wiederum zu Ihro Fürſtlichen Durchläucht gefahren/ um Sie abzuholen/ welche alßdann in Begleitung gedachter beyder Herren Deputatorum gegen 11. Uhr in das Cameral-Hauß und die Rath-Stube/ allwo das Collegium verſammlet/ eingetretten/ und an der rechten Seiten des Solii, auf welchem Herrn Amts-Verweſers Excellentz mit dem Gerichts-Stab/ und die Herren Aſſeſſores auf ihren Stellen ſitzend ſich befunden/ nebenſt obgedachten beyden Deputatis ſtehend blieben; Nach beſchehenem Vortrag des Herrn Amts-Verweſers/ auch kurtzer Erklärung Seiner Durchläucht/ hat der Protonotarius Seiner Durchläucht die gewöhnliche Eyds-Formul vorgeleſen/ darauf Dieſelbe nach erſtatteter Gelöbnüß an den Gerichts-Stab/ den Eyd/ welchen des Herrn Amts-Verweſers Excellentz/ nachdem man ſämtlich aufgeſtanden/ vorgeſagt/ mit aufgehabenen Fingern würcklich abgeſtattet/ nach deſſen Abſchwörung des Herrn Amts-Verweſers Excellentz Seiner Durchläucht den Gerichts-Stab übergeben/ und Dero Stelle im Solio angewieſen/ auch Seiner Durchläucht von Seiner Excellentz und ſämtlichen Herren Aſſeſſoribus nacheinander gratuliret worden/ darauf Seine Durchläucht ſtehend eine wohlgefaſte Anrede an das Collegium gethan/ ſodann ſich geſetzet/ bald aber wieder aufgeſtanden/ und damit der Vormittägige Actus ſich geendiget/ auch ſind

Seine Durchläucht im Hinausgehen vom ſämtlichen Collegio biß an die äußerſte Thür begleitet worden.

Des Nachmittags um 1. Uhr in gewöhnlicher Stunde der Audientz ſind Seine Durchläucht von Seiner Excellentz Herrn Amts-Verweſern/ denen ſämtlichen Advocatis und Procuratoribus, dabey eine große Menge Volcks verſammlet war/ in der Audientz-Stube vorgeſtellet/ und Ihro die gewiſſe Stelle in Solio Audientiæ angewieſen worden; auch haben Seine Durchläucht dieſe erſtere und zwey nachfolgende Audientias, in Begleitung des Herrn Amts-Verweſers Excellentz (des Herrn Præſidenten Grafens zu Solms Excellentz ſind zu der Zeit abweſend geweſen) und vier Herren Aſſeſſorum gewöhnlicher maßen gehalten. Womit die Inſtallations-Solennia vollbracht/ auch an Ihre Churfürſtliche Gnaden zu Mayntz vom Collegio das nöthige gebührend berichtet worden.

Eadem Solennia fuêre obſervata cum ad Officium Judicis introducerentur ſequentes: *Dominus Comes de Hohenlohe*, & *Dominus Baro de Ingelheim.*

Literæ Cæſareæ Majeſtatis ad Collegium ejusdem ferè tenoris fuerunt ſicut præcedentes, pag. 324. ſeqq. relatæ.
Addere tamen placuit noviſſimas. Anno 1730.

CARL der Sechſte &c. &c.

Hoch- und Wohlgebohrne/ Wohlgebohrne/ Edle/ Ehrſame/ Gelährte/ Liebe Getreue!

Nachdem durch Abſterben des Hoch- und Wohlgebohrnen/ Unſers Kayſerlichen Geheimen Raths/ Cammer-Richtern/ und des Reichs Lieben Getreuen/ Philipp Carl/ Grafens von Hohenlohe/ Herrn zu Langenburg/ Unſere Kayſerliche Cammer-Richter-Stelle bey Unſerm Kayſerlichen Cammer-Gericht erlediget worden/ und Uns nun als Römiſchen Kayſer und höchſtem Oberhaupt des Heiligen Römiſchen Reichs zuſtehet und oblieget/ es auch die Nothdurfft zu Erhaltung der heilſamen GOtt-gefälligen Gerechtigkeit allerdings erfordert/ daß Unſer Kayſerliches Cammer-Richter-Amt denen Reichs-Geſetzen und Cammer-Gerichts-Ordnungen gemäß mit einem andern tauglich- und geſchickten Subjecto wieder

wieder erſetzet werde. Und Wir nun Unſern Kayſerlichen Geheimen Rath/ den Hoch- und Wohlgebohrnen/ des Reichs Lieben Getreuen Frantz Adolph Dieterich von Ingelheim/ Unſers Kayſerlichen Cammer-Gerichts dermaligen Amts-Verweſern und Præſidenten, in Anſehung ſo wohl ſeiner nun ſchon Zwey und Dreyßig Jahr lang als Præſident, und zu verſchiedenen malen geweſener Kayſerlicher Cammer-Richter-Amts-Verweſer getreu und gehorſamſt geleiſteten Dienſten/ als Unſern Glorwürdigſten Vorfahren Römiſchen Kayſern und Königen/ und Uns von Ihme und ſeinem uralten Geſchlecht erworbenen vielfältigen Dienſten/ nicht weniger in gnädigſter Erwegung der von demſelben in Reichs- und Rechts-Sachen bey obgedacht Unſerm Kayſerlichen Reichs-Gericht erworbenen Erfahrenheit/ und ſeiner zu GOtt gefälligen Gerechtigkeit jederzeit bezeigte beſondere Liebe/ nebſt andern beſitzenden trefflichen Eigenſchafften/ und annebſt bey Uns von vielen Churfürſten/ Fürſten und Ständen des Reichs vor Ihn eingelegten Vorſchrifften/ zu dieſer hohen Richter-Stelle allermildeſt erwehlet und benennet;

Als thun Wir Euch hiermit ſelbigen zu Unſerm Kayſerlichen Cammer-Richter erklären und vorſtellen/ auch benebenſt ſamt und ſonders gnädigſt auferlegen und befehlen/ daß Ihr obbeſagten Freyherrn von Ingelheim hinfüro vor Unſern Kayſerlichen Cammer-Richter/ und an Unſer Statt als Euer vorgeſetztes Haupt erkennet/ ehret und haltet/ demſelben im Rath und Gericht/ auch Raths- und Gerichts-Sachen gewöhnlich- und gebührliche Stelle und Platz gebet/ auf Ihn Euer ſchuldig Ordnungsmäßiges Aufſehen habet/ auch in allem demjenigen/ was zu ſchleuniger Ertheil- und Handhabung der Heilig- unpartheyiſchen Gerechtigkeit dienlich und beförderlich/ auch Unſern und des Heiligen Reichs Ordnungen und Abſchieden gemäß iſt/ gebührende Folge und Gehorſam/ insgemein aber gegen denſelben Euch dermaßen bezeiget/ damit die obbeſagte GOtt und Uns gefällige ordentlich- und förderliche Gerechtigkeit ihren ſtracken Gang/ und ohngehindert-ohnpartheyiſchen Lauff/ ohne einiges Anſehen der Sachen oder Perſonen/ nach Euren obtragenden Eyd- und Pflichten habe/ und daran kein Mangel erſcheine.

Ihr vollziehet daran Unſern gnädigſten Willen/ und Wir verbleiben Euch in dieſer zu Euch hegenden Zuverſicht mit Kayſerlichen Gnaden wohlgewogen. Geben in Unſer Stadt Wien den 17. April. Anno 1730. Unſerer Reiche ꝛc.

CARL.

Vt. F. C. Biſchoff zu Bamberg und Würtzburg.

Glandorff.

APPENDIX X.

Deſignatio Chronologica & Hiſtorica Dominorum Judicum, Præſidum & Aſſeſſorum, quotquot in Judicio Imperiali Cameræ officio functi ſunt à prima ejus fundatione Anno 1495. ad Annum uſque 1654. ex Monumentis antiquis collecta.

Tum verò ſequitur Perſonarum Collegii Cameralis Catalogus ab Anno 1654. uſque 1740. Menſem Decembrem continuatus.

PRÆFATIO.

NOn inutilem impendiſſe operam eos, qui Catalogos Virorum Illuſtrium, genere, eruditione & officio in Auguſto Judicio Camerali celebrium, conſcripſerunt, nemo eſt qui non agnoſcat. Eſt enim pars Hiſtoriæ Germaniæ non infima, ſi ſciatur cum quibus Perſonis Judicium ſupremum Imperii ſucceſſiva cœperit incrementa, quomodo per injuriam difficultatemque temporum fuerit deſtitutum, rurſus confirmatum & auctum. Qui in hoc ſtudio laborem ſuſceperit primus, crediderim eſſe Auctorem Libri, cui titulus: *Annotata de Perſonis Judicii Cameræ Imperialis à primo illius exordio uſque ad Annum 1556. ante aliquot Annos edita, nunc verò uſque ad Annum 1572. completa, Francofurti Anno 1572.* Quisquis Auctor Anonymus fuerit, Præfatio Libri, & Hiſtoria brevis Anno cuilibet præmiſſa vel ſubjecta, omnis etiam recenſionis ordo indicat Virum rerum doctrina præſtantem, cujus inſtitutum & methodum ut ſequentes continuaſſent, optandum foret.

Non minore ſtudio rem aggreſſus eſt *Chriſtianus Barthius* Aſſeſſor quondam Imperialis Cameræ Electoralis Brandenburgicus, idem ille, qui poſt *Seilerum* in colligendis Sententiarum Voluminibus diligentiam ſuam præſtitit. Is enim Volumini primo Tabulas Perſonarum Cameralium præmiſit ad Annum uſque 1603. in quibus

bus concinnandis uſum fuiſſe Annotationibus Auctoris Anonymi, non eſt dubium. Difficultas tamen non parva eſt in evolvendis Perſonis, & in ipſo Tabularum compendio, omiſsâ Hiſtoriâ, & lineis non ſatis ſibi reſpondentibus, neſcio quid obſcuritatis. Secutus eſt alius inferioris ſubſellii Vir *Simon Güntherus* in Urbe Spirenſi Notarius Anno 1608. qui in Libro cui titulum fecit *Theſauri Practicantium*, Catalogum Perſonarum Judicii ordine alphabetico compoſuit. Huic Auctori, tametſi laudem induſtriæ negare nolim, in nonnullis tamen locis Judicium accuratius deſiderarem. Succeſſit *Georgius Wilbrandus Wormſerus*, Advocatus in Camera Imperiali. Hic Catalogum Perſonarum ita concinnavit, ut primo Judices ſucceſſivè conſtituti, deinde Præſides, tum verò Aſſeſſores juxta ordinem Præſentantium diſtincti collocarentur, uſque ad Annum 1625. Quem Catalogum deinde neſcio quis alius continuavit uſque ad Annum 1651. & reperitur in Appendice *Compendii Juris Cameralis Petri Denaiſii* Edit. Argentorat. Anno 1652.

Hic ordo commodus eſt quidem aliquomodo, adhibitus etiam in Schematiſmis poſt Annum 1654. evulgatis: Et in tempore præcedenti Catalogus iſte Wormſeri eum poteſt habere uſum, ut uno conſpectu reperiantur, ex gr. Aſſeſſores omnes Moguntinenſes, Trevirenſes, & ita porrò, necnon unius cujusque Circuli. Eandemque methodum obſervare nobis viſum fuit in Catalogo peculiari ab Anno 1654. uſque 1740. Eſt tamen in ordine *Wormſeri* aliqua confuſio, quæ in evolutione mox apparet, quod Aſſeſſores Ordinarii ab Extraordinariis non ſatis ſint diſtincti: Et quid voluerit Auctor recenſendo ex.gr. Rhenenſes vel Saxonicos, primos, ſecundos, tertios, quartos, explicatione opus habebat. Verbo: Catalogus Perſonarum omnis absque hiſtoria, brevi ſaltem, magni uſus eſſe non videtur.

Nobis in contexendo Catalogo ſequente uſque ad Annum 1654. viſum fuit ſubſidiis, quæ ad manus fuêre, uti, eum in finem, ut neque denominatio Perſonarum earumque ordo, neque hiſtoria negligeretur, tametſi fatendus ſit & dolendus defectus monumentorum omnium antiquorum Spiræ deperditorum. Extant Protocollorum antiquiorum Collegii Cameralis exempla quædam, ſed pauciſſima, ori-

originalia plane nulla. Sunt in ſuppellectile noſtra libraria Relationum de Viſitationibus Cameralibus exempla fide digna: ſunt Libri vetuſti, in quorum Dedicationibus vel Præfationibus Aſſeſſorum facta fuit mentio, & additi quandoque Catalogi. Supereſt ab interitu in Cancellaria Camerali tabula quædam Anno MDCXV. ligno inciſa, cujus deſcriptionem dedimus *in Hiſtoria Suſtentat.* §. *IX. pag. 59. ſeq.*

Ex his ergo ſubſidiis præſens Catalogus eſt confectus, non eo fine ut Perſonarum Cameralium omnium uſque ad Nuncios enumerationem facerem, hoc qui voluerit, faciet pro ſua voluptate: vel utatur Catalogis Barthii, Wormſeri, Güntheri. In recenſendis tantum Perſonis quæ Collegium Camerale conſtituerunt, hoc eſt, *DD. Judicum, Præſidum* & *Aſſeſſorum*, occupati nos fuimus. Hoc obſervamus, frequenter ex Advocatorum Cameralium ordine ad Aſſeſſorium Officium perveniſſe tunc temporis Viros, cum in Aulis Principum non eſſet magna in Jurisprudentia eruditorum copia. Fuiſſe etiam qui officium Aſſeſſoratus cum magis lucroſo Advocaturæ vel alio commutare non ſint dedignati. Et primo quidem *ex Annotationibus Anonymi Anno 1572. editis* ob Libri raritatem præmittere viſum fuit Excerpta, quæ ad ſcopum faciebant noſtrum. In quibus tametſi Auctor affectum ſuum contra Auguſtanæ Confeſſionis ſocios prodat ad Annum 1538. 1542. 1543. 1546. verba ejus tamen retinere hic voluimus, ut ex iis ad Annum 1572. uſque Hiſtoria Judicii per Annos ſingulos conſtaret; Eam per Annos ſequentes uſque ad Annum 1654. (recentior enim Hiſtoria uſque ad Annum quem agimus, 1740. ex Actis publicis ſatis eſt nota) continuare neceſſarium non eſſe putavimus, & inter alias occupationes cumprimis officii, deſinendum nobis fuit. Commemoraſſe ſufficiet, quod Status Judicii Cameralis ab Anno 1572. uſque ad Annum 1615. fuerit florentiſſimus, univerſis Imperii Proceribus in Conſultationibus conſtituendæ & inſtruendæ rei judiciariæ, magnam ſuſcipientibus curam. Id quod teſtantur frequentes Viſitationes & Relationes cum elogio ſingulari Perſonarum Judicii: Conſultationes variæ de Dubiis Cameralibus: Tum verò Conſtitutiones Imperii publicæ Anno

Anno 1576. 1594. & 1600. vide *Hiſtor. Suſtentat. §. IX. pag. 53. ſeqq.* Teſtimonio eſt etiam numerus Senatorum Anno 1573. & ſequentibus permagnus, qui Anno 1615. & paucis ſequentibus adhuc fuit XLI. computatis Præſidibus. Increſcentibus mox temporum afflictionibus decrevit adeo numerus, ut Anno 1651. cum Judice & Præſidibus quatuor, novem tantum Aſſeſſoribus Judicium fuerit compoſitum. Ad eum verò numerum, qui in Inſtrumento Pacis Anno 1648. & Receſſu Imperii 1654. lege publica fuit ſtatutus, nunquam pervenit, promtioribus conſiliis in ſtatuendo numero quam in ſuſtentando. Anno 1668. teſte Schematiſmo in Rodingii Pandectis eodem Anno recuſis, fuêre cum Judice & duobus Præſidibus Aſſeſſores numero XIX. qui pro ſtatu Ærarii Cameralis mox decrevit.

Ad Catalogum Anonymi ſæpius dictum in eorum gratiam, quibus denominationum quarundam vis nondum eſt cognita, obſervandum eſt: *Judices* appellari omnes qui Collegium Camerale faciunt: Aſſeſſores cumprimis eſſe & in legibus vocari non titulo ſed munere Judices, Urtheiler. Hi enim ſoli, non verò is, qui Judicis Officium gerit, & ab Anonymo appellatur *Præſes*, neque *Aſſeſſores Generoſi*, hoc eſt ex Ordine Comitum & Imperii, qui deinde in Receſſu Viſitationis Anno 1562. titulo Præſidum inſigniti fuêre, ſententiam in Senatu dicunt. *Extraordinarii* Aſſeſſores dicuntur alibi malè *Supernumerarii*, quorum in Legibus Imperii mentio prima *in Receſſ. Imper. Auguſtan. Anno 1548. §. 26.* Scilicet ab initio hujus Judicii Anno 1495. per *Ordinat. Maximiliani I. Imperat. §. 1.* eſſe debuerunt Judex cum XVI. Aſſeſſoribus. Hi omnes per Cæſaream Majeſtatem conſtituebantur. In Ordinatione Conſtantienſi Anno 1507. prima mentio occurrit Præſentantium Imperii Statuum, numero tamen Aſſeſſorum non aucto: Sex Electoribus unicuique unus erat præſentandus. Duo nomine Provinciarum Auſtriacarum & Burgundicarum, reliqui octo à ſex Circulis Imperii, vid. *Ordinat. Conſtant. Anno 1507. princ.* & *§. 1. Hiſtor. Suſtentat. Camer. pag. 18. uſque 21. Anno 1521. in Ordinat. Camer. Wormat. §. 1. & 4.* acceſsêre præter duos ex Ordine Comitum vel Baronum Imperii (ex quibus deinde facti ſunt Præſides) duo alii Aſſeſſores à Cæſarea Majeſtate

præ-

præſentandi, ut jam eſſet numerus Aſſeſſorum omnium XVIII. vid. *Ordinat. Camer. Wormat. Anno 1521. dict. §. 1. & 4. Anno 1548. in Receſſ. Imper. Auguſtan. §. 26.* cœperunt eſſe, ut ſuprà dictum, Aſſeſſores Extraordinarii X. ad Annos duos adſumti: **vornemlich zu Erſehung und** *Referi***rung der alten aufgehäufften anhängigen Rechts-Sachen.** *Anno 1551. Receſſ. Imper. Auguſtan. §. 27. 28. 29.* per duos ulteriores Annos continuati. Annis ſequentibus 1553. uſque 1557. multum decrevit Aſſeſſorum numerus, dimiſſis Extraordinariis. Licet enim per *Receſſ. Imper. Anno 1530. §. 76.* & ipſam *Ordinat. Camer. Anno 1555.* numerus XXIV. Aſſeſſorum incluſis duobus Generoſis, hoc eſt Præſidibus, eſſet ſtatutus, ad effectum tamen ſerius pervenit. Hinc Anno 1557. nova Conſtitutione Extraordinariorum opus fuit. Adſumti ergò in hunc Ordinem XVI. ad Menſes quindecim 1¼. Jahr / *Receſſ. Imper. 1557. §. 6.* **Welche zuſamt und neben den** *Ordinari*-**Beyſitzern die jetzige beſchloſſene Sachen / und ſo noch täglich beſchloſſen werden / erledigen mögen.** Completo tandem numero Ordinariorum XXIV. creſcentibus verò negotiis *Anno 1566. Receſſ. Imper. Auguſtan. §. 73. 74. 75. 76.* auctus eſt numerus Ordinariorum per novos VIII. ut eſſent in univerſum XXXIII. adſumtis in hunc ordinem tribus qui ſupererant, Extraordinariis. Tandem *Anno 1570. Receſſ. Imper. Spirenſ. §. 50. ſeqq.* numero præcedenti additi ſunt rurſus Extraordinarii IX. ad Annos tantum ſex, quod tempus ad ulteriores ſex Annos prorogatum fuit *Receſſ. Imper. 1576. §. 64.* Nihilominùs perduravit ipſo facto pluribus Annis ſequentibus numerus iſte XLI. Aſſeſſorum incluſis Extraordinariis, teſte Tabella veteri ligno inciſa de Anno 1615. cujus ſuprà mentionem fecimus. Et juxta Codicem novum vulgò *Concepti Ordinat. Camer. Anno 1613.* editum *part. 1. tit. 1. princ.* numerus iſte tunc placuit Ordinarius fieri. Fuit itaque Extraordinariorum munus æquale cum Ordinariis. Ordo Seſſionis etiam ab Ordinariis non diſpar. Locum habebant poſt Ordinarios, non univerſos, ſed cujuſcunque Claſſis Præſentantium, v. gr. Extraordinarii Electorum Eccleſiaſticorum præcedebant Ordinarios Electorum Secularium, & ita porrò. Tabellæ

bellæ

bellæ antiquæ Barthii & ſequentes, quarum aliquas hic additas videbit Lector, ex Annis 1592. 1597. 1608. 1615. hoc teſtantur.

Redeo ad Catalogum noſtrum. Cum neque in Annotatione Anonymi, neque in Tabellis Barthianis evolutio Perſonarum ſit facilis, addidi enumerationem DD. Præſidum & Aſſeſſorum Alphabeticam, quæ reſpondet Annotationi præcedenti, quouſque hæc pertingit. Reliqua petii ex *Barthio* aliisque ſubſidiis ſuprà commemoratis, pauciora ex *Günthero* & *Wormſero*. Et cum ob defectum ſufficientium monumentorum Catalogum omnibus numeris perfectum contexere ſit impoſſibile, licebit per me, ſi cui certiora ſint Documenta, ſupplere omiſſa vel errata corrigere. In Indice Alphabetico Literarum ordinem accuratè ut obſervarem, temporis huic labori deſtinati anguſtia non permiſit. Ratus ſum inveniri facilè nomina percurrendo literam quamcunque. Quodſi non inveniatur nomen aliquod, v.gr. ſub Lit.C. vel G. quærendum ſub Lit. K. & vice verſa: ita etiam in aliis affinibus Literis. Et quod notandum inprimis, Familiæ tantùm nomen in Indicem fuit relatum, non verò nomina adſcititia, vel habitationis. Omiſſi ſunt omnes qui Officium Aſſeſſoratus actu non ſuſceperunt, licet fuerint præſentati. Fruſtrà ergò referuntur in Catalogis *Hieronymus Schurfius* & alii, cum addito epiphonemate: *non venit.* Anni geſti officii per numeros nominibus ſubjectos deſignantur. Non ſanè multos numeravit Judicium hoc *Appianos* & *Fürſtenbergios*. Plerique pro conditione temporum, ſpatio longè breviore hoc munere ſunt functi. Poſt Annum 1654. duo fuêre *Frieſenhauſius* & *Bernſtorfius*, qui Annos Officii Appiani Aſſeſſoris attigerunt. Hæc præfanda eſſe putavi.

EXCERPTA EX LIBRO ANNOTATIONUM ANONYMI,

De Perſonis Judicii Cameræ Imperialis à primo illius exordio, uſque ad Annum Domini 1572. cum Gratia & Privilegio Cæſar. Majeſt. edito, Francofurti ad Mœnum, Anno 1572. apud Georgium Corvinum, Sigismundum Feierabend, & Petrum Fabritium.

Relligio, Pax, Juſtitia, hæc tria numina ſunto,
Perpetuo noſtras quæ tueantur opes.

Inſeruit Librum Anonymi *Chronico Chronicorum Francof. 1614. Tom. Politic. Lib. II. pag. 442. ſeqq.* Polyhiſtor celebris *Janus Gruterus*, qui Parentis ſui nomine adhibito, *Joannem Gualtherum* in inſcriptione iſtius Operis ſe dixit. Sed diſtinctio Literarum juxta Præfat. non fuit obſervata. Liber iſte etiam in Bibliopoliis non reperitur.

Præfatio Auctoris lectu digniſſima.

JUdicium Cameræ Imperialis propter tuendam & conſervandam Pacem Publicam initio neceſſario inſtitutum, ac deinceps ſucceſſu temporis in meliorem formam paulatim redactum, in eas temporum iniquitates incidit, per quas multis ac variis perturbationibus concuſſum, nunquam tamen penitus eliſum eſt. Adeò enim infracto animo contra imminentes procellas ſeſe erexit, ut Hoſtibus non facile manus daret, & ſi quando cedere oportuiſſet, tamen auctoritatem ſuam non difficulter recuperaret. Primum fuit, quod conditionem illius aliquo modo perturbavit, quia non potuit inveniri certa ratio, per quam perpetua Salaria Judicantibus ſubminiſtrarentur. Re ipſa enim compertum eſt, Litigantes non poſſe exigendis Sportulis gravari, & Cancellariæ atque etiam Fiſci proventus huic negotio minime ſuffecerunt. Imperii verò Ordines novos iſtos ſumtus in ſe transferri ægerrime patiebantur, nec tamen hactenus, (quantumvis id ſæpe tentatum fuerit) alio conſilio Judicii neceſſitatibus ſubveniri potuit. Unde factum eſt, ut multi boni Viri ab eo abhorrerent, aut etiam inde ſe retraherent, non ſemel etiam totum Judicium ſolveretur. Succeſſit deinde de religione noſtra controverſia, per quam, quia à recto tramite divelli Judicium non potuit, apud plurimos penitus exoſum factum, & publicis etiam Libellis traductum eſt. Poſtquam verò ea cauſa in apertas æmulationes & diſſidia deducta eſt, reperti ſunt, qui omnes Juſtitiæ rationes penitus ſubvertere conarentur. Ut nihil interim dicatur de privatis graſſatoribus, quorum minas & terriculamenta, dum Legibus coërcerentur, forti ſtomacho devorare & concoquere oportuit. Inciderunt etiam aliquoties tumultuantium bella, propter quæ loca mutata vel Juſtitium indictum, aut Judicium prorſus ſolutum eſt.

Nam

Nam & alioquin qui nullas certas Sedes habuit, tanto incommodius poterat ſuam Auctoritatem tueri, cum multi hinc inde vagari & nuſquam domi habitare moleſtiſſimè ferrent. Contra has omnes tamen & alias difficultates conſtanti ſemper ingenio Judicium fuit, & quamvis multis adverſariorum atque hoſtium telis variè impeteretur, innocentiam tamen ſuam ſemel atque iterum Opt. Max. Cæſari Carolo V. ita probavit, ut ab eo illius rei ampliſſimum teſtimonium reciperet. Principio enim incorruptas manus piiſſimum Imperatorem admirari oportuit, cum de ſordibus, neque accuſari ab inimicis, neque alioquin ejusmodi feces inveniri poſſent, & ipſemet expertus eſt, quam præ ſolo & recto Juſtitiæ tramite reliqua omnia in judicando contemnerentur, ſicuti certe eam ſolam ob cauſam, ſed diverſis rationibus, Judicium incidit in eam, quæ ſemper virtutem comitari ſolet, invidiam. Nam quod ad affectus pertinet, quibus Judicium laborare multi clamaverunt, manifeſtè vanum eſſe apparuit. Et de errore ſæpe quidem inſimulatum, nunquam verò legitimo modo convictum eſt. Iniquas enim & odioſas ſuccumbentium querelas, & inde ſecutos rumores facile deſpexit. Atque ut ſummatim dicatur, in omnibus dignitatem & integritatem ſuam ita conſervavit, ut vix alibi ſimile Collegium reperiri, in noſtra verò Germania inſtitui minime poſſe videatur. Placuit igitur omnes eos, qui tam celeberrimum Tribunal ſua præſentia illuſtrarunt, in unum colligere, quod in hoc Volumine eo ordine factum eſt, ut ſingulæ paginæ ſingulis Annis deſerviant, atque ibi, qui quovis Anno judicandi munere functi ſunt, ſuo quisque loco deſcribantur. Quod etiam eo diſcrimine factum, ut quo quis tempore officium ſuum primo adeptus eſt, majuſculis Literis integer totus annotetur. Deinceps quoto Anno in eodem officio permanſit, parvo numero ſignetur. *Additi ſunt etiam Advocati atque Procuratores, & nonnulli alii, quorum haberi nomina potuerunt,* * *& ea ſunt collocata in ſingulos Annos, quibus primum recepti ſunt, nam aliter eorum ratio haberi non potuit. Ut autem totius negotii certior eſſet cognitio, pauca quædam Annotata, quæ quovis Anno in Judicio*

* *Hi omnes in his noſtris Excerptis ſunt omiſſi, ne excreſceret Liber & Typographi feſtinantis labor.*

& de ejus conditione contigerunt. Nec ambigitur, quin plura de ea re ſcribi potuerint, ſed hic brevitati conſultum fuit, & reliqua Lectoris arbitrio relicta, cui etiam ampliora ſpatia in hoc Volumine offeruntur, ut quæ videbuntur, poſſit vel mutare vel addere. Fieri enim poteſt, ut plures errores in eo inveniantur, nam ex variis & diſperſis iſthæc qualitercunque coacervare oportuit. In quo quantumvis diligentis Viri opera facile fallitur, id autem apud pium & bonum Lectorem veniam haud dubie merebitur, maxime cum cogitare debeat, hæc Amicis tantum & qui Auctoritati Judicii optime conſultum volunt, ſcripta & annotata eſſe. Si verò contra votum & animi ſententiam in aliorum quoque manus inciderint, ii rogatos ſe eſſe patiantur, ut vel pro Amicis ſeſe habeant, vel boni conſulant, quicquid Amici inter ſe communicant. Sincere igitur quæ videbuntur corrigant, & ſi quæ ſunt omiſſa, ſine invidia & odio ſuppleant. Porrò etiam quædam obſcura & nimium breviter ſubnotata eſſe cenſebuntur. Quod rurſus ideò factum eſt, quia quibus hæc dantur, Judicii ordinem & omnes illius rationes habent omninò perſpectas, alii non fuerunt in tanta conſideratione, ut ipſorum cauſa res Amicis ſatis clara, eo amplius explicaretur. Nulla etiam invidia aut odio commiſſum eſt, ſi quorum nomina, cujuscunque ordinis in hac opera deſiderantur. Liberum enim eſt cuilibet eos adhuc inſerere, qui minime fuiſſent omiſſi, niſi quantumvis diligentem inveſtigationem ſubterfugiſſent. Tituli quoque ſingulorum & alii ſpecioſi honores, (quibus minimè fraudati eſſe debent) conſulto hic poſiti non ſunt, cum non omnium haberi potuerint, & hic brevitati ſtudeatur, nec hoc agatur, ut ea ratione ipſis quicquam decedat: Reliquas rationes pius Lector ipſe facile dijudicabit. Origines tamen & Regiones, unde quisque ortum habuit, non eſſent præteritæ, niſi illorum plurium ſeſe ſubtraxiſſent, & ea ratione cum reliquis æqualitatem ſervare oportuiſſet. Quæ omnia Lectorem, cui hæc dicantur, æqui bonique conſulturum, ſperandum eſt.

Anno

Anno 1495. Francofordiæ.

POſtquam Cæſar Maximilianus in proximo Conventu Principum Wormatiæ habito Imperialis Cameræ ſuæ Judicium, quod hactenus Aulam ſequi oportuit, ita inſtituit, ut id fixo loco & per certos Judices à Sua Majeſtate ſimul cum Principibus conſtituendos, poſthac celebraretur. Huic rei Majeſtas ſua per ſe ipſam initium fecit Francofordiæ in Domo Brunfelſiana ultima Octobris Anno 1495. Quando ab iis Judicibus, qui infrà notantur, judicandi ſacramentum recepit, eisque cauſas & alia negotia Judicii graviſſima Oratione per Baronem *Vitum de Wolkenſtein* habita commendavit, ac ut illi poſthac à reliquis, qui huic Celeberrimo Tribunali quovis modo præeſſe aut inſervire debebunt, ſuo quemque Juramento adſtringant, commiſit.

Judices.

Eytel Fridericus Comes de Zollern, Judicii Cam. Imper. Præſidens. *
Bernardus Comes de Eberſtein, Jun.
Ivo Wittich. 3. Novembr.
Theodoricus de Plenningen.
Richardus Gramman de Nekendich, Officialis Trevirenſis.
Nicolaus de Heyniz.
Georgius de Neidek.
Haringo Sinnama Friſius.
Vitus de Walrod, Eques.
Georgius de Hatzfeld. 3. Novembr.
Bernardus Schefferlin. 2. Decembr.

Per iſtos cœpta eſt haberi publica Audientia 3. Novembris.

* *Juravit ipſi Maximiliano Cæſari 31. Octobris.*

Anno 1496. Francofordiæ.

Hoc Anno de officio & loco Præſidentis varie certatum eſt. Nam Comes de Zollern ſtatim Menſe Februarii abdicavit ſeſe. In ejus locum ſurrogarunt Judices Principem Anholdum, qui ante 21. Januarii in Collegium erat cooptatus. Sed poſtea Menſe Septembr. Comiti de Eberſtein Præſidentis vices per Regem Maximilianum committuntur. Qua re haud dubie indignatus Anholdus reliquit Judicium. Tandem Status Imperii Lindoiæ convenientes Marchionem Badenſem legitimum Præſidem conſtituunt, atque ita finitur controverſia illa. Cæterum iſte Præſidens, ſicut & ante Anholdus fecerat, dedignatus præſtare Juramentum in publica Audientia, admiſſus eſt in privato Conſilio Cameræ. Quod hodie communi exemplo ad omnes Judices permanavit. Reperiuntur etiam iſti Præſides ad initium ſuum indixiſſe Ferias Meſſium & alias.

Judices.

Præſidens *Zollern.* 2. Ei ſucceſſit 9. Decembr.
Jacobus MarchioBadenſis. jur. 9.Decembr.
Eberſtein. 2. locum tenens per Regem. 16. Septembr. conſtitutus.
Magnus, Princeps de Anhald. 21. Januar. poſteà aſſumtus per reliquos Judices in locum tenentem Præſidentis tandem hoc Anno abiit.
Wittich. 2.
Plenningen. 2.
Gramman. 2.
Heynitz. 2.
Neidek. 2.
Sinnama. 2.
Walrod. 2.
Hatzfeld. 2.
Schefferlin. 2.
Albertus de Rechberg, Eques. 20. Januar.
Adam Kaltpeker. 29. Februar.

Anno 1497. Francofordiæ & Wormatiæ.

Lecta eſt in Conſilio Ordinatio quædam Judicii Cameræ per Status Imperii Lindoiæ concluſa, eaque poſtea Procuratoribus Menſe Aprili publicata. Et ſtatim eodem Menſe iidem Status Wormatiæ convenientes, Judicium Cameræ illuc ad ſe vocarunt. Ubi circa finem Menſis Maji cauſæ audiri cœptæ, & deinceps aliquot Annis agitatæ ſunt per eosdem omninò Judices, qui ſederunt Anno ſuperiori.

Judices.

Præſidens. Marchio Badenſis. 2.
Eberſtain. 3.
Wittich. 3.
Plenningen. 3.
Gramman. 3.
Heyniz. 3.
Neidek. 3.
Sinnama. 3.
Walrod. 3.
Hatzfeld. 3.
Schefferlin. 3.
Rechberg. 2.
Kaltpeker. 2.

Anno 1498.

Quamvis ab initio conſtitutum eſſet, ut ſedecim Judices diſcutiendis cauſis ordinarentur, hactenus tamen ultra duodecim nunquam ſimul Judicio adfuerunt. Et hoc præſertim Anno ſæpe contigit, propter abſentiam non haberi Audientiam publicam, cum per proximam Ordinationem Lindoienſem cautum eſſet, ne minus quam octo cauſas audirent atque judicarent. Eam autem negligentiam partim oportuit aperte excuſare apud Procuratores, partim præſentes eandem ſub ſpecie Feriarum contexerunt. Quas adhuc ad libitum Præſidens judicare ſolitus erat.

Judi-

Judices.

Præſidens. Marchio Badenſis. 3.
Eberſtain. 4.
Wittich. 4.
Plenningen. 4.
Gramman. 4. Is hoc Anno abiit & ſucceſſit
Henricus de Meiſſenberg. 12. Mart.
Heyniz. 4.
Neidek. 4.
Sinnama. 4.
Walrod. 4.
Hatzfeld. 4. Cui abeunti ſucceſſit 19. Novembr.
Petrus de Teyspach. 19. Novembr.
Schefferlin. 4.
Rechberg. 3.
Kaltpeker. 3.

Anno 1499. Wormatiæ.

Statim initio hujus Anni abrogatum eſt ſportulis litigantium: Idque Procuratoribus Menſe Januarii publice denunciatum. Cum autem aliunde non eſſet certum Judicibus Salarium, cauſa fuit, ut ii paſſim dilaberentur, donec tandem Menſe Octobri Præſidens, ne penitus ſolutum Tribunal videretur, repentinas Ferias indiceret. Acceperat enim per Joannem de Landau promiſſionem à Cæſare, Majeſtatem ſuam brevi curaturam, ut Judicium reſtitueretur & perpetuo ordine conſervaretur. Interim autem ne quid detrimenti circa interpoſitas Appellationes & alias temporales cauſas litigantes caperent, admoniti ſunt Procuratores atque Advocati, poſſe eos ejusmodi controverſias ſuo quasque tempore, penes Scribas Judicii opportuna cum proteſtatione conſignare, atque eo modo uſque ad alterum annum litium fervor obdormivit. Paulo tamen ante novo exemplo Dux Juliacenſis Judicem unum nominaverat, cum ii hactenus per Status Imperii Lindoiæ, ac deinde Friburgi congregatos, conſtitui ſolerent.

Judices.

Præſidens. Marchio Badenſis. 4.
Eberſtain. 5.
Wittich. 5.
Plenningen. 5.
Meyſſenberg. 2.
Heyniz. 5.
Neidek. 5.
Sinnama. 5.
Teyspach. 2.
Schefferlin. 5.
Rechberg. 4.
Kaltpeker. 4.
Wilhelmus Lunink, præſentatus à Duce Clivenſi, juravit 9. Septembr.

Anno 1500. Auguſtæ.

Maximilianus Cæſar in magno Conventu Principum Auguſtæ Vindelicorum habito, inter alia graviſſima negotia curſum Judicii Cameræ Impe-

Imperialis reſuſcitavit, ita ut qui prius aſſediſſent, rurſus invitarentur ad obeundum munus ſuum, aucto ipſis & aliis Salario. Conſtituit etiam, ut numerus, qui hactenus nunquam fuit integer, uſque ad ſedecimum juſte compleretur, & ut Præſidenti duo alii Generoſi Viri Comites vel Barones adjungerentur, nimirum qui Principum cauſis dijudicandis præeſſent. Dedit etiam facultatem Principibus cujusque Regionis ſive Circuli, ut ſi locus ipſorum in Judicio vacaret, ipſi alios idoneos nominarent, de quibus electio eſſet apud ipſum Cæſarem vel ejus Conſilium, quod tunc ſimul inſtituit. Eaque de cauſa voluit utrumque Collegium, videlicet Regimenti & Judicii Norimbergæ convenire, atque ibi ſimul habitare. Multa quoque de Cauſidicis ſunt reformata, præſertim ut Imperialis Fiſci Procurator integer ſimul, & quod hactenus male fuit obſervatum, rerum forenſium non eſſet ignarus, ſed & ea quæ prius Lindoiæ, Friburgi, Wormatiæ Status Imperii conſiderarunt, ſunt approbata. Quæ omnia ſolenni Edicto comprehenſa & publice promulgata in manibus hominum verſantur. Quamvis igitur hoc modo ſalubri & ſano Conſilio conſultum eſſet Juſtitiæ, tamen toto Anno perpetuum Juſtitium fuit. Quia dum alii eliguntur, alii deliberant, alii ad novam vitæ rationem ſarcinas colligunt, præceps temporis curſus labitur, & alioquin facilius ſolveris, quod bene inſtitutum eſt, quam bene ſolutum reſtitueris.

Vacat Judicium.

Anno 1501. Norimbergæ.

Quamvis ſuperiori Anno maturo conſilio revocatus eſt Judicii progreſſus, Judices tamen vix ægre convenere tanto numero, ut in Menſe Martio poſſent aperire Tribunal publicum. Quod factum eſt ad 14. Calend. April. Nec tamen reperitur aliquem Comitem vel Baronem adjunctum fuiſſe Præſidenti, qui vices illius ſupplere poſſet. Sed & aliorum nomina negligenter ſunt annotata, nec aliter poſſunt exhiberi, quam reperta fuerint. Videtur autem Judicium ipſum parum feliciter coaluiſſe, cum ſtatim eodem Anno rurſus obdormierit. Cauſam fuiſſe arbitror, quod Salaria maligne ſubminiſtrarentur, certa ratione minime conſtituta.

Judices.

Præſidens Adolphus Comes de Naſſau. 6. Martii.

Præpoſitus de Comberg. & eo abeunte Harſſmann Burggravius in Kirchberg. 21. April.

Joannes Berlin.

Lunink. 2.

Sennshaim.

Joannes de Emershoven in Waldenſtein.

Rechberg. 6.

Kalt-

Kaltpeker. 6.
Planitz.
Eyttelvvolff.
Teyspach. 4.
Sebaſtianus Schilling.
Wriel de Gemmingen, Cuſtos Wormatienſis, Canon. Moguntin. 5. Maji.
Joannes N. Paulsdorff. 21. April.
Haringo Sinnama Friſius. 18. Jun.

Anno 1502. Auguſtæ.

Maximilianus Cæſar inique ferens ſemel inſtitutam per ſe Judicii rationem propter eos ſumptus, qui alendis Judicibus merito fieri deberent, conturbari: Idque nec pro ſua auctoritate nec Reipublicæ commodo ferendum ratus, omne id onus in ſe unum recepit, veteres quos potuit Judices coëgit, eisque novos adjunxit, ac omnibus Salaria de ſuo liberaliter pollicitus eſt. Atque ut Judicium eo melioribus auſpiciis reſtitueretur, ipſemet bis circa finem Menſis Septembr. Auguſtæ Tribunali præſedit. Audivit cauſam unam atque alteram, perorante maxime Doctore Conrado Peutingero, & cauſam Fiſci contra Epiſcopum Leodienſem, qui tunc Proclamate publico in Jus vocatus erat, defendente. Deinceps Cæſar nonnullis Supplicatoriis Libellis ſubſcripſit, ac tandem per Comitem Utilonem Fridericum de Zollern edixit, ſe poſthac Ratisponæ Sedem Judicii delegiſſe, nempe ut ibi proximis Idibus Januarii renovari controverſiæ deberent. Uſus eſt autem in his omnibus *Aſſeſſorum loco Aulæ ſuæ Proceribus.* Quorum ſequentia nomina traduntur:

Nota: *Omnes hi Legati Regii & Rerumpublicarum, nec non Principes Imperii, Aulæque Cæſareæ Proceres & Miniſtri, qui etiam in Tabella Barthii hoc Anno ex Anonymo repetuntur, non fuerunt propriè dicti Aſſeſſores Judicii. Exiſtimandum potius eſt, hoc Anno Judicium Camerale ceſſaſſe: Proinde horum nomina qui Seſſioni iſti Aulicæ interfuerunt, recenſenda eſſe non putavimus. Repetiit ea quoque* Wormſerus in Catalogo pag. 727.

Anno 1503. Ratiſponæ.

WJr CARL der Sechſte ꝛc. ꝛc. Bekennen für Uns und Unſere Nachkommen am Reich Römiſchen Kayſern und Königen offentlich mit dieſem Brief / und thun kund allermänniglich / daß Uns der (Tit.) Philipp Carl / Churfürſt zu Pfaltz / Unſer Lieber Vetter und Churfürſt / umſtändlich fürgebracht und gehorſamlich zu erkennen gegeben / wie daß erſtbeſagten Churfürſten Liebden nach angetrettenen Dero Regierung zu vermercken gehabt / was maßen Dero Unterthanen und Eingeſeſſene in beyden Dero Hertzogthümern Gülich und Berg dadurch nicht geringe Unkoſten und Ungemach zu erleiden haben / wann ſelbige in einer Sache / ſo etwan was weniges über die in dem von Weyland Unſeren Vorfahren Römiſchen Kayſern Glorwürdigſter Gedächtnüß / oberwehnten Hertzogthümern gnädigſt verliehenen Privilegio de non appellando außgeworffene Summam Capitalem von 600. Goldgülden ſich belauffete / denen höhern Reichs-Gerichtern folgen / und viele Zeit abweſend ſeyn / mithin mit Verſäumung ihres Gewerbs und Haußhaltung / ihren Rechts-Sachen auf lange Jahre abwarten / Advocaten, Agenten und andere Gerichts-Perſonen belohnen müſſen / folglich durch ſolche Begebenheit in Armuth und Unvermögenheit ihre Reichs-Creyß- und Landes-Anlagen der Gebühr nach abtragen zu können / gerathen: Nachdem aber obgedachte Churfürſten Liebden in mehrbeſagten Dero beyden Hertzogthümern ihre Gerichts- und Raths-Collegia mit heilſamen Ordnungen und Geſetzen allſchon verbeſſert / ſolche mit anſehentlichen wohlerfahrnen in Reichs- und Rechts-Sachen Räthen von Standes-Perſonen / Adelichen Rechts-Gelährten und Gewürdigten beſtellet / verſorget / erneuert / und an Dero zu Handhabung und Beförderung unpartheyiſchen Rechtens und Gerechtigkeit allezeit geneigten und begierigen Gemüth weder jetzo was er-

ermanglen laſſen/ noch künfftig vorſetzlich jemalen was erwinden laſſen würden / dergeſtalten / daß dero Gülich- und Bergiſchen Unterthanen ſich eines Landes-ſchleunigen und unpartheyiſchen Rechts/ ohne dergleichen Weitläufftigkeit/ Gefahr und Unkoſten/ erhalten zu können/ zu erfreuen haben werden: Als haben Uns Sie gehorſamſt angelanget und gebetten / daß Wir Jhro zum Nutzen und Beſten Dero Gülich- und Bergiſchen Landen und Unterthanen / das dermalen auf Sechs Hundert Goldgülden in Capital genießende Privilegium de non appellando nach der von Weyland Unſers Hochgeehrteſten Herrn Vatters Leopoldi Kayſerlichen Majeſtät und Liebden bereits den 27. Julii 1704. deßfals geſchöpfften gnädigſten Reſolution auf **Zwey Tauſend Fünff Hundert Goldgülden** Haupt-Summa zu extendiren und zu erhöhen / um ſo mehr allergnädigſt geruheten / indem bekannt ſeye / was dieſe Dero Gülich- und Bergiſche Lande und Unterthanen mit denen Ober- und Märckiſchen/ ſonderbar quoad Privilegia, für einen Nexum haben/ und nun die Clev- und Märckiſche Unterthanen gegen die Gülich- und Bergiſche vorgemeldtes Beneficium auf 2500. Goldgülden Haupt-Summa allſchon hätten/ die wider dieſe vorfallende Rechtsfertigungs-Sachen in der Nähe vor dem Kayſerlichen und des Reichs Cammer-Gericht/ in Fällen/ ſo die bißherige Summam appellabilem überſteigen/ in Appellatorio ausführen zu können/ da dieſe hingegen jenen nacher Berlin / und alſo über 60. Meilen / in Appellations-Sachen/ ſo wie die mehreſte zu ſeyn pflegen / ſich über 2500. Goldgülden / in Capital nicht erſtrecken / mit dem gröſten Ungemach und höchſt beſchwehrlichen Koſten zu folgen ſich ohnumgänglich bemüßiget ſehen.

Wann Wir dann gnädiglich angeſehen / wahrgenommen und betrachtet die anſehentliche getreu- und wohlerſprießliche Dienſte / welche ſowohl Uns und Unſeren Hochgeehrteſten Herrn Vatters und Herrn Bruders Kayſerlichen Majeſtät Majeſtät Liebden Liebden Höchſtſeeligen Andenckens / als dem geſamten Teutſchen Vatterland/ nicht nur Seiner des Churfürſten Liebden/

ſondern

ſondern auch Weyland Dero Herrn Vatters und Herrn Bruders Liebden in mannigfaltige Wege zu Kriegs- und Friedens-Zeiten ſorgſam / eiferig und getreu Patriotiſch erwieſen / auch Seine Liebden Uns und dem Heiligen Römiſchen Reich und Unſerm Ertz-Hauß unaußſetzlich zu leiſten des aufrichtigen Erbietens ſind / wie ſie dann wohl thun können / mögen und ſollen; Als haben Wir demnach mit wohlbedachtem Muth / guten zeitigen Rath und rechten Wiſſen / aus obgedachten und andern Uns bewegenden erheblichen Rechts- und Staats-Urſachen und Umſtänd / auch in Erwegung mehrgedachten Churfürſtens Liebden um Uns und das wertheſte Teutſche Vatterland habende gute Verdienſte / Jhro auf der Hertzogthümer Gülich und Berg / ſo lang dieſelbe bey dem Pfältziſchen Nahmen und Stamm verbleiben werden / aus ſonderbarer Kayſerlichen Gnad obgedachtes Privilegium de non appellando auf Zwey Tauſend Fünff Hundert Goldgülden in Capitali oder Haupt-Summa extendiret und erhöhet: thun das extendiren / und erhöhen daſſelbe alſo von Römiſch-Kayſerlicher Macht und Vollkommenheit hiermit wiſſentlich und Krafft dieſes Briefs / und meynen / ſetzen / ordnen und wollen / daß hinfüro von keinem Bey- oder End-Urtheil / Erkänntnüß / Decret, und Abſchieden / ſo von Jhro des Churfürſten Liebden als Hertzogen zu Gülich und Berg / oder Dero daſigen zu Adminiſtrirung der heilſamen Juſtitz beſtellten höheren Raths-Collegien und Hof-Gericht geſprochen / in allen Sachen / durch jemand / was Würden / Stand oder Weſens der ſeye / weder an Uns / Unſer oder Unſer Nachkommen am Reichs-Hof- und Cammer- oder Land-Gerichten / oder jemand anders / einige Appellation, Provocation, oder Reduction ſtatt haben ſoll / und angeſehen aller Conſtitutionen, Geſetz und Ordnungen / die hierwider gemacht ſeynd / oder künfftig werden möchten: dann Wir denenſelben allen und jeden aus Kayſerlicher Macht Vollkommenheit und rechtem Wiſſen hiermit abkürtzen und widerſprechen / und alles was dawider gehandlet würde / zernichten / wiederruffen / und gäntzlich abthun; Da auch darüber durch

Summa.

jemand

jemand von Jhro Liebden oder Dero Gülich- und Bergiſchen höheren Raths-Collegien und Hof-Gerichts Erkänntnüß/ Urtheil/ Decret, oder Abſchied/ Appellation oder Supplication, Reduction oder Beruffung beſchehen/ ſo ſollen Jhro Liebden deren nachzuleben nicht ſchuldig ſeyn/ auch von Uns/ Unſeren Nachkommen am Reich/ denen Kayſerlichen Reichs-Hof-Cammer- und Land-Gerichten nicht angenommen noch darüber gebott- oder verbotten werden; Da auch derſelbigen ein- oder mehrere vielleicht aus Unwiſſenheit oder Vergeſſenheit angenommen würden/ ſo ſetzen/ ordnen und wollen Wir Krafft dieſer Begnadigung/ daß ſolches der obgemeldten Freyheit de non appellando, und was von derſelben herrührig/ unnachtheilig/ unnabbrüchig/ auch dieſelbige Appellation, Reduction, und Supplicirung/ und was darauf gehandelt und fürgenommen würde/ gantz krafftloß/ untüchtig und nichtig ſeyn ſolle/ das Wir alles und jedes aus obbeſtimmter Unſerer Kayſerlichen Macht Vollkommenheit und rechten Wiſſen/ jetzt als dann und dann als jetzt untüchtig erklären/ zernichten/ aufheben/ und verbieten/ in der beſten Form und Maaß als Wir das thun mögen und ſollen.

Und gebieten darauf allen und jeden Churfürſten/ Fürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen Prælaten, Grafen/ Freyen/ Herren/ Rittern/ Knechten/ Land-Vögten/ Hauptleuthen/ Vicedumben/ Vögten/ Pflegern/ Verweſern/ Amtleuthen/ Schultheißen/ Burgermeiſtern/ Richtern/ Räthen/ Burgern/ Gemeinden/ und ſonderlich allen und jeden Hof-Richtern/ Land-Richtern/ Frey-Grafen/ Stuhl-Herren/ Frey-Schöpffen/ Cent-Richtern/ Weſtphäliſchen und andern Richtern/ Urthel-Sprechern/ und ſonſt allen anderen Unſeren und des Reichs Unterthanen und Getreuen/ in was Würden/ Stand oder Weſen die ſeynd/ inſonderheit aber Unſeren Kayſerlichen und Unſerer Nachkommen Præſidenten und Aſſeſſoren am Reichs-Hof- und Cammer-Gerichten ernſt- und feſtiglich mit dieſem Brief/ und wollen/ daß ſie vielbeſagten Churfürſten zu Pfaltz Liebden/ als Hertzogen zu Gülich und Berg/ und Deroſelben Nachkommen/

men / als lang dieſe Hertzogthümer bey dem Pfältziſchen Nahmen und Stamm verbleiben werden / an obberührter Unſerer Kayſerlichen Freyheit und ertheilten Gnad des nicht-Appellirens vorſtehender maßen nicht hindern/ noch irren/ ſondern Ihre Liebden und Sie deſſen geruhiglich gebrauchen / freuen / genießen / und ohne Irrung dabey bleiben laſſen/ und hierwider nichts thun/ noch das jemand andern zu thun geſtatten / in keine Weiß / als lieb jedem ſeye / Unſere und des Reichs ſchwehre Ungnad und Straf/ dazu eine Pœn nemlich in Hundert Marck Löthigen Golds zu vermeyden/ die ein jeder/ ſo offt er freventlich hierwider thäte/ Uns halb in Unſer und des Reichs Cammer / und den andern halben Theil vielgemeldten Churfürſtens Liebden als Hertzogen zu Gülich und Berg / und Dero Nachkommen / wie obgedacht / unnachläßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſolle. Mit Urkund dieſes Brieſs beſiegelt mit Unſerem Kayſerlichen anhangenden Inſiegel/ der geben iſt den dritten Tag Monaths Januarii nach Chriſti Unſers Lieben HErrn und Seeligmachers gnadenreichen Gebuhrt im Siebenzehen Hundert und Vier und Zwanzigſten / Unſerer Reiche des Römiſchen im Dreyzehenten / des Hiſpaniſchen im Ein und Zwanzigſten / des Hungariſch- und Böheimiſchen aber im Dreyzehenten Jahr.

Tenor des Kayſerlichen allergnädigſten Intimations-Reſcripti an das Kayſerliche und Reichs Cammer-Gericht.

CARL der Sechſte von GOttes Gnaden erwählter Römiſcher Kayſer/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc. ꝛc.

Hoch- und Wohlgebohrne / auch Wohlgebohrne / Edle / Ehrſame / Gelährte / Liebe Getreue.

WIr laſſen Euch hiermit gnädigſt ohnverhalten / was geſtalten Wir des Churfürſten zu Pfaltz Liebden / das von Weyland Unſeren Vorfahren Römiſchen Kayſern Glorwürdigſter Gedächtnüß / auf dero beyde Hertzogthümer Gülich und Berg auf eine Capital-Summam von Sechs Hundert Goldgülden

gülden gnädigſt verliehene Privilegium de non appellando aus verſchiedenen erheblichen Rechts-Urſachen auf Zwey Tauſend Fünff Hundert Goldgülden in Capitali und Haupt-Summa, ſo lang dieſelbe bey dem Pfältziſchen Nahmen und Stammen verbleiben werden / mildeſt extendiret und erhöhet haben. Gleichwie nun Unſer gnädigſter Wille und Meynung iſt / daß Seiner Liebden deſſen würcklicher Genuß angedeyen / und dieſelbe dabey bey Vermeydung der darin angeſetzten Straf von Hundert Marck Löthigen Goldes gehandhabet werden ſolle; Als wird vorberührtes Privilegium Euch zu dem Ende in Abſchrifft hier beygeſchloſſen / damit Ihr wegen der aus obgedachten Hertzogthümern bey Unſerem Kayſerlichen Cammer-Gericht vorkommenden Proceſſen ſich darnach gebührlich zu richten wiſſen mögen: Denen Wir übrigens mit Kayſerlicher Gnade reſpectivè wohl und gewogen verbleiben. Geben in Unſer Stadt Wien den Sechſten Aprilis Anno Siebenzehen Hundert Vier und Zwantzig / Unſerer Reiche des Römiſchen im Dreyzehenten / des Hiſpaniſchen im Ein und Zwantzigſten / des Hungariſchen und Böhmiſchen ebenfals im Dreyzehenten.

Ad præced. Claſſ. VII. Num. I.

CARL.

Vt. Graf von Schönborn / Pr.

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium.

E. F. von Glandorff.

Tenor Sententiæ Cameralis de 17. Julii 1724.

IN Sachen begehrter Inſinuation Privilegii Herrn Carl Philipp / Churfürſten zu Pfaltz / als Hertzogen zu Gülich und Berg / die Erhöhung Summæ appellabilis, den 14ten noch lauffenden Monaths Julii gerichtlich geſchehen / iſt dieſelbe / jedoch vorbehaltlich des Heiligen Reichs Ober- und Gerechtigkeit / auch männigliches Intereſſe und Einreden dagegen jederzeit vorzubringen / ſo viel recht / hiermit angenommen / auch dergeſtalt darüber nothdürfftige Urkund erkannt / und Lt. Steinhauſen ſein der Collation und Reſtitution Originalis halber beſchehen Begehren zugelaſſen.

Num. VIII.

Ad Privilegia Leodienſia.

Ad præced. Claſſ. III. Num. I.

(1.) Copia Sententiæ Cameralis, per quam acceptatum fuit Privilegium noviſſimum auctum Anno 1724.

Kayſerlichen Cammer-Gerichts Inſinuations-und Acceptations-Urthel des Fürſtlich-Lüttichiſchen erhöheten Privilegii de non appellando, deſſen Tenor *in Supplem. Corp. Jur. Camer. pag. 8. ſeqq.* befindlich iſt.

Tenor Sententiæ 2. Junii 1724. publicatæ.

IN Cauſa Inſinuationis Privilegii ab Auguſtiſſimo Imperatore Carolo Sexto Domino Noſtro Clementiſſimo Vigeſima Septima Junii Anni 1721. Domino Epiſcopo & Principatui Leodienſi conceſſi, in quo reſpectivè præcedentia confirmatur, & Appellationis Summa augetur cum reliquis, factam per Drem. Ludolff 24. Aprilis a. c. Inſinuationem ſalvo Jure Imperii & cujuscunque Tertii, acceptamus, deſuperque Documentum *concedimus, retraditionem* Originalis Privilegii retentâ in Lectoriâ Copia *diligenter ſcripta*, collationata & vidimata permittentes.

(2.) Copia Publicationis Privilegii iſtius noviſſimi in Patria Leodienſi factæ Anno 1728.

Illuſtriſſime ac Excellentiſſime Sacri Romani Imperii Comes, Sacræ Imperialis Cameræ Judex, Perilluſtres, Generoſi, Ampliſſimique Præſides & Domini Aſſeſſores.

POſtquam tres Ditionis meæ Leodienſes Ordines tandem communi voto conſenſerunt in publicationem Privilegii per Literas Patentes Auguſtiſſimi Imperatoris Noſtri feliciter Regnantis de dato 27. Junii 1721. Patriæ Leodienſi benigniſſime conceſſi, aliorum Privilegiorum à Divis Imperatoribus olim conceſſorum confirmatorii, mihique ſupplicarunt, ut fatam publicationem ſolemniter fieri mandarem, eorum precibus annuendo, ſtatim curavi ut illud publice & coram populo in forma ſolita 30. Decembris nuperi pro-

promulgaretur, uti Excellentia Veſtra, Perilluſtresque Dominationes Veſtræ ex Actu Proclamationis hic juncto perſpicere poterunt. Quapropter illas enixe rogo, ut iſtud factæ publicationis Documentum Actis publicis debite inſinuari ac regiſtrari curent, denique ſedulo operam, ut in poſterum quæcunque Appellationes eidem Privilegio contrariæ rejiciantur, celeremque Juſtitiam in cauſis me quà Principem Leodienſem concernentibus, aliisque ante hac commendatis adminiſtrare dignentur de cætero ſingulari propenſione & affectu maneo.

Excellentiæ Veſtræ Perilluſtriumque Dominationum Veſtrarum

Leodii hac 4. Februar. 1728.

Humillimus ac devotiſſimus famulus

Georgius Ludovicus.

George Louis, par la Grace de Dieu, Eveque & Prince de Liege, Duc de Bouillon, Marquis de Franchimont, Comte de Looz, Horne, &c.

A tous ceux qui ces préſentes Verront Salut.

Aiant vu les Reces des trois Etats de notre Pays de Liege & Comte de Looz en dates reſpectives du 25. & 26. Janvier, du 9. Fevrier, & 27. Novembre de la meme année, du 23. Fevrier 1725. & du 17. Janvier, 27. Novembre & premier Decembr. 1727. par les quels ils ont agrée la confirmation & ampliation des Privileges Imperiaux accordez a l'Egliſe & Pays de Liege & Comte de Looz & leures dependances en date du 27. Juin 1721. interinez du depuis à la Chambre Imperiale de Wezlaer, lesquels Privileges nous ont etez ſeulement delivrés pendant le cours du preſent mois par l'Ecolatre de notre Egliſe Cathedrale, ou ils avoient été gardez jusques à preſent: Vu auſſi les declarations & ſupplications inſerées aux dits Reces, par lesquelles ils nous ſupplient tres humblement de faire publier & mettre en garde de Loy les dits Privileges ainſi confirmez & amplifiez, avec la Clauſe que tous contraventeurs aux dits Privileges ne pourront avoir recours au Tribunal des Vingt deux ſous

pretexte d'Execution faite en prejudice des appels defendus par lesdits Privileges: Voulant bien condeſcendre à leures treshumbles demandes & en agréant lesdits Reces avec la dite Clauſe y inſerée, ordonnons de proceder ſommairement à la dite publication en la forme & maniere accoutumée & de mettre lesdits Privileges en garde de Loy, voulant que pour la connoiſſance d'*unchacun* ils ſoient imprimez en langue latine & vulgaire. Donné *en notre Palais* Epiſcopal à Liege ce 29. Decembr. 1727.

Berlayment.

Lieu (†) du Seul.

J. Vanhove.

NOs Scabini ſupremæ Juſtitiæ Civitatis & Patriæ Leodienſis, Legum, Statutorum, Conſuetudinum & Privilegiorum ejusdem Patriæ Cuſtodes: Tenore præſentium declaramus & atteſtamur Privilegium per Literas Patentes Auguſtiſſimi Imperatoris Caroli Sexti Germaniæ & Hiſpaniarum, *Hungariæ*, Bohemiæ Regis &c. modo feliciter regnantis Domini noſtri *clementiſſimi ſub data* 27. Junii Anni 1721. Patriæ Leodienſi & Dominiis ei annexis benigniſſime conceſſum, aliorumque Privilegiorum ab Auguſtiſſimis quondam Imperatoribus olim conceſſorum confirmatorium ſolenniter & in forma ac loco conſuetis, publice & coram populo, præſentibus Nobili & Generoſo Domino Gerardo Aſſuero Ludovico Barone ab Horion in Colonſter, Vice Comite in Odekirchen, Electoratus Colonienſis Burggravio hæreditario Civitatis Leodienſis ſupremo Prætore & Officiato, nec non Nobilibus & Honoratis Dominis Lamberto Vandensſeen, Barone de Jehaing & de Saive, & Guilielmo de Stenbier, Scabinis Leodienſibus die 30. Decembr. Anni 1727. noviſſime elapſi, vigore ſuprà ſcripti edicti â Celſiſſimo Epiſcopo & Principe Leodienſi ſub data 29. Decembr. 1727. emanati, publicatum fuiſſe & in legum cuſtodiam repoſitum, in quorum fidem præſentes à ſupremo Secretario noſtro ſubſcribi, & Sigillo Scabinatus muniri juſſimus. Datum

Leodii

Leodii in Aula noſtra Scabinali hac Quarta Februarii Anni Milleſimi Septingenteſimi Vigeſimi Octavi.

(L. S.)

Leop. Bonhome,
de Mandato.

(3) Notitia Judiciorum Patriæ Leodienſis, una cum nonnullis aliis Adjunctis ad Rei Judiciariæ apud Leodienſes informationem ſpectantibus.

N*Otandum præliminariter:* quod in Appendice Commentationis ad Jus Camerale Notitia Judiciorum Leodienſium non ex informatione Auctoris undique certa, ſed ab aliorum informatione fuerit profecta & concinnata, in qua, ſi quid erratum eſſet, veniam ſtipulatus eſt Auctor, errorem, ſi oſtenderetur, libenter correcturus. Cum itaque ab ipſis Patriæ Proceribus & primariis JCtis nonnulla monita Auctori honorifice fuerint tranſmiſſa, ex quibus Notitia Judiciorum rectius intelligi poſſit, idcirco juxta ea novum opus ea in parte ſuſcipere, & huic Catalogo Supplementi loco adjungere viſum fuit.

1. *In Cauſis Feudalibus* ſunt Judicia ſubalternata ſeu inferiora, & ſummum Judicium Feudale Principis Leodienſis. Coram *ſubalternis Judiciis* Cauſæ Feudorum ſubalternorum ſive Mediatorum, ſive in rem, ſive in perſonam mixtæ, ſeu in rem ſcriptæ (non verò mere perſonales) tractantur, imo coram iis proponenda Interdicta Poſſeſſoria, & officium eorum implorandum quoties ex lege Feudi derivata quæſtio litis materiam præbet, Mean. *obſervat. 52. num. 3.*

Ab horum Sententiis appellatur ad Judicium ſummum Feudale Leodienſis Principis.

2. *Judicium Feudale ſummum:* Coram hoc, etiam in prima Inſtantia, quæſtiones de Feudis immediatis & controverſiæ ex Lege Feudali naſcentes tractantur, Mean *obſervat. 121. num. 5.*

Necnon quoad Feuda quædam Brabantiæ, electivè, vide D. de Louvrex *in Opere infrà allegando pag. 144. ſeq. num. 59.*

Ab

Ab hujus Sententiis, latis tam in prima, quam Appellationis Inſtantia, appellatur ad Conſilium Ordinarium, Mean. *diƐ. obſervat. 52. num. 1.*

3. *In Cauſis non Feudalibus* diverſa ſunt Jure Leodienſi Judicia, de *Allodialibus Bonis immobilibus* & de Bonis *Cenſalibus*, vide Mean. *tota obſervat. 21.* ubi de diſtinctione ea Bonorum agit. Eſt itaque Judicium ſpeciale in Cauſis *Allodialibus*, ſed *tantum in prima* Inſtantia, Mean. *diƐ. obſervat. 121. num. 5. & 8.* à cujus Sententiis appellatur ad Conſilium Ordinarium.

4. *De Bonis Cenſalibus*, ſunt Judicia inferiora. Quæ vocantur, *Baſſes Juſtices*, & ſupremum Judicium ſcilicet *Scabinorum* Leodienſium, vide *num. 5.* ad quod ab illis appellatur Mean. *diƐ. obſervat. 121. num. 5.*

Coram ſubalternis ſive inferioribus Judiciis, Cauſæ Reales, Perſonales & Criminales tractantur. Nimirum: Perſonales Actiones Incola cujusque loci & Jurisdictionis contra Incolam coram eo Judicio inſtituere debet.

Non Incola, Actiones Perſonales *coram illis inſtituere* non tenetur, ſed electionem habet eas inſtituendi *coram ſubalterno* Judicio, vel coram Supremo, vel coram Officiali Leodienſi, qui ſunt Patriæ Judices Ordinarii.

Sunt tamen aliqua ſubalterna Judicia, exempli gratia *Hologne ad Jecoram*, vernaculè, *Hologne ſur Geer*, coram quo unusquisque contra illius Incolam agere tenetur. Idque ratione aliquorum ipſis conceſſorum Privilegiorum, ab illius tamen & illorum Sententiis appellatur immediatè ad Conſilium Ordinarium.

Realiter coram ſubalternis Judiciis agere nemo tenetur, niſi agatur de unica tantum & ſpecifica Hypotheca, aut de unica Re immobili, vel de pluribus Hypothecis aut Rebus immobilibus ſub unico eodemque Territorio ſitis & eidem Curiæ ſubjectis, quo in caſu coram illa agendum eſt ſub pœna Nullitatis, *cap. 4. artic. 17. Reformat. Groesbek.* aliàs Actio realis poteſt intentari coram ſuperiori Scabinorum Leodienſium Judicio, quod & tunc adhuc licitum eſt, vel dum Creditor Hypothecarius in Contractu providit ſibi de Privi-

Privilegio *unicæ Citationis*, quam ad *decimam quintam Diem* vocant, ut videre eſt apud Mean. *Obſervat. 138. num. 2. cap. 4. artic. 18. Reformat. Groesbek.* vel dum Creditor Hypothecarius obligata habet univerſa Bona ſui Debitoris præſentia & futura.

Criminaliter coram ſubalternis Judiciis agitur, ita ut cauſa tantum coram ipſis inſtruatur, *cap. 14. artic. 46. Epitome Conſuetud.* & ea inſtructa, illius Judicii Graphiarius vel Scabinorum unus Acta clauſa ad Supremum Judicium defert, à quo Actis viſis & examinatis Sententia concipitur, & remittitur cum Actis clauſis ad Judicium inferius, à quo concepta Sententia publicatur, & Executioni mandatur.

Hoc eſt quod dicitur in Patria Leodienſi judicare per *Rechargiam.* Quid ſit *Rechargia* explicat Mean. *in ſuo Nomenclatore Idiomatis Leodienſis ad verbum Appriſe.*

Privilegio tamen vel immemoriali Conſuetudine nonnullarum Patriæ Leodienſis Urbium Scabini Cauſas Criminales ſine *Rechargia* decidunt prout & ſine Appellatione, Ut Scabini Urbis *Tungrenſis*, Urbis *Huenſis* & pauci alii.

A Sententiis ſubalternorum Judiciorum tam in Cauſis Perſonalibus quam Realibus latis, appellatur ad Supremum *Cenſale Judicium*, ſcilicet *Scabinorum* Leodienſium. Exceptis tamen Judiciis quibusdam inferioribus à quibus immediatè ad Conſilium Ordinarium appellatur. Tale eſt *Hologne aux pierres.* vide *ſuprà* §. *Sunt tamen &c.* Tale etiam eſt Judicium in Pago *Scleſſin* qui ſitus eſt in *Leuca Bannali Leodienſi.*

5. *Supremum Cenſale Judicium*, quod etiam vocatur *Scabinorum Leodienſium*, * exercet Juriſdictionem ordinariam per totam Patriam tam in Perſonalibus, Realibus, quam Criminalibus Cauſis, exceptis caſibus ſuprà relatis.

S Excep-

* De cujus inſtitutione antiquiſſima à S. Huberto Urbis Fundatore videatur Dnus. M. G. de Louvrex *in præclaro Opere Recueil des Edits, Reglements, Privileges, Concordats & Traittes du Pais de Liege &c. le tout accompagné des Notes part. 1. cap. 2. §. 16. pag. 23.* cujus Operis partem alteram adhuc publici Juris fieri exoptamus.

Excepto etiam *Comitatu Loſſenſi*, in quo ſunt Judices Seculares particulares, coram quibus perſonaliter & realiter in prima Inſtantia agendum eſt, & à quorum Sententiis non appellatur ad Scabinos Leodienſes, ſed regulariter ad Scabinos *Uliermallenſes*, & ab his ad *Aulam* Supremam quam vocant *Curingianam*, vide Roding. *lib. 1. tit. 20. pag. 287. in fin.* quæ inſuper in prima Inſtantia judicat de Feudis ab ea immediatè dependentibus, de Feudis mediatis per viam Appellationis.

Scabini tamen Leodienſes Juriſdictionem exercent intra Mœnia Urbium nonnullarum Comitatus Loſſenſis & à Sententiis Scabinorum dictarum Urbium ad ipſos appellatur.

De *Clavibus Juriſdictionalibus* quæ præferri ſolent quotiescunque Actus Juriſdictionis in Ædibus Civis Leodienſis exercendus eſt, vide Louvrex *dicto Operè part. 1. cap. 1. pag. 9.*

A Sententiis Supremi Cenſalis Judicii in Cauſis Realibus & Perſonalibus latis appellatur ad Conſilium Ordinarium.

A Sententiis autem in Cauſis Criminalibus latis nulla datur Appellatio, nequidem ad *Conſilium Ordinarium.*

6. *Conſilium Ordinarium* (vide Roding. *lib. 1. tit. 20. pag. 280.*) eſt Judex Appellationis, Juriſdictionem verò in prima Inſtantia ſolum exercet in *Cauſis Contraventionis Privilegiorum Imperialium*, quam Juriſdictionem etiam exercet in Comitatu Loſſenſi, Mean. *Obſervat. 589.*

A Sententiis Conſilii Ordinarii, ſi Cauſa non ſit appellabilis per Leges Imperii vel per Privilegia Patriæ, petitur à Principe Leodienſis *Reviſio.* Aliàs appellatur ad Cameram Imperialem vel Judicium Imperiale Aulicum.

7. *Judicium Tenantium*, quid ſit, explicat Mean. *in Nomenclatore Idiomatis ad verbum Tenantium.* coram hoc agitur realiter, de Bonis ab eo dependentibus uſque ad *Saiſiniam* excluſivè, *Saiſinia* autem decerni debet à Supremo Cenſali Judicio, Mean. *Obſervat. 136. num. 4.*

8. *Judicium Maſwir ſeu Fundiarium*, quid ſit, explicat etiam Mean. *in Nomenclatore Idiomatis ad verbum Maſwir*, coram hoc

etiam

etiam agitur realiter de Bonis ad illius Jurisdictionem ſpectantibus & Saiſiniam decernit Mean. *Obſervat. 137. num. 3.*

9. *Conſilium privatum Leodienſis Principis*, de cauſis Politiam concernentibus vel ad Regimen Patriæ ſpectantibus cognoſcit, ſi quid arduum in Negotiis vel internis vel externis occurrerit, ad Principem refert. Cætera ſub nomine Principis expedit. Huic Conſilio præeſt *Principis Cancellarius* à quo dicta Mandata & Decreta tam ipſiusmet Principis quam præfati Conſilii ſignantur, & ſubſcribuntur, *Leges* verò à *Principe* non niſi *cum Conſenſu Trium Patriæ Statuum* conduntur.

10. Conſilium aliud Principis, nominatum *Chambre des Comptes*, cognoſcit de Cauſis Redituum vel aliorum Jurium ad Menſam Epiſcopi ſpectantium, idque per Privilegium *Rudolphi II. Imperatoris* Auguſtiſſimi, Appellatione omni remota, quod Privilegium ſuprà eſt recenſitum in Catalogo.

11. *Conſilium Civicum*: Duobus conſtat Conſulibus & Viginti Conſiliariis, qui ſingulis Annis mutantur. Conſilium hoc olim cognoſcebat de Cauſis Perſonalibus inter Cives, ideoque in Civitate Leodienſi *Tres* olim recenſebantur *Judices Ordinarii* quoad Cauſas Sæculares, nempe *Officialis*, *Conſules & Conſilium Civicum*, & *Scabini*, inter quos Præventioni erat locus in Cauſis Perſonalibus, nunc verò Jurisdictio illa *Conſulum & Conſilii Civici* abrogata eſt per Regulamenta Anni 1649. & 1684. cognoſcunt tamen in Civitate Leodienſi ac Dependentiis de Rebus *Politiam* concernentibus,* Negotia Publica ejusdem Civitatis dirigunt, Cauſasque quæ Opificia & Artes, earumque Exercitium concernunt, dirimendi Jus habent, prout & illas in quibus de Collectis, Vectigalibus, aliisque Mediis pro neceſſitatibus dictæ Civitatis impoſitis eorumve Executione agitur, & coram illo citantur Contraventores, ab eorum Sententiis petitur à Principe *Reviſio*. In Criminalibus autem ſub certo & præfinito modo etiam concurrunt.

* Vide Louvrex *in Opere ſuprà laudato cap. 2. §. 21.* ubi recenſetur quâ occaſione Scabini à Rebus Politiæ fuerint excluſi & lis deſuper adhuc non deciſa, confer. *pag. 41. ibidem.*

12. *Collegium Commiſſariorum:* Hujus Officium in Politicis plusquam in Judiciariis conſiſtit, quamvis & in his partes ſuas interdum implendas habeat.

13. *Deputati Statuum ſeu Ordinum.* Hi ſummarie & absque forma Judicii cognoſcunt de mediis pro neceſſitate totius Patriæ à Principe de Conſenſu trium Statuum ſeu Ordinum *impoſitis*, & coram iis contravenientes citantur. Tractantur *hic Cauſæ Con*tributionum publicarum & ſimiles. Ab horum Decretis Appellationem non eſſe permiſſam volunt, tum quia ejusmodi cauſæ moram non patiantur, tum quia Deputati illi ſint tantummodo Executores Reſolutionum in Comitiis trium Statuum captarum & à Principe approbatarum, ſi quis tamen â Deputatis gravatum ſe putet, permiſſam eſſe *Reviſionem* coram tribus Statibus ſeu Ordinibus.

14. *Reviſores Cauſarum deciſarum* à Conſilio Ordinario vel Officiali Leodienſi, in quibus per Privilegium ad Cameram appellari non poteſt, hi in ſingulis cauſis ſpecialiter à Principe ſeu ejus Conſilio Privato denominari & deputari debent. De Reviſoribus Cauſarum ab Officiali *deciſarum agunt* Patentes Imperatoris Joſephi quarum infrà fiet mentio.

15. *Conſilium Viginti Duumvirorum.* Hi cognoſcunt per totam Patriam & in *Comitatu Loſſenſi* de Extorſionibus & Barataria Judicum, item de vi & violentia ac rebus per evidentem Injuſtitiam ablatis, de vi Bonorum raptorum, de *Poſſeſſorio* autem non niſi incidenter cognoſcunt, adeoque Actiones viginti Duumvirales reputantur *Criminales*, cum in iis agatur de coërcitione vel Judicum corruptorum vel violentiarum commiſſarum: ut probat Chockier *de Conſervat. Laic. quæſt. 16. per tot.*

16. *Reviſores horum Viginti Duumvirorum* deputantur à Statibus ſeu Ordinibus Patriæ & ſunt Numero XIV. Vicarius Generalis & Cancellarius Epiſcopi ſunt Membra dicti Collegii vi ſuorum Officiorum, ex his denominat Capitulum Cathedrale duos, Ordo Equeſtris quatuor, Ordo popularis ſex, de numero poſtremorum ſunt bini Conſules Regentes Civitatis Leodienſis, nec bini non horum Prædeceſſores immediati, coram his Reviſoribus perinde ut in

alio

alio Reviſionis Judicio nihil novi allegari debet. Ab horum Sententiis Appellatio interdicta eſt per Privilegium Ferdinandi I. licet autem Privilegium illud non fuerit ab Imperiali Camera acceptatum; adhuc tamen contendunt Leodienſes ab ejusmodi Sententiis appellari non poſſe, quia Actiones Viginti Duumvirales ſint *Criminales*, in cujusmodi cauſis Carolus V. Imperator omnem Appellationem prohibuerat, qua ratione præfati Statuum Deputati non ſunt Judices Appellationis, ſed ſimplices Reviſores, in hoc particulari caſu à Statibus delegati, cum in aliis Criminalibus Actionibus nequidem Reviſioni locus ſit. Notandum tamen, quod dictum Privilegium acceptatum ſit in Conſilio Aulico Cæſareo cum cæteris omnibus.

Judices Eccleſiaſtici.

17. *Officialis Leodienſis* de quo Roding. *lib. 1. tit. 20. pag. 284. in fin.* Jurisdictionem in Cauſis *Realibus* non exercet in quibus ſoli *Scabini* ſunt Ordinarii Judices ſed ſolum in Actionibus *Perſonalibus Civilibus* in quibus habet Jurisdictionem Ordinariam, concurrentem cum Supremo Judicio Cenſali ſive Scabinorum per totam Patriam, etiam in Comitatu Loſſenſi, Mean. *Obſervat. 589.*

Neque habet Judicem Superiorem in Patria Leodienſi, ſed ſi Cauſa appellabilis, provocare licet ab Officiali vel ad Cameram Imperialem vel ad Judicium Imperiale Aulicum. In cauſis non appellabilibus, puta per Leges Imperii vel per Privilegia Leodienſia, petitur à Principe Leodienſi *Reviſio*, cujus forma deſcribitur in Patentibus Imperatoriis Anno 1710. (de quarum ultimo Articulo infrà quædam annotabuntur.) Ex inveterato uſu etiam petitur ab ipſomet Officiali *Repoſitio* ab ejus Sententiis etiam definitivè latis, quæ petita Repoſitio nec Reviſionem impetrandam nec Appellationem ad Sacram Suam Cæſaream Majeſtatem interponendam impedit.

Nota: *Differt itaque imploratio pro* Repoſitione *ſive Reſtitutione in Judicio* Officialis, *ab imploratione pro Reſtitutione in integrum* in Conſilio Ordinario. *In* Conſilio Ordinario *tractatur hæc petitio adjunctis, ſi partes poſtulent, duobus Juris Conſultis pro Conſultatione non verò pro Voto. Cauſæ in quibus petitur in hoc Judicio Reſtitutio ſunt tales, in quibus ad Judicia Imperii*

ſuprema Appellatio non datur. Petitur vel ex Actis iisdem vel ex Documentis novis. Priori caſu petitio Reſtitutionis ſuſpendit Executionem Sententiæ. Poſteriori petens Reſtitutionem ſolvere debet parti adverſæ Litis Expenſas in quas per priorem Sententiam fuit condemnatus. Conſequitur ex dictis quod à Sententiis in Proceſſu hoc Reſtitutionis latis appellare non liceat. Permiſſum tamen eſt petere à Principe beneficium Reviſionis. Coram Officiali *verò Proceſſus Reviſionis effectum Sententiæ ſine diſcrimine ſuſpendit & petitur in Cauſis etiam appellabilibus, ſalva Appellatione à Sententia Officialis in Proceſſu hoc lata. Hæc differentia notanda eſt ad* Commentationem Jur. Camer. pag. 220. & 221. *Alia differentia circa aſſervationem Actorum notanda ad* pag. 181. ibid. *quod Conſuetudo tantum ſit in Curia Officialis ut Acta ſint penes partes litigantes, omnia tamen ab Officialis* Sententiario *ſubſignantur. Hujus Officium à Principe Leodienſi immediatè conſtituitur, qui etiam Pecunias depoſitas in Judicio aſſervat, & ad eum Arreſta nec non Relaxationes Arreſtorum immediatè demandantur.*

In Cauſis Eccleſiaſticis etiam ordinariam Jurisdictionem exercet, & in iſtis Cauſis ab illius Sententiis appellatur vel ad *Officialem Metropoliticum Colonienſem*, vel ad *Nuncium Pontificis* qui ordinarie Coloniæ reſidet, vel ad ipſam *Curiam Romanam*. Aſſerit etiam Officialis ſibi competere *Jurisdictionem Inquæſtæ* in Subditos Diœceſis & Patriæ Leodienſis in materiis *Eccleſiaſticis delinquentis* & condemnandi ad Pœnam Pecuniariam vel remittendi ad Judicium Seculare.

18. *Officialis Capituli Cathedralis* Eccleſiæ Leodienſis. Hic prætendit in Jurisdictione concurrentiam cum Officiali Leodienſi: Habet autem Jurisdictionem in Cauſis Subditorum Capituli Cathedralis.

Quandoquidem verò inter Officialem Leodienſem & Officialem Capituli aliqui Articuli Jurisdictionis ſint controverſi, prout ex Reſponſis liquet *in Appendicem Commentationis pag. 172. ſeqq.* relatis. Quia tamen certus factus eſt Auctor quod etiam altera ex parte alia contraria Scripta ſint edita, ideoque hanc totam rem in medio relictam voluit.

19. *Officiales Archidiaconorum.* Hi cognoſcunt concurrenter cum Officiali Leodienſi de Cauſis Beneficialibus in ſuo diſtrictu. Ab eorum Sententiis appellatur ad Officialem Leodienſem, Mean. *Obſervat. 280. num. 8.* & ab hujus Sententiis.

20. *Con-*

20. *Conſervatores Privilegiorum Cleri Primarii & Secundarii.* Ad eos querelæ deferuntur de Immunitate violata, & Mandata turbatæ Immunitatis ab iis impetrantur, à quarum Sententiis appellatur ad Nuncium Colonienſem. *Hi Conſervatores intelliguntur in Privilegio Caroli V. quod vocatur contra Conſervatorias.*

Ad præmiſſam Notitiam notandum eſt inſuper *Primò* quod *ſuprà in Catalogo pag. 48. num. 7.* fuit anticipatum, adverſus Artic. XV. Patentium Imperatoris Joſephi ex parte Ordinum Patriæ Leodienſis varia fuiſſe Monita Imperatori Auguſtiſſimo exhibita, quæ continentur in Scripto typis excuſo: *Motivum Juris in cauſa Jurisdictionali Scabinatus Civitatis Patriæ Leodienſis contra Officialem ejusdem Epiſcopatus Leodienſis.* Cujus Scripti ſatis prolixi & plusquam 20. paginis comprehenſi ſumma, vel potius ſcopus, in ſequenti continetur compendio, quod à peritiſſimo Rerum Patriæ JCto communicatum hic ſubjungo.

Conſuetudo fuit antehac in Patria Leodienſi ut Appellationes interponerentur à Sententiis Officialis Epiſcopi, ad Officialem Colonienſem vel ad Nuncium aut Curiam Romanam, idque hac ratione fuit introductum, quod Officialis prætenderet, ſe in qualitate Judicis Eccleſiaſti, etiam Sæcularibus in negotiis Jurisdictionem exercuiſſe: hunc errorem antea ſæpiſſimè profligatum, rurſus improbavit Imperator per Literas Patentes quintæ Septembris 1707. in quibus declaravit inſuper Clericos tonſuratos civilibus negotiis ſe immiſcentes, prout & Advocatos, Procuratores aut Notarios Curiæ Officialatus, Eccleſiaſticorum Privilegiis frui non debere & ſub eo prætextu à Sententiis Officialis ad Judices Eccleſiaſticos appellare non poſſe, quod etiam per corruptelam fuerat obſervatum.

Abinde viſum fuit, loco ejusmodi illicitarum Appellationum, revocandum eſſe in uſum, *Reviſionis Beneficium*, quod adverſus Sententias ab Officiali inter Sæculares latas, antiquitus concedi ſolebat, iis nempe in cauſis, quæ vel ratione Summæ vel aliter ad Imperii Tribunalia non eſſent appellabiles juxta Privilegia Leodienſibus conceſſa: deſuperque Auguſtiſſimus *Imperator Joſephus*, Formulam impetrandæ & abſolvendæ Reviſionis, ſibi ab Ordinibus

ſeu

ſeu tribus Statibus Patriæ Leodienſis proponi voluit: & hæc eſt Forma in patentibus quintæ Maji expreſſa; excepto tamen *Articulo Decimo Quinto*, quem iidem Status ſeu Ordines ab intentione ſua alieniſſimum eſſe & ab Officiali ſub- & obreptitiè obtentum fuiſſe ſuſtinuerunt, prout Status Equeſtris & Civicus per Receſſus, etiam impreſſos, declararunt, prætendentes hunc Articulum *Curiis Sæcularibus* eſſe maximè præjudicialem, & Officiali Jus *non eſſe, Cauſas* Advocatorum, Procuratorum, Notariorum, Clericorum tonſuram non gerentium, miſerabilium Perſonarum & aliorum, coram Curiis Sæcularibus per Citationem præventas ad Forum ſuum avocandi, & Judicibus Laicis, ne de ejusmodi cauſis cognoſcant, inhibendi: quia etſi Officialis id antea introduxerit in uſum, tamen error ille exinde ſumpſerat originem, quod idem Officialis prætenderet, omnes iſtas perſonas Privilegio Fori Eccleſiaſtici frui debere: quem errorem cum Auguſtiſſimus Imperator Joſephus per Literas Patentes quintæ Septembris 1707. damnarit & deinceps obſervari prohibuerit: ſequitur Officialem *reſpectu* Perſonarum *iſtarum*, reputari ſolummodò debere ut Judicem Sæcularem, *qua in qualitate concurrentem* quidem cum cæteris Judicibus Sæcularibus *Jurisdictionem* in Cauſis Perſonalibus & Civilibus exercet; ſed non ſuperiorem, adeoque earundem Perſonarum cauſas coram Curiis Sæcularibus præventas, ad Forum ſuum avocare nequit, nec iis inhibere quo minùs de ejusmodi cauſis cognoſcant. Super quo puncto pendet lis coram Concilio Aulico inter præfatum Officialem & Scabinos Leodienſes indeciſa, qui ob præfatas rationes & alias dictum Articulum Decimum Quintum, tanquam ſub- & obreptitiè obtentum, revocari poſtulant, & interim Literis Patentibus quintæ Septembris 1707. inhærendum putant.

Notandum *Secundò* quod de Reductione Monetæ Leodienſis ad Aureos Rhenenſes in primis ſolicitus fuerit Auctor. [vid. *ſuprà Commentat. Jur. Camer. Auctar. XIV.*] Quæ à Viris rerum peritis ediſcere potuit hic ſubjunguntur.

L'on

L'on demande.

1. A combien on compte a Liege le florin d'or du Rhin dont il eſt parle dans les Privileges.

2. Par ceque dans les Rentes les Privileges parlent auſſy des florins de Rhin communs, il convient donc de ſcavoir, comment tels florins doivent ſe compter par rapport aux florins Brabants de Liege, les uns diſants que deux florins Brabants de Liege font un florin de Rhin, les autres diſants que cinq florins de Rhin feroient huit florins Brabants de Liege.

Eſtant par conſequent neceſſaire de ſcavoir auſſy combien les florins d'or doivent etre compte par rapport & a compte des florins Brabant de Liege.

Reſolution.

LE ſoubſigne reduiſeur ſermente de la Souveraine Juſtice de la cite & pays de Liege ayant meurement examiné le preſent quæritur & les articles y contenus eſt d'avisque *les florins d'or de Rhin repris* au premier article ſont veritablement des *florins d'or des Empereurs*, Princes Electeurs & autres Republiques du ſaint Empire *diſtinguer des autres*, dont il eſt parlé dans l'edit des monnoyes de Liege du' diximie jour de Septembre de l'An 1565. a raiſon que ces derniers y ſont appretier a *trenteſix pattars & un quart* monnoye de Liege & les autres *a vingt quatres pattars & demy.*

Tellement que ſur ce principe les anciens reduiſſeurs ſermenter ont appretier les dits florins d'or de Rhin par rapport aux dits trente ſix pattars & un quart & a la bonte intrinſeque a *ſix florins Brabants de Liege la piece*, ſignament a raiſon que les once pattars & trois liards ſurpaſſants lesdits vingt quatres pattars & demy rapporteront toujours pour le moins un florins Brabant de Liege plus que les cinq florins, aux *quels les autres florins d'or ſont evaluer par l'edit du 26. Octobre de l'An 1649.*

Pour cequi regarde la premiere partie du ſecond point, je diray d'avoir trouvé dans les notulles des dits anciens reduiſeurs ſermenter tirees des regiſtres des Egliſes & de ceux repoſant aux

Greffes de Meſſieurs les Eſchevins de la Souveraine Juſtice de Liege que l'An 1419. *le florin de Rhin* y eſt marqué a *vingt aidans ou liards* pour les diſtinguer des florins d'or de Rhin du coin du St. Empire ſuſtouché, adjoutant que les dits florins de vingt aidans ſont egaux a ceux de Liege eſtime ſur le meme pied, qui n'ont iamais ete in rerum natura. & que ces vingt aidans ne ſont preſentement que *le quart d'un florins Brabant de Liege, cequi s'appelle un florin Liegois.*

Et pour ce qui touche le florin Brabant de Liege, ie diray poſitivement qu'i ceux ne ſont a *Liege que vingt pattars du deux eſcalins.*

A quoy j'adiouteray cependant que dans le concordat des monnoyes fait du temps de St. Louys Roy de France l'An 1253. il y eſt marqué que quatres florins d'or du Rhin ont ſouvent valu a Rome trois ducats, de ſorte que mettant ſeulement le ducat a deux ecus ou huit florins Brabant de Liege, le florin d'or du Rhin porteroit *ſix florins Brabants de Liege* ainſi que *i'ay dit cy deſſus.*

Et pour preuve ulterieure de mon dire il eſt que feu le Sieur Scilbert Maitre des monnoyes *de Son Alteſſe Sereniſſime* de Liege a donné le 8. Juillet de l'An 1686. l'atteſtation ſuivante.

Le ſubſigné atteſte que les vieux florins d'or d'Hollande forgé & coigné ſur les armes de Baviere ſont de la meme valeur que les vieux florins d'or d'Allemagne pour etre en bonté & valeur intrinſeque egaux a iceux, & que ſi on m'en preſentoit, j'en donneroy *cinq florins Brabants de Liege* & douze *pattars* de la piece pour les fondre & les reduire en ducats. Actum huitieme Mars 1719.

Lambert Rochart Reduiſeur fermente
de part Meſſieurs les Eſchevins de la Souveraine Juſtice de la cite & Pays de Liege.

Alia Informatio.

Q*Uant aux florins d'or du Rhin* dont il eſt fait mention dans nos Privileges; nous avons toujours eſtimé un florin d'or pour un Ducaton, ou ſi vous voulé pour, cinq florins Brabants monnoye de Liege.

Nous

Nous avons a Liege deux ſortes de florins, ſçavoir le florins Liegeois qui ne vallent que cinque ſous, & qui ne ſont plus maintenant en uſage, & les florins Brabants qui vallent vingt ſous ou deux Eſchelins de permiſſion: deſquels Eſchelins il en faut huit pour faire un Ecu en eſpece.

Quant aux florins d'Allemagne, ils n'ont pas de cours en cé pays, mais un de ces florins vaut deux florins Brabants de notre monnoye & encore deux ſous ou environ d'avantage.

Remarqué, s'il vous plait, qué je dis, toujours florins Brabants de notre monnoye, parce qué un florin Brabant dans le Duché meme de Brabant vaut plus que le notre: ceſt a'dire qu' un florin Brabant, vaut toujours vingt ſous, mais dans le Duché l'ecu ne vaut que 50. Sous, au lieu qu'il en vaut 80. chez nous, le tout de bon argent.

Au reſte nos anciens Edits parlent ſouvent de florins d'or du Rhin, & on les a toujours eſtimé ſur le pied de dix Eſchelin ou d'un Ducaton.

Notandum *Tertiò.* Quod inter Epiſcopum Leodienſem & Judicium Synodale Aquisgranenſe, hoc eſt, Archi-Presbyterum Synodales, das Send-Gericht zu Aachen / in Curia Romana lis pendeat circa Jurisdictionem, in qua Archi-Presbyter in plurimis Articulis ſuccubuiſſe dicitur, in reliquis adhuc deciſionem expectari.

Notandum *Quartò* Statutum Principis Erneſti Epiſcopi Leodienſis Anno 1582. & 1592. licet in Camera Imperiali Anno 1609. fuerit acceptatum juxta *Obſervationem* Caroli de Mean, *542. 547. & 700.* vim Legis non accepiſſe.

Coronidis loco adduntur quædam *Notabilia* de Deputatorum Statuum Leodienſium poteſtate & rationibus quare ab eorum Decretis Appellationes non ſint permittendæ.

Reglement & Mandement fait par S. A. Sereniſſime Maximilian Henri avec les Trois Etats publié à Liege le 6. Avril 1686.

Article 4.

LEs Deputez deveront uſer de leur authorité pour connoitre & decider les queſtions concernantes les ſubſides & deniers publiques avec prohibition expreſſe a tous autres juges d'en prendre connoiſſance a peine de nullité de ce qui ſe ſera fait au contraire, reſervé au condamné le benefice de Reviſion a implorer de Nous & de nos Etats aſſemblez en corps, tellement toute fois que l'imploration de ce benefice ne ſuſpenſera en aucune maniere l'Execution.

Par Extrait du Reglement ſusdit ceque j'atteſte etre conforme.

Henri Francois Gerardi, Notaire de Sa Sacreé Majeſté Imperiale & Royale in fidem.

Raiſons & Authoritez de droit pour la Juriſdiction des Deputez Ordinaires à l'Etat, & l'inappellabilité de leurs Sentences.

IN Principatu Leodienſi notorium eſt Principem accedente Trium Patriæ Ordinum aſſenſu poſſe Vectigalia & Tributa Subditis ſuis imponere illaque taliter impoſita per viam promptæ & paratæ Executionis, non ſervato Juris ordine, nullâ etiam adhibita alterius cujuscunque Judicis authoritate vel officio exigere.

Notorium pariter eſt in eodem Principatu ab antiquo Deputatos fuiſſe ſpeciales Judices Executores ſive Commiſſarios rationales vulgò Principis & Ordinum Deputatos dictos, quibus commiſſa non ſolum fuit Oeconomia, Jura, atque applicatio Pecuniarum ex Tributis & Vectigalibus provenientium, ſed & cognitio, deciſio atque Executio cauſarum & quæſtionum quarumcunque eadem Vectigalia ac Tributa concernentium, & quidem privativè ad alios quoscunque Provinciæ Judices, teſte declaratoriâ emanata in Anno 1686. juncta ſub Lit. A. qualis declaratoria etiam

etiam Juris diſpoſitioni eſt conſentanea, *tot. tit. ff. de Officio Procurator. Cæſar.* ſive rationali. *l. ad Fiſcum. l. 2.* & *l. 9. Cod. ubi Cauſæ Fiſcal.* Ubi expreſsè deciſum cauſas illas, utpote ad Fiſcum pertinentes, per rationales decidi debere, idque ad excluſionem Præſidis Provinciæ ſive Judicis Ordinarii.

Quemadmodum autem Cauſæ hujusmodi ac Sententiæ per rationales in materiâ Tributorum latæ de Jure communi Appellationem non recipiant, *l. abſtinendum.* & *l. ult. Cod. quorum appellat.* Scaccias *de Appellat. quæſt. 17. limitat. 17.* poſt alios ibidem ita & in Provincia Leodienſi per Legem Municipalem declaratoriam ſuprà tactam ex voto Ordinum deciſum fuit non aliud condemnatis adverſus Sententias à præfatis Deputatis rationalibus Judicibus merè Executoribus ferendas ſupereſſe Remedium præter beneficium Reviſionis à Principe & Ordinibus collegialiter congregatis implorandum, quale Statutum ſive declaratoria jam dicta alia inſuper Juris ratione fulcitur, quod ſcilicet Tributorum & Vectigalium indictio facta de unanimi Trium Ordinum aſſenſu ſit Sententia condemnatoria & judicatum conſtituat, à quo cum particularibus Provinciæ Subditis aut membris appellare nec fas ſit neque ſolet, ita nec iisdem Subditis appellare fas eſt ab Ordinationibus, Sententiis, aut Decretis per eorundem Ordinum Deputatos uti Judices executores latis, quibus moroſi refractarii aut contumaces ad ſolvendum Tributa taliter indicta compelluntur, *l. ab Executore. Cod. quorum appellat.* Et ratio eſt, quia ſi quod Gravamen illatum dici poſſet, id non per Ordinationem aut Sententiam Deputatorum, qui meri Executores ſunt, illatum dici poſſet, ſed per ipſos Patriæ Ordines ac Principem, quorum authoritate & aſſenſu Subditi omnes ad ſolvendum Vectigalia & Tributa condemnati exiſtunt, per quam Tributorum Indictionem ac Condemnationem generalem ſi aliqui ſe gravatos exiſtimarent, ſuas adverſus illam, ſi quas habere putarent, querelas proponere deberent apud eosdem Provinciæ Principem & Ordines, qui Legem taliter dixerunt non autem apud ſæpe fatos Ordinum Deputatos ſive Judices Executores, qui non de Lege ſeu de Indictione

facta ſed juxta illam judicare tenentur, & taliter judicando nunquam cenſentur condemnatis inferre Gravamen, ſed Gravamen omne, ſi quod ſit, per ipſam Indictionem præcedentem, à qua appellatum nec fuit nec appellari poteſt, illatum dici debuiſſet: Ita Cravetta *conſil. 273. num. 1. verſ. Secundò.* quod per *dict. l. ab Executore. Cod. quorum Appellat. cap. novit. de Appellat. cap. Litteris. de Reſcript.* poſt Bald. & Dd. *in l. omnes populi. ff. de Juſtit. & Jure.*

Exigit etiam hoc ipſum publica utilitas & Provinciæ ac Imperii Salus, quæ ſuprema Lex dicitur, ne ſcilicet per Moratorias in Cauſis Vectigalium moram haud patientibus interpoſitas Appellationes irreparabile inferatur damnum atque præjudicium Ærario publico ſine quo Patria nec defendi nec regi poſſet, & quibuſcunque particularibus Provinciæ Subditis refractariis aut rebellibus aliisque Vectigalium defraudatoribus præbeatur præſidium iniquitatis & inobedientiæ, ipſaque etiam Vectigalia & Tributa quanquam ex unanimi trium Ordinum Voto indicta eludantur, ipſum verò Ærarium *publicum privetur* ſolitis ac neceſſariis mediis quæ tam pro ſalute ac conſervatione *Patriæ quam Imperii* defenſione fuerunt deſtinata.

Extrait des Villages de la Banlieüe de la Ville de Liege ſelon le Regitre de la Matricule repoſant dans les Archives de la ditte Ville.

Quartier d'Avroy.

St. Gille.
St. Nicolas en Glain.
St. Veronne.
Fraignée.
Boverie.
Fettinne.
Angleur.
Tilleur.
{ Scleſſin.
{ Ougnée.

Ougrée.

Ougrée.
Seraing ſur Meuſe.
Bonſelle & Gohy.
Villencourt.
Ivoz.
Jemeppe.
La grande & petite Flemalle.

Par Extrait du Regiſtre du Moulin Grand Greffier de la Cite de Liege.

